



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

3 3433 08160783 4



2710 ⑨



*Alexander Cochrane*



















IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

# BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

*E D I T I O N O V A*

VARIORVM CVRIS EMENDATIO ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

---

VOLV MEN DECIMVM

---

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCVII

LIPSIÆ EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.



# THE NATIONAL

1911

1911

1911

1911

1911

---

## P R A E F A T I O.

---

Quae in praefatione ad superius volumen scripseram, ea de hoc quoque volumine, quod etiam serius, quam exspectaueram, neque tamen mea culpa, praelo exiit, magnam quidem partem dicenda sunt. Quare, quae mutationes atque accessiones in hoc volumine factae sint, paucis exponam.

Ordinem capitum, a Fabriciano statim ab initio diuersum, *Lector beneuolus* ex indice illorum, post particulam praefationis Fabricianae exhibito, et ex iis, quae ab initio plurium capitum monui, facile cognoscet. Fabricius enim volumini quinto vet. editionis subiecerat duas *Leonis Allatii* de *Nilis* ac *Pfellis* eorumque

scriptis diatribas. Quae quamquam egregiam testantur diligentiam, eruditionem et litterarum copiam; tamen, quia multis rebus, haud quidem spernendis, ab instituto autem consilioque nostro alienis, abundare, saltem longiores, quam ut integrae possent commode recudi, videbantur, eas, ne moles operis, huius redemptore, viro honesto, multisque viris doctis finem illius optantibus atque urgentibus, nimis cresceret, ita contraxi, ut, quae ad historiam illorum hominum litterariam necessaria viderentur, retinerem, et tamen variis hinc inde locupletarem supplementis atque animadversionibus. Ab illis ne diutius ea capita differrem, initium feci. Pag. autem 137. sqq. ad §. XVIII. de scriptoribus de vitis patrum atque monachorum, ven. D. *Sixt*, Theologus Altdorfinus celeberr. mihiq. amicissimus, plures doctasque contulit symbolas. Pag. 150. sqq. omnium recentiorum de Sanctis, Kalendariis etc. narrationum atque collectionum, interdum leuiorum atque ieiunarium, commemorationem haud omnino necessariam esse duxi; ea tamen, quae Fabricius adtulerat, ne manibus b. viri facerem iniuriam, aut in aliorum incurrerem reprehensionem, omittere atque delere nolui, paucaque tantum addidi \*). Sanctorum vitarum et commentationum

\*) Ad notam tamen p. 144. addam: me habere Calendar. latinum vet. in membranis scriptum, in 12. subiunctis officiis multisque precationibus etc. atque in fronte scripsit Longolius, ex cuius bibliotheca postea iure emtionis id accepi, „eiusmodi Calendarium praefixit Iac. Zaderus, Cizae ad D. Nicol. Pastor, Auenarii precationibus etc. Francof. ad Oder. 1606. 12.“

num. de illis notitiam, quod exemplar Actorum etc. tum, quum a pag. 186. in enarrandis SS. vitis elogiisque, negotio inprimis molesto, versarer, nondum illatum erat bibliothecae nostrae academicae, hausi potissimum ex catalogo bibliothecae Bünauianae, tomi II. vol. II. pag. 597. sqq. Quoniam vero tempore illo, quo catalogus illius biblioth. in lucem prodiit, posteriora Actorum volumina nondum fuerant euulgata, saltem in bibliothecam Bünau, nondum illata, ex illis cel. *Hardt*, dignissimus bibliothecae regiae Bavariae praefectus, me rogante, pro ea, qua floret, humanitate, indicem vitarum SSor. et narrationum, quae in recentioribus reperiuntur voluminibus, promte diligenterque confecit; pro qua in signi humanitate viro doctissimo gratias ago debitas. Aliud autem opus, carum non magis, quam rarum, *Mansii* Collectionem conciliorum, amplissimam a me consuli non potuisse, saepius dolui. Vbi tamen interdum ad illam prouocaui, me loca ex b. *Walchii*, Theologi quondam Gottingensis, Historia haeresium, germanice scripta, excitasse, ingenue profiteor. De iis autem plagulis, quae haud paucae sunt, et quae vel prelum iam reliquerunt, vel sub eo sudant, certe in manibus meis nondum sunt, id tantum adnotare licet, in capite de *Photio*, praefertim ad §. IX. siue indicem scriptorum, de quibus Photius disseruit, a me multa, a Fabricio adiecta, (e gr. p. 364. de Leontio, nec non de Moeride etc.) alibi commodioribus suisque locis inserta, contra ea alia, quae post

Fabricii aetatem curatius edita sunt, ex. gr. ad cod. CLXV. epistolam *Himerii*, et ad cod. CCXVI. *Xenocratis* lib. *de alimento* etc. omissa fuisse. Denique capita in vol. IX. et X. vet. edit. *de Suida*, *de Etymologicis*, *Lexicis et Grammaticis graecis* in vol. VI. edit. nouae aliis similis argumenti scriptoribus atque capitibus statim subiunxeram. Multa quidem etiam in hoc volumine supplementa a me, quantum fieri potuit, esse adiecta, atque cel. *Beckium*, cuius et cel. *Rosenmülleri* curam in peccatis operarum corrigendis diligenter praefitam quilibet mecum laudabit, haud paucas easque egregias animaduersiones passim adscripsisse, facile cognosces; neque tamen ego negare conabor, me aliis VV. DD. in his litteris ecclesiasticis diutius versantibus et quasi habitantibus, aut maiore librorum copia instructis, haud exiguum reliquisse spicilegium.

Quas *Heumannus* suo adleuerat exemplari notas ad capita huius voluminis, eae sunt paucae, eas tamen omittere, religioni mihi duxi. Contra multo plures et doctiores sunt eae, quae exemplari voluminis noni vet. editionis Gothano, (quod mihi a cel. *Lenzio* sponte beneuoleque missum esse, palam testor, et viro, humanitatis pariter atque eruditionis fama florentissimo, pro insigni hac liberalitate gratias ago maximas,) sunt adscriptae. Quoniam vero maximam saltem partem ipsum Fabricium dicuntur habuisse parentem, equidem contextui Fabriciano sup. quamque loco inferre haud dubitavi.

Pauca

Pauca adhuc non tam ad me acriter et contentiose defendendum, quam potius ad me quodammodo excusandum, addere liceat. In actis litterariis Ienensibus, (*Jen. allgem. Litteratur Zeitung*,) a. 1806. nr. 226-230. est perlonga doctaque censura omnium, quae hucusque prodierunt, in lucem, voluminum bibliothecae nostrae gr. Vir doctus, ab alio, ut suspicari licet, num. 1. 2. discretis, adiutus, de meo quidem labore humanissime iudicat, atque ego nomen illius, cuius animum erga me amicum a pluribus annis habeo exploratum, ex nonnullis locis probabiliter coniecisse mihi videor. Vti igitur illius liberalitatem atque humanitatem gratus agnosco laudoque lubentissime eique pro egregiis, quae multa sunt, supplementis grates persoluo; ita spero, fore, ut vir humanissimus mihi, qui quaedam pro mea causa hoc loco dicam, haud succenseat, siue fastui aut arrogantiae, a quibus ego, virium mearum probe conscius, quam maxime abhorreo, immerito adtribuat. *Hanc veniam petimusque damusque vicissim.* Supplementa autem alio tempore, aut in alio subsequenti volumine cum multis aliis a me, quum dies diem doceat, collectis, in quibus tamen haud pauca, quae censor adtulit, a me quoque interea temporis reperiata, et iam antea orae voluminum adscripta esse testor, b. c. d. sum editurus. Ego vero nolo ea omnia, quae iam in pluribus ad superiora volumina praefationibus ad meam excusationem scripsi, in praesenti vberius repetere. Quare pauca, quae regeram, sufficiant.



ciant. 1.) Nonnulla, quae iure forsan reprehenduntur, ad Fabricium potius, quam ad me pertinere videntur, et futuro noui prorsus operis, nouae bibl. gr. architecto fructuosa et vtiliora, quam mihi nouem iam voluminibus editis, fieri debent; nec ordo potest immutari, nec, quae displiceant, corrigi possunt atque refarciri. — Atqui a me iam palam est aliquoties declaratum, nouam plane bibliothecam graecam, adeoque totius operis Fabriciani immutationem, quam censor iussit, prouincia nouae editionis mihi demandata, nec esse postulatam, nec a me promissam. Neque ego, qui me tali negotio suscipiendo atque perficiendo imparē fore sentiam, id polliceri audeb. Eiusmodi enim opus, id si omnibus numeris absolutum esse, cunctorumque expectationi ex asse respondere debet, exoptandum potius, quam ab vnius hominis aetate, sedulitate memoriaque, etiam si incredibili, summaque diligentia et vero viribus sperandum esse videtur. 2) Si ordinem, a censore bene et prudenter praescriptum, vbique, (aliquoties tamen id factum esse, ex comparatione nouae editionis cum superiore patet,) seruassē, metuendum erat, ne plura vel memoriae, quae labare solet, culpa omitterem, vel iniquiore loco reuocare cogerer. 3) Vt chartae parcerem, multa, quae a me aut ab aliis fuerunt addita, sunt, salua perspicuitate, contracta. Atque, si vbiuis plenam, interdum longiorem, adposuissē libri aut editionis inscriptionem, opus in grandem molem, tam illius redemptori, quam

emto-

emtoribus molestam atque ingratam, excrenisset. Accedit, quod mihi haud contigit, vt, (et quis de hac felicitate gloriari potest?) omnes scirem editiones, multo minus viderem, ad manus haberem et conferrem. Neque catalogis, etiam melioribus, vel oculis vel manibus auctorum, (quod etiam mihi accidisse confiteor,) interdum aberrantibus a vero, vel operis atque correctoribus peccantibus, vbiuis fidem esse habendam, haud raro et ego animadverti, et alii conquesti sunt. In Fabricii autem sollertia ac diligentia vt plurimum acquiescendum mihi arbitratus nec volui, (etiam quantum temporis fuisset ingratisimo illi labori impendendum et vero perdendum!) nec potui omnes ab eo citatas editiones librosque denuo conquirere et contendere. 4) Eodem breuitatis et parsimoniae studio adductus, in notas quoque, id si commode et sine vlllo obscuritatis periculo fieri poterat, codd. MSS. indicem hinc inde conieci. 5) Aliquoties culpat censor intermissionem editionum, quarum tamen ipse iam feceram mentionem, aut quae, potissimum si vulgares neque criticae videbantur, in libris, ad quos ablegauit lectores, saepe iam memoratae sunt. De multis tamen, mihi ignotis, aut memoria elapsis, quod vir doctissimus me admonuit, id gratus iterum agnosco. 6) Qui plures annos in edendo illustrandoque quodam auctore, et omnibus, quae necessaria vtiliaue videantur, subsidiis litterariis conquirendis consumere solet, is plura praestare atque proferre potest, quam mihi, totum opus

Fabricianum et tot diuerforum argumentorum capita recognoscanti ac pertractanti, facere licuit. Denique, si ego, temporis quoque angustiis haud raro circumscriptus, omnia sic studuissem atque potuissem conquirere et dilatare, vt postulauit censor, non modo, id meas vires superaturum fuisse, confiteor; sed etiam forsan nondum quantum quintumue, multo minus hoc decimum, volumen preluam reliquisset.

Sed, quoniam haec, quae scripsi, ad me apud ipsum doctum censorem et reliquos aequos iudices excusandum, sufficere mihi quidem videntur; haud lubet, ab omni controuersia, quum abhorream, plura, quae adhuc dicenda sunt, in medium proferre. Atque vereor, ne quibusdam lectoribus oratio mea iam verbosa iustoque longior et pugnacior, quam par sit, videatur. Quare L. B. iterum iterumque rogo, vt et vberiori forsan rerum controuersarum expositioni, et erratis tam meis, quam operarum beneuole ignoscat, atque in posterum mihi meisque laboribus qualibuscumque faueat. Scripsi Erlangae d. XIV. Decembr. **MDCCCVI.**

**GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLESS.**

**PARS**

---

**PARS PRAEFATIONIS**

*a I. A. Fabricio volumini IX. veteris edit. praefixae.*

---

**AD LECTOREM.**

Quod nunc in conspectum Tuum audet prodire volumen bibliothecae graecae nonum, non pauciores, quam superiorum quodlibet, eximios ac praeclaros Scriptores Tibi sistit, et non minore, quam illa, studio, erroribus suis atque ignorationi scriptoris vel incogitantiae, parem ab aequitate Tua expetit veniam expectatque.

Aliquam tomi huius partem a *Photio* impleri et *Suida* \*), nec miraberis nec indigne feres, quum bini hi scriptores sint haud dubie, quibus minime contemnendam veteris historiae Graecorum

b 2

littera-

\*) Capiti de *Suida* etc. locum in vol. VI. nou. edit. esse datum, in praefatione iam monui, caput autem de *Photio* non integrum licuit hoc vol. comprehendi, *Harl.*

~~XII~~  
litterariae portionem vnice debemus. Itaque de his obiter et in transcurfu dicere, paullo pleniorẽ graecorum scriptorum notitiam tradere adgresso, ineptum visum merito fuit: quumque de multis apud Photium, de multis apud Suidam fiat mentio, de quibus altum apud alios silentium obseruatur; duxi operae pretium, non modo de Photio et eius scriptis paullo accuratius tradere, sed et omnium in eius bibliotheca memoratorum scriptorum notitiam variis obseruationibus illustratam adiungere. Similiter quaecumque *Suidas* per magnum suum Lexicon de scriptoribus exponit, certe praeclara; ego nouissimam erudit. Küsteri sequutus editionem, illa cuncta in vnum congressi fascem, ac meis quibusdam obseruationibus adpersis, emendatius etiam hinc inde aliqua tradidi, vel accuratius transtuli. Hactenus *Fabricius*.

[Sequitur index s. elenchus singulorum capitum, quibus notum olim constabat volumen. Nos vero alium qui sequitur, contexuimus, nostrae aptum editioni. *Harl.*]

---

INDEX

# INDEX CAPITVM

## HVIVS VOLVMINIS DECIMI

### *siue Bibliothecae graecae libri V. partis V.*

CAPVT XXVII. (olim *Allatii* diatriba de *Nilis*, a Fabricio vol. V. subiecta, a me contracta partim, partim valde locupletata.)

*De NILO ex Eparcho Constantinopolitano monacho et asceta aliisque Nilis.* \*) pag. 1

*Inter hos de Nicolao Cabasila, eiusque scriptis tam editis, quam ineditis,* p. 25.

CAPVT XXVIII. (olim *Allatii* quoque diatriben de *Psellis* Fabricius vol. V. subiecerat. Ego vero illam pariter contractam et partim auctam hic reddidi.)

#### *De PSELLIS.*

I. *Michael Amorianus et Sim. Psellus.* II. *Psellus senior.* III. *Michael. Constantinus Psellus iunior.* IV. *Scripta tam edita, V. quam inedita.* VI. *Num praefatus sit in Philippi Solitarii dioptram?* VII. *Num tertius fuerit Mich. Psellus?* VIII. *Ioannes Psellus, et, uti quidam contendunt, Constantinus Psellus.* p. 41.

CAPVT

\*) Vener. D. *Stetium*, theologum Aldorsinum ecl. ad §. XVIII. de scriptoribus de vitis patrum ac monachorum p. 137. sqq. haud paucas symbolas atque emendationes contulisse, iam in praefatione monui. Reliqua supplementa ad omnia huius vol. capita, a me collecta sunt.

## CAPVT XXIX. (olim XXXII.)

De PALLADIO episcopo, Heraclide, Io. Moscho Eucrate et aliis, qui vitas, doctrinam et apophthegmata patrum, monachorum et eremitarum scripto consignarunt.

- I. Palladii Galatas, episcopi Helenopolitani, aetas. II. Historia Lausiaca, sive monachorum vitae, ad Lausum praefectum. III. Eius codd. et editiones. IV. Auditor dialogi de vita Chrysostomi, diuersus ab illo Palladio. V. Dialogi editiones. VI. Liber Palladii de gentibus Indiae et Bragmanibus. VII. Alii Palladii, ultra quinquaginta. VIII. De disputatione Gregentii, archiepiscopi, cum Herbano Iudaeo, quam Palladio Alexandrino Casp. Barthius tribuit. IX. Heraclidis Cyprii Paradisus. X. Heraclidae varii, plures, quam quinquaginta. XI. Moschi pratum. XII. Sophronio Hierosol. a quibusdam tributum. XIII. XIV. Anonymi  $\mu\omega\alpha\chi\iota\kappa\omega\nu$  etc. sive de vitis ac dictis eremitarum et monachorum scriptores. XV. Graecae  $\mu\omega\alpha\chi\iota\kappa\omega\nu$ ,  $\delta\iota\ \mu\epsilon\tau\alpha\phi\alpha\sigma\tau\alpha\iota$  praeter rem tributae; it. Io. Geometrae Paradisus, et Maximi Margunii  $\nu\epsilon\omicron\nu\ \lambda\epsilon\iota\tau\omega\nu\alpha\gamma\iota\omicron\nu$ . XVI. Hebraei  $\mu\omega\alpha\chi\iota\kappa\omega\nu$  vitae patrum. XVII. Laurentii de la Barre veterum patrum historia christiana. XVIII. Timotheus Alexandrinus et alii scriptores de vitis monachorum deperditi vel MSti, graeci latinique, pag. 98-138. — XIX. Scripta de Sanctis, nec non Menologia, Menae etc. ecclesiarum orientalium, pag. 138. et scripta de Sanctis, nec non Kalendaria, martyrologia ecclesiarum occidentalium pag. 148. item recentiorum collectiones de Sanctis, p. 159. et Hagiologia,  $\mu\alpha\tau\upsilon\mu\alpha\tau\omega\nu\ \lambda\iota\tau\omega\nu\alpha\gamma\iota\omicron\nu$  quaedam specialia, Kalendaria ecclesiastica, martyrologia, vitae Sctorum linguis vernaculis, pag. 171. XX. Simson Metaphrasta et vitae, martyria et encomia Sctorum, graece scripta, pag. 180-345.

## CAPVT XXX. (olim XXXIII.)

De THEODORO MOPSVESTENO eiusque fratre Polychronio et de aliis Theodoris centum amplius, qui graece scripserunt. (Indicem scriptorum et haereticorum, quorum apud Leontium Byz. fit mentio etc. iam in vol. VIII. pag. 909. sup. suo loco restitueram.)

De THEODORO ABVCARA eiusque scriptis, p. 364.

De THEODORO BALSAMONE, et alii Balsamones, p. 373.

De THEODORO GAZA, p. 388.

THEODORI MELITENIOTAE prooemium in Astronomiam, graece et lat. cum Ismaelis Bullialdi versione integrum exhibetur, p. 401-412.

De THEODORO METOCHITA, aliisque Metochitis, pag. 412. Tituli capitum XXX. in Miscellaneis melitis Theodori Metochitae, gr. et lat. p. 417-425.

De

**D. THEODORO R. MATHY ENSI, PHILOLOGO LINGUISTICO, PP. 429.**

*De THEODORO STVDITA, eius epistolis scriptisque et editis et ineditis; p. 434.*

*Index sermonum catecheticorum Theodori Studitae etc. p. 45). (ex vol. XI. pag. 275. sqq. vet. ed. hic receptus.)*

(JFKX mb) 2022 7790

**CAPT XXXI (olim XXXIV.)**

**De PHILONE** Carpathio, p. 472. **De ISIDORO PELUSIOTA,** p. 480.  
De Isidoris aliis, p. 494.

*De ANTIOCHO, Ptolemaidis episcopo, et de ANTIOCHO monacho eiusque scriptis, p. 499. Huius elenchus summum, variis locis emendatior, pag. 501. De aliis Antiochis, p. 504.*

*Dr SEVERIANO Gabatorum episcopo, et aliis Senecianis,* p. 507.

*De THEODOTO Ancyrano, pag. 512. Alii Theodoti, p. 515.*

-De **ANTIPATRO** Bostrenſi et aliis Antipatris, p. 518. De **CANDIDO** Isau-  
ro et aliis Candidis, pag. 521. De **SIMEONE STYLITE**, pag. 522. Alii  
duo numbre, p. 524.

*Dr. IOANNE Hierosolymitano, p. 525. et alio diverso, ibid. in nota.*

*De NESTORIO haeretico eiusque scriptis; item de Nestorii haeresi scriptoribus veteres graeci et latini atque recentiores,* p. 529-549.

*Index scriptorum et epistolarum in Actis concilii Ephesini a. Chr. 431. et Chalcedonensis a. 451.  
celebrati, nec non in codice encyclico et in synodico Casinensi adversus tragordiam Irenaei  
Tyrri, Nestoriani.* p. 550.

*D: EVTTICHE, pag. 567. et DIOSCORO, p. 569.*

CAPVT. ~~XXXII.~~ (olim. XXXV.)

*De ANASTASIO Sinaita, diuerso ab episcopis duobus Antiochenis huius nominis, pag. 571. Eius Hodegus, p. 573. Scriptores in eo citati, pag. 575. Quaestiones et alia scripta, 584. Scriptores in eo laudati, p. 587. Anastasii Antiocheni edita, pag. 595. et inedita scripta, p. 598. Alii Anastasii, p. 601.*

CAPVT XXXIII. (olim XXXVI.)

*De SEVERO ANTIOCHENO, p. 614. Eius scripta, p. 616. Alii Severi, p. 623.*

JA.CI

De



De **OLYMPIODORO ALEX.** p. 627. \*) *Olympiodorialis*, p. 628. *Index scriptorum*, in *Olympiodori Comm. citatorum*, p. 629. De **ZACHARIA** scholastico, pag. 633. *Alii Zacharias*, p. 635.

CAPVT XXXIV. (olim XXXVII.)

De **IOANNE PHILOPONO**, grammatico, p. 639. *Alii Ioannes grammatici*, pag. 640. *Scripta Io. Philoponi*, ibid. *Index scriptorum*, in iis laudatorum, p. 652. *Contra Proclum*, p. 644. *Commentarii in Aristotelem*, pag. 645. *Alia Philoponi scripta*, edita, p. 648. *inedita et deperdita*, p. 649.

CAPVT XXXV. (olim XXXVIII.) \*\*)

De **PHOTIO**, p. 670. *Synodi eius caussa celebratae*, p. 673. *Scriptores de caussa Photiana tam infesti*, p. 675. *quam aequiores*, p. 676. *Photii alii*, ibid. De *Photii bibliotheca*, p. 678. *Editiones eius*, p. 682. *Versiones eius*, p. 685. *Index scriptorum*, de quibus *Photius differit*, p. 686.

\*) Addendum ibi est, Cl. *Müllerum*, Scholae Cizensis meritissimum Rectorem, in *Notitia et Recensione codd. mss. bibl. episc. Numb. Cizensis*, Partic. I. L. 1806. 8. p. 5. sqq. describere coepisse apographum codicis Veneti, duobus voll. fol. quorum primum *Olympiodori Scholia in Plat. Gorgiam, Alcib. I. Phaedon. et Phileb.* continet, olim in bibl. Nesteri, nunc in bibl. Ciz. inter Reinesii libros adseruatum. *Beck.*

\*\*) Quum caput hoc, ceteris copiosius, non potuerit integrum hoc volumine comprehendi, quia illud superiora mole sua multum superaret, reliquam eius partem, inde ab indice alphabetico scriptorum in Photii bibl. laudatorum, vndecimo volumini seruare, ex redemptoris voluntate, necessarium fuit.

IO. ALB. FABRICII  
BIBLIOTHECAE GRAECAE  
LIBRI QVINTI PARS QVARTA.

CAPVT XXVII. (olim Allatii diatriba de Nilis, a Fabricio Vol. V. sub-  
iecta, a me contracta partim, partim valde locupletata.)

DE NILO EX EPARCHO CONSTANTINOPOLITANO MONA-  
CHO ET ASCETA; ALIISQVE NILIS.

- I. *Nilus Aegypti rex, cuius nomine notatus est Nilus, Aegypti fluminis, etiam ciuitas et regio hoc nomine.* II. *Nilus, PConsul, Panfophi martyris pater: sub D. cio imp. r.* III. *Nilus, Aegyptius episcopus et martyr sub Diocletiano, a. Chr. 310.* IV. *Nilus, Eparchus CPolitanus, ex Eparcho monachus et asceta, cum Theodulo, filio, sub Theodosio iuniore de eiusque scriptis, et horum edd. atque codd.* V. *Nilus, abbas, incertae aetatis.* VI. *Nilus schoasticus et poeta incertae aetatis.* VII. *Nilus iunior, dictus Rossanensis, f. Roscianensis, fundator monasterii Cryptae Ferratae, circ. a. Chr. 980. clarus.* VIII. *Nilus, patriarcha CPolitan. circ. a. 1380. eius scripta.* IX. *Nilus Damyla, heromonachus, post a. Chr. 1400. eius scripta.* X. *Nilus, philosophus, incertae aetatis.* XI. *Nilus archimandrita Doxapatrius, circ. a. Chr. 1140. et alius Nilus, tempore Mich. Glycae.* XII. *Nilus Siculus circ. a. Chr. 1270.* XIII. *Nilus italicorum dogmatum propugnator, circ. a. C. 1090.* XIV. *Nilus Cabasila, archiepisc. Thessalonicensis, circ. a. C. 1340. Eius scripta edita et inedita: Editt. et codd. Per hanc occasionem de Nicolao Cabasila, sororis filio. Scripta: editt. codd.* XV. *Nilus: Aegyptius monachus, f. potius idem cum Nilo, propugnator dogmatum Ioannis Itali, circ. a. C. 1090.* XVI. *Nilus Chius, metropolita Rhodi, circ. a. c. 1360. scripta: editt. codd.* XVII. *Nilus Xanthopulus, postremis impertii Graecorum temporibus.* XVIII. *Nilus Tarchaniota, monachus, non diuersus forte a Nilo Damyla, post a. 1400.* XIX. *Nilus Triclinius; circa a. 1350. et Nilus supposititius, quo instigante Cantacuzenus, (nisi ipse sub illo latet nomine,) historiam suam scripsit circ. a. Chr. 1360.* XX. *Nili, hieromonachi, scribae librorum.* XXI. *Alii parum noti Nili.*

[Studio Gottlieb Christoph. Harless.]

**T**emporis ratio me admonet, vt ad *Nilum, ascetam*, redeam, et per hanc occasionem aliorum *Nilorum* vel nomina, paucis exposita, adponam, vel, si inuneribus scriptisque memoriam sui posteris reliquerunt clariorem, vitam scriptaque aliquanto copiosius persequar. Fabricius quidem noster inter scriptores graecos *Nilis* haud dedit caput peculiare, passim tamen

Vol. X. A quo-

rumdam iniecit mentionem et doctam longamque *Leonis Allatii de Nilis et eorum scriptis* diatriben, recusam ad ed. romanam an. MDCLXVIII. suisque supplementis et animadversionibus locupletatam vol. V. B. Gr. adiecit: quae quum longior sit, quam ut, operis redemptore, viro honesto, aliisque viris doctis, vela ut contraham breuitatque cum maxime studeam, variis de causis haud immerito flagitantibus, in hac editione integram commodè reddam, in Nilis enumerandis et nonnullorum vitis scriptisque persequendis ita verfabon, ut Allatii quidem ordinem ac quod fieri potest, narrationem retineam, et Fabricii measque haud paucas animadversiones, ubi commodum et necessarium videbitur, inferam; sed ea, quae ab Allatio vel praeter necessitatem scripta, vel iusto copiosius exposita, adeoque ab instituto nostro aliena sunt, modo contraham, modo plane omittam.

### I. Nilus rex Aegypti.

*Nilus*, rex Aegypti, ex quo Nilus, Aegypti peruulgatus et celebratus omnium sermonibus fluuius hoc proprio signatus est nomine, postquam memoratus rex in illum sese, (nec tamen causa una est apud omnes,) immerfit. Nilus, fluuius, primo dictus fuit Oceanus <sup>a)</sup>, postea *Ἀετὸς aquila*, deinde Melus <sup>b)</sup>, tum Aegyptus <sup>c)</sup>, tum Triton, denique Nilus. v. *Plutarchus* de fluuiis pag. 766. sq. vol. X. ed. Reiske, inprimis p. 771. sq. ibique not., *Eustath.* in Dionysium Perieget. ad vers. 222. Ab eodem rege dicta etiam videtur *Nilus*, Aegypti vrbs, cuius episcopus, *Chacremon*, memoratur ab *Eusebio* VI. 42. hist. eccl. Apud *Porphyrum* quoque II. *περὶ ἀποχῆς* p. 125. Theophrastus laudat τὴν ἱερωτάτην ὑπὸ τῆς Νείλου κτισθεῖσαν χώραν. [De Nilo praeter Geographos et auctores itiner. atque histor. de Aegypto conf. quoque *Hesiod.* Theogon. v. 338. ibique interpr. *Plutarch.* de placitis philos. libr. IV. cap. 1. ibique interpr. *Iablonski* Pantheon aegypt. tom. I. p. 126. II. p. 142. 156. etc. *Oberlin.* ad Vibium Sequest. de fluminibus etc. p. 147. sq. et de fabula de ortu Nili ex Paradiso, in cod. *Windob.* I. nr. 10. v. *Lamb.* comen. vol. VI. part I. p. 20. *H.*]

II. *Nilus*, *Proconsul*, Panlophi martyris pater. Menaea Graecor. ad decimum quintum Ianuarii, et Acta Sanctor. tom. I. Ianuarii p. 996.

III. *Nilus*, *Aegyptius episcopus et martyr*: de quo *Eusebius* de martyribus Palaestinae c. 13. p. 343. ed. Vales. id. VIII. 13. hist. p. 308. ed. Vales. et ex hoc loco *Necrophor. Callistus.* libr. VII. cap. 16. *Menologium* Graecor. ex interpretatione Guil. Sirleti, inter antiquas lectt. Canisii tom. V. die 17. Sept. *Menologium* ab Vghello editum tom. VI. Italiae sacrae p. 1076. et Menaea, Venetiis excusa graece, Septembr. p. 247. sq. *Vsuardi*, *Adonis* et alia martyrologia 19. Sept.

### IV. Nilus

a) *Diodor. Sic.* libr. I. cap. 19 et 63. *Fabr.*

b) Latini *Melo.* v. *Stephani le Moyne* epist. ad Gisb. Cuperum de Melanophoris et *Gilberti Gaulmini* not. ad vitam Mosis p. 247. *Fabr.* add. not. ad *Plutarchum* l. c. pag. 766. sq. *H.*

c) *Homer.* *Odyss.* δ'. 427. et ibi *Eustath.* *Diodoro Sic.* quidem, qui fluuiio nomen dedit, non

*Νῆλος* dicitur; sed *Νίλος*. Sed Vulcani, quem philosophiae inuentorem celebrari legas a *Laertio* in lumine prooemii, pater *Nilus* apud eundem *Laërtium* et *Cicronem* III. de natura deorum cap. 21 et 22. [ubi consules *Damii* notas.] *Fabr.*

IV. *Nilus, Eparchus Constantinopolitanus, ex Eparcho monachus et asceta, cum Theodulo, filio.*

De hoc *Nilo* etiam conferri possunt, praeter ea, quae adnotata sunt supra, vol. I. p. 701. XVII.

*Nicéphorus* hist. eccles. libr. XIV. cap. 54.

*I. M. Suardesi* liber chronologicus de vita S. Nili.

*Gul. Caue* hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 428.

*Tillemont.* Mem. de l' hist. eccles. tom. XIV. p. 189. copiosus de eius vita et quaedam narrat, quae incerta et fabulosa esse videntur.

*L. Ell. du Pin* nouv. biblioth. tom. IV. pag. 26. qui ex scriptis Nili vtilia dedit excerpta.

*Cas. Oudin* comment. de S. S. eccles. tom. I. p. 1254.

*R. Ceiller* hist. genet. des Auteurs eccles. tom. XIII. p. 146.

Pauca, de eius praesertim scriptis tradit *Schroeckh* in: *Christliche Kirchengeschichte* tom. XVII. p. 359. sq.

*Hamberger* Z. Nachr. tom. III. p. 175. sqq.

*Saxii* Onomastic. litterar. tom. I. p. 488.

Allatius praeterea adducit loca ex Menologio Basiliano bibliothecae Vaticanae XIV Ianuarii, ex menologio Graecorum, tum ex martyrologio Romano et Sirleti menologio die XII. Nouembris. Quando vixerit Nilus, diligenter et copiose inquiri idem, aliorumque rationes iudiciaque examinat. Atqui quoniam in martyrologio Romano dicitur sub Theodosio iunioris floruisse, et Arcadium imperatorem Ioannis Chrysostomi, (cuius is discipulus fuit), in exilium missi, causa in epistolis (libr. II. epist. 279. et libr. II. ep. 265. edit. Allatii,) reprehendit: cel. *Saxius* eius aetatem a. Ch. circ. 420. adligauit, nec voluit eum serius et remotius a Chrysostomo ponere, quantumvis diutius vitam produxisse eum haud ambigat. — Inter eos, qui vitam Chrysostomi exposuerunt, nominatur *Nilus* cognomine *Magnus* in cod. *Vindob.* v. *Lambec.* VIII. p. 638. Constantinopoli ex gente amplissima ortus propter egregiam gentis nobilitatem illi vrbi praefectus est et honestissimae matronae matrimonio iunctus duo ex illa (si fides habenda est Menologio Graecorum) suscepit liberos, marem et feminam, apt, ipso Nilo narrante, duo mares. At enim licet nobilitate, dignitate, opibus rebusque aliis clarissimus, in vrbe viribus emineret: tamen rerum diuinarum amore motus, renunciauit omnibus vitae commodis et Anachoreta factus, vitam asceticam praetulit dignitatis, honoris opumque splendori. Secessit igitur cum filio, Theodulo, in montem Sinaicum, vt patrum frueretur consuetudine: vxor autem vna cum filia in Aegypti monasteria immigrauit<sup>d)</sup>. Theoduli, fata acerba multaque pericula perpeffi, et religiosam vitam degentis, memoriam Graeci colunt die XIV. Ianuarii. Atque ad illum diem in Menologio Basiliano quae illi acciderint, ita ex Allatii interpretatione enarrantur. „Hoc eodem die commemoratio S. Patris nostri, *Theoduli*. Hic erat filius sapientis *Nili*, Eparchi CPolitani: qui, mundana gloriola renunciata,

A 2

in

d) *S. Nili* reliquiae seruabantur in monte Atho gr. pag. 491.  
in monasterio Dochiarii. v. *Montfauc.* Palaeogr.

in montem Sinaeum progressus, vna cum filio Monachum induit. Dum ibi immorarentur, in ascetica disciplina elaborantes, derepente barbaris irruentibus et sanctos illos patres contrucidantibus, Nilus in fugam se dedit, filius, *Theodulus*, et alius eiusdem cum illo aetatis ducti euinctique ducebantur; sed quum certum in locum ex itinere diuertissent, statuerunt iuuenes mactare, eosque stellae, ante solem exorienti, hostias immolare; sed vnus quidem ex his fuga salutem petiit. Barbari vero graui sopore sepulti, quum, exorto sole, stella euauisset, ab occidendo Theodulo manus abstinerunt: quum postea de eo pecunia commutando decreuissent, nec vltra duo folique aurei offerrentur, vaus ex illis nudato gladio eum conficere tentabat. Tum episcopus eum a barbaro mercatus, in libertatem exemit, qui quum perquam optime vitam duxisset, obdormiuit in Domino. Alii, penes quos tamen sit fides, memoriae prodiderunt, Nilum, dum filium, a barbaris abductum, sollicitè perquireret, ipsum, a barbaris captum, mox tamen ab iisdem liberatum, filium in Elusa reperisse apud vrbis episcopum, et ab hoc licet inuitum presbyterum esse ordinatum.

*Nilus* ipse, qui ab aliis, mistorum prauitate deceptis, archiepiscopus et episcopus CPolitanus nuncupatur, Suaresio rationes subducente, a. C. 450 aut 451. animam efflauit. Multa ingenii monumenta posteris reliquit, quorum magna pars misa in bibliothecis adhuc latet; pars etiam temporis iniuria periit. *Philippus Labbeus* in noua Bibliotheca, *Nili*, ait, multa iacent opuscula in Parisiensibus aliisque bibliothecis quae, vt audio, parantur publicae vtilitati ab erudito interprete: et pag. 95. *Nili* opéra varia in regis codd. CCCLXXVIII. CCCCXCVIII. DCXV. DCCCCXXXII. DCCCCXLIV. DCCXXII. MLXVII. MDCLXII. MCCCLXXXVII. MCCCLXXXVIII. MMV. MMXVIII. Sed de codicibus misis postea vberior erit sermo. De Nilo pauca tradit *Photius* in Bibliotheca cod. CCI. et laudat non modo insignem operum perfectionem, sed etiam *Nili* facultatem in dicendo. Memorat tantum *Nili* librum, in centum et quinquaginta tria capita<sup>o</sup>) diuisum, quibus precandi forma exponitur. Addit vero, ferri eiusdem et alia plurima lectu digna diuersi argumenti opuscula, partim episto-

<sup>o</sup>) Fabricius in nota f pag. 17. in Turriani, ait, editione *πεφωλμένων* *Nili* *περὶ προσευχῆς* capita sunt 148. In Zini et Suaresii rectius 153. Causa diuersitatis est, non, quod capita quaedam ibi desint; sed quod in Turriani editione ex capp. 10. 11. et 51. 52. et 66. 67. et 68. 69. et 74. 75. contracta in vnum sunt capp. 10. 64. 65. et 70. Nonnulla aliter, vt 35. *προσευχὴ τῶν ἀνθρώπων ἢ πρὸς τὸν Θεόν*. Pro quo Turrianus: *Oratio sine distractione est summa intelligentia mentis*. Turriani editio latina in Bibliothecis Patrum Bigneanis repetita est, etiam in nouissima Lugdunensi a. 1677. curante *Philippo Despont*, presbytero Pa. is. tom. VII. p. 1151. Apud Suaresium p. 475. etiam praemittitur epistola, in qua Nilus ipse disertam mentionem capitum 153. facit. Incipit: *προτίττω τὰς με φλογμὴ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν*. In

cod. *Vrsto* Marc. XLIX. sunt *Nili* de orat. capp. 153. quibus praemittitur prologus. v. cat. co. d. gr. Marc. p. 31. *Florentiae* in cod. Medic. XVI. nr. 12. plut. 9. et cod. XVII. nr. 6. sunt totidem capp. (v. *Bandini* cat. codd. Laur. Med. I. p. 414. et 420.) et in cod. *Naniano* Ven. XCVI. nr. 2. (v. cat. codd. Nan. p. 188.) *Paris*. in bibl. publ. in nouem codd. (v. cat. codd. Paris. regior. tom. II.) in cod. tamen MLXXV. numerantur, (nisi error sit typogr. in cat. cit. p. 212.) capp. 183. — capp. 153. in cod. *Taurinenfi* CCLIV. (v. cat. codd. gr. Taur. p. 369) — in cod. *Coislin*. CCLX. saec. circ. XI. de quo v. *Montfauc.* in bibl. *Coislin*. p. 305. — *Vindobon.* in cod. caes. CLVI. nr. 10. alia capp. decem. nr. 11. v. *Lambec.* comm. IV. p. 328. et de aliis p. 336. nr. 9. add. ad. nr. 7.

epistolas, partim historiae forma conscriptae vel rectius commentarios. Schottus ad locum Photii in margine pag. 523. recenset ex Turriano alia Nili opuscula, quae dicuntur in Italia, biblioth. Paris. et Augustana exsistere. Nihilo tamen minus dubitat, an vnus Nili sint omnia et Allatius carpit quosdam, qui opuscula Nili theologica cum capitibus Diadochi confundant<sup>f</sup>). Add. infra caput de Photio in vol. IX. vet. ed. pag. 446. de cod. CCI.

Idem Photius in sua Bibliotheca, cod. CCLXXVI. pag. 1527. sqq. ed. Schotti ex Nili orationibus in pascha prima et secunda, atque in *adscensionem domini* prima, secunda et tertia longiora seruauit excerpta. Ex secundo sermone in Pascha excerptum exstat *Florentias* in cod. Laurent. VII. nr. 25. v. Bandini cat. codd. gr. Med. Laur. II. col. 665.

Nili, *ascetae*, opera omnia nondum in iustum volumen sunt redacta. Petrus Franciscus Zinus, Veronensis, aliquot opuscula Nili in latinum sermonem translulit et publicauit Venet. 1557. 8. Quae in illo tomo continentur, recensuit Allatius l. c. pag. 18. sq. vbi Fabric. in nota m. aliam eorundem Nili opusculorum, a Zino translatorum, editionem, cum Ephraemi, Marci et Esaias scriptis asceticis, Venet. ap. Bolognium Zalterium, 1574. 8. memorat. Eadem edit. operum quorundam per Petr. Franc. Zinum in cat. bibl. Leidensis p. 39. occurrit; sed additis verbis *graece et latine*: graecum tamen textum reliquis tantum, praeter Nilum additum esse, efficitur ex commemoratione eiusdem edit. p. 59. catal. Vide etiam Biblioth. patrum Margarini Bignaei, Paris. 1575. tom. III., Lugdunensem tom. VII. etc. — Insuper Allatius indicat Nili opuscula, quae in Bibl. patr. veterum Colon. tom. V. Colon. 1618. reperiuntur.

Postea in lucem prolata sunt: *S. Nili opera quaedam nondum edita*. Ex bibl. Caroli de Montchal. Petrus Possinus recensuit et latine vertit, cum adnotatt. Paris. S. Cramoisy 1639. 4. Insunt narrationes de caede monachorum etc. et oratio in Albanum, quae desunt in sequenti edit. Romana:.

*S. Nili tractatus seu opuscula* ex codd. msstis Vaticanis, Cassinensibus, Barberinis, et Altaempsiensis eruta. Iosephus Maria Suarezus graece primum edidit, latine vertit et notis illustrauit. Romae typis Barberinis 1673. fol. Quae continet Nili opuscula illa editio, ea enumerauit Oudin. l. c. In Dictionaire bibliographique, historique et critique des Livres rares etc. tom. II. Paris. 1790. 8. pag. 257. citatur edit. valde incognita: *S. Nili opera omnia* gr. lat. ex edit. Leonis Allatii et Ios. Mariae Suarezii. Romae, typis Barberin. 1668 et 1678. II. voll. fol. Citatur tamen etiam in Ormont Dictionaire typograph. tom. II. p. 11. et in Butz Bibliogr. instructive vol. I. p. 250. Eadem lat. in Bibl. patr. Lugd. tom. VII. p. 182-324.

Nunc, duce Caueo, singula opuscula recensebo, additis, vbi opus videbitur, Allatii ac Fabricii animaduersionibus, nec non codd. msstor. in quibus Nili opuscula custodiuntur, notitia, aliisque rebus a me obseruatis:

## A 3

## 1. Ex-

f) *Euagrio*, scholastico, scripta nonnulla, quae sub S. Nili, ascetae, nomine leguntur, esse tribuenda, iam supra in vol. VII. pag. 434. est animaduersum. In codd. interdum *Anastasio* ad-

scribuntur Nili narrationes de caede monachorum Montis Sinae et captiuitate Theoduli eius filii.

1. *Expositio paraphrastica Cantici Canticorum*, ex Nysseni Gregorii, Maximi commentariis, carminibus politicis Michaelis Pielli; lucem adpexit latine ex versione *Petr. Frasc. Zini*, Canonici Veronens. Venet. 1574. 4. — Graeca primus e MSS. Paris. in lucem protulit *Fronto Ducaeus*, et gr. ac lat., *Zino* interprete, inseruit tomo I Auctarii bibl. veterum patrum graeco latini, Paris. 1624. fol. sqq. — Item in tomo XIII. Paris. 1654. Morellianae edit. p. 681. — Exstat in codd. Mss. *Vindob.* caesar. CLXIX. nr. 2. v. *Lambec.* comment. IV. p. 397. *Monachii* in cod. Bauar. XXVIX. catal. pag. 10. et ibid. pag. 84. *Nili* interpretatio *Prouerbiorum*, in cod. CCXLIX. — *Venetis* in bibl. Marc. in codd. XXII. ad sex priora tantum capp. et XXIII. (de his v. cat. codd. gr. Marc. pag. 21. add. ecl. *Morellii* bibl. Mstam gr. et roman. Venet. 40. et ibid. de *Procopii Gazaei* epitome commentarior. in Ecclesiasten ex *Nilo* aliisque; idem p. 42. p. 83-85. de Parallelis S. Io. Damasceno adtributis; compara *Labbei* bibl. nou. Mst. p. 233. Secundum cat. codd. Angliae II. nr. 8551. in bibl. *Iacobaea*. — In bibl. *Scorialiensis* indice opera Alex. Baruoctii, catena in Cantica canticor. et in eam enarrationes Theodoretii praefertim, Gregorii Nysseni, *Nili*, Eusebii, Maximi. Add. *Labbei* bibl. nou. Mss. p. 177. 274. et 306. de codd. Paris. bibl. — In multis in libros divinos catenis occurrunt variae *Nili* interpretationes. De catena in Lucam, a Balth. Corderio versa, v. supra in vol. VIII. p. 668. add; p. 641. 647. 650. 672. 679. atque *Lambec.* comm. III. pag. 166. sq. — in scholiis ad *Ioan. Climaci* scalam paradisi; v. supra in vol. IX. p. 525. — De catenis, in quibus *Nili* loca reperiuntur, in Iobum, v. *Lambec.* comm. V. p. 135. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 57. cod. IX. *Nili* interpretatio *Prouerbiorum Monachii* in cod. Bauar. CCXLIX. v. cat. codd. gr. p. 84. in catena in Leviticum, Numeros etc. in codd. V. et VI. *Coisl.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. et 42. et p. 244. cod. CLXXXVII. in cat. in Psalmos. — in catenis a *Masario Chrysoscephalo*, episcopo Philadelphiae et *Niceta*, diacono magnae ecclesiae, contextis.

2. *Narrationes VII. de caede monathorum in monte Sina (ac Raithu) et captivitate Theoduli*, filii: editae gr. et lat. a *Possino*, vt iam significauimus. Is etiam librum in septem narrationes distinxit. De illis autem narrationibus multus est Allatius, p. 26. sqq. qui praefertim defendit Simeonem metaphrasten a crimine interpolationis. Adnotante Fabricio, eiusdem narrationis, iam ante Possinum, interpretationem, sed minus praeclaram minusque, vt ex metaphraste, integram ediderant *Aloysius Lipomannus* et *Laur. Surius* ad 14. Ianuar. Varias lectt. e codice Mazariniano vna cum quibusdam animaduersionibus suis edidit *Franciscus Combefisus* in illustrium Christi martyrum lectis triumphis etc. gr. et lat. Paris. 1660. 8. pag. 139-144. Latine *Io. Bollandus* quoque, (non, graece et lat. vt *Labbeus* adfirmat tom. II. de scriptor. eccles. pag. 125. et ex *Labbeo* Allatius,) ad diem 14. Ianuar. in Actis S. S. Antwerpens. tom. I. p. 954. sqq. narrationem illam, qualem *Surius* dederat, collatam cum MS. Vaticano cum breuibus notis suis a. 1643. edidit, distinctam in capp. 15. sectiones 62. Adde, quae idem pag. 1113. sq. vbi ex *Possiniana*, quam elegantem et plenioram fatetur, nonnulla supplet. Gallice vertit *Nicol. Sudorius* (le Sueur.). Varias lectiones (et narrationum et sequentis orat. in Albanum) e quatuor graecis Mss. codd. Vaticano, Barberino, Altempisano, (qui cum *Sfortiano* comparatus,) et Palatino, translato in bibl. Vaticanam, ex marginibus codicis Barberini descriptas, ad calcem epistolarum *Nili* edidit Allatius. Romae 1668. fol.

fol. Praeter codd. modo memoratos exstant illae narrationes in tredecim codd. bibl. Parisinae publ. (sec. catal. codd. Paris. tom. II.) — in codd. *Coisl.* CCLXI. et CCCLXXXIII. v. *Montfau.* bibl. Coisl. p. 306. et 587. — *Oxon.* in cod. Barocciano CLXXXIII. — *Venet.* in codd. Nanian. CXXXIX. nr. 6. et CXLI. nr. 7. v. cat. codd. gr. Nanian. p. 321. et 328. *Florent.* in codd. bibl. Laur. Medic. XVIII. nr. 25. plut. 9. et XXI. nr. 6. plut. 11. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 421. sq. (vbi commemorat codd. Vaticanos et Sirletan.) ac p. 515. *Oudin.* l. c. p. 1256. adnotat, illas narrationes de patribus in monte Sina, in MS. cod. *Colbertino* MMMMDCCXXVI. *Anastasio monacho* sub hoc titulo tribui: Ἀναστασιος Μοναχῶς διηγῆσας διάφοροι περὶ τῶν ἐν Σινῶ ἀγίων πατέρων, additque, inde, quis illarum auctor sit, non constare.

3. *Oratio in Albianum, monachum Nitriensem*, gr. et lat. narrationibus subiuncta a Possino, et variae lectt. ab Allatio ad calcem Epistolarum Nili sunt editae.

4. *Capita paraenetica* 229. Χρυσῶ Νείλῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρος; serie alphabetica. Has sententias, s. Paraeneses, a Io. Hontero, Coronensi, in bibl. quadam vetustissima in Wallachia repertas et Michaeli Neandro ab amicis e Transilvania missas, laudatus *Neander* primus gr. cum sua lat. versione edidit et inscripsit:

Νείλῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρος κεφάλαια ἢ παραενέσεις. *Nili episcopi et martyris capita, seu praeceptiones de vita pie, christiane ac honeste exigenda, graecolatine: a Michaeli Neandro, Soraviense, conuersae et expositae.* Basil. per Io. Oporin. In fine: Basil. — M. D. LIX. (1559.) mense Augusto. 4. In dedicatione, scripta 1558. ipso die Mich. archangeli, (inde factum esse, arbitror, vt Fabric. eam edit. a. 1558. prod. esse, scriberet,) Neander profitetur, se graeca, quae corrupta essent, correxisse, aut (in margine) de sua sententia, quomodo legendum esset, declarasse. Praemissa est quaedam Nilorum notitia. Textum excipiunt obseruationes grammaticae atque exegeticae. — Recusa est illa editio, (indice omisso,) in altera parte *Oporis aucti*, ab eodem Neandro editi. Lipsiae 1577. pag. 1. sqq. — Sententiae illae (adnotante Fabricio,) recusae sunt gr. et lat. cum Neandri, (non, Zeni, vt prodiderunt *Labbeus* tom. II. de scriptor. eccles. pag. 124. et *Suarezus* p. 625. ad Nili opuscula, vbi e codice Barberino additamentum quoddam sententiae 97. subiunctum gr. et lat. exhibet, sententia ipsi in collectione sua omisiss;) versione in tomo I. Orthodoxographor. Grynaei a. 1569. vol. I. pag. 169. sqq. tum in graeco lat. auctario bibl. patrum Ducaeano, Paris. 1624. fol. tom. II. p. 1168. Neandri interpretatio occurrit quoque in Bibliothecis patrum latinis 1575. et 1589. Paris. et a. 1618. tom. IV. et Lugd. a. 1677. tom. I. p. 1147. et in Bibl. patrum Paris. graeco lat. tom. XIII. Paris. 1644. 1654. Latinis versibus reddidit *Anton. Meierus*, Vleieranus Flander, Cameraci 1561. 4. Germanice interpretatus est et S. Macario subiunxit *Godfridus Arnoldus* in huius verdeutschten Schriften des H. Macarii v. anderer, p. 393-452. Goslar. 1702. 8. add. 11. nr. 9. — *Allatius* laudat ed. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Francisc. Rapheleng. 1590. 8. — Add. *Sententiae Nili*, episcopi et martyris, carmine expressae per *Micaelum Toxiten*, Rhoeticum, 1543. 8. in calce: Argentorati ap. Craton. Mylium M. D. XLIII. m. Aug.

Nili



*Nili* admonitiones, in latinam linguam traductae: ac testimoniis tum sacris tum profanis illustratae: opera et labore *Stephani Schoning*: Franekerae, exc. Aeg. Radaeus. 1608. min. 8. Addita est Expositio *Agapeti* capp. paraeneticorum cum *Aristotelis* libello de virtutibus et vitiis, eodem Stephano Schoningio interprete. Schoningii versio haud sane melior esse dicitur.

*Aurea Nili, episcopi et martyris, Paraenetica*, interprete *Nicolao Glasero*. Hamburgi exc. Paulus Langius. 1614. 8. in eius Glaseri apocryphis, paraeneticis, philologicis, p. 1. Diuisae sunt sententiae in decurias XXIII. et p. 18. Eiusd. *Nili* ad dictum *Esaiae* I. 18. *Sifuerint peccata vestra ut vermiculus*.

Eadem cum Schoningii versione recudi curauit *Christian. Weissus*. Gorlicii 1679. 8. — Allatus tradit, easdem Paraeneses editas esse gr. et lat. a *Paulo Minerua*, Rarensi Dominicanano, cum scholiis siue commentariis, Neapoli ap. Constantin. Vitalem 1604. 4. Contra in catal. bibl. Barberin. II. p. 122. sic citatur: *Nili* capita paraenetica, gr. lat. cum scholiis et catena paraphrastica *Petri Mineruae* Neap. 1604. 4. At tamen in Toppii Bibl. Napolitana tom. II. nulla fit mentio *Petri Mineruae*: contra pag. 236. laudatur *Paulo Minerua*, di *Bari dell' ordine de' Predicatori*; at editionis citatae memoria omittitur. Quod vero in codd. atque editionibus *Nilus* ille dicitur *episcopus et martyr*: quaestio orta est, num *Nilus*, asceta, an alius auctor fuerit illorum capitum paraeneticorum: de qua controuersia copiosus est Allatus, et inter alia monet, fieri posse, ut *Nilus*, Aegyptius episcopus, (atque duo *Nilos* Aegyptios nominat Nicephor. VII. 16.) et *Nilus* asceta, capita paraen. concinnarint, eaque diuerse, atque Antonium, monachum, in *Melissa* plures ex *Nilo* absque alio cognomine sententias, alias ex *Nilo*, episcopo, signare: etc.

Diuerfa ab illis sunt *Nili Keφάλαια ἢ παρακλήσεις* capita seu praeceptiones sententiosae (148.) Francisco Turriano interprete et Linianae interpretationis correctore, collatis tribus peruetustis exemplaribus et scholiis adpositis. Florentiae ap. Bartholomaeum Sermaretellum 1578. 8. — una cum *Diadochi*, episcopi Photices, capp. centum de perfectione spirituali. (v. vol. IX. p. 446. vet. edit. in cap. de Photio, cod. CCI.) Latine Lugd. Batau. ex offic. Plantin. 1590. 8. — gr. et lat. inter opuscula *Nili* iunctim edita a *Ios. Maria Suarezio*, Rom. 1673. fol. p. 475. 511. praemissa epistola ad amicum, cui illa *Keφάλαια ενύ* *Nilus* transmisit. — In linguam latinam transtulit illas praeceptiones sententiosas *Bilibaldus Pirckheimerus*, Noribergensis; vsus codice peruetusto, e Graeca elapso: *Nili* sententiae morales e graeco in latinum versae et excerpta quaedam ex *Damasceno* per *Bilibald. Pirckheimer*. Praefigitur epistola *Pirckheymeri* ad sororem suam, Claram, monialem, data 4. Cal. Ianuar. 1516. *Friedericus Peypus* Nurnbergae impressit. 4. (v. *Maittaire* A. T. II. p. 278. *Panzeri* A. T. VII. p. 457. et IX. p. 546. — *Nili, episcopi et martyris*, sententiae morales e graeco in latinum versae *Bilib. Pirckheymero* interprete. Argentinae ex aedibus Schurerianis a. 1516. 4. Lipsiae ex offic. Melchioris Lottheri, a. 1516. 4. — Basil. ap. Pamphilum G. (Gengenbaccensem.) m. Ianuar. 1518. 4. — Argentin. 1519. 8. (v. *Panzer*. A. T. VI. p. 82. et IX. p. 368. vol. VII. p. 193. VI. p. 209. et 92.) — Idem *Pirckheym*. sententias morales (238.) germanice vertit in Theatro virtutis et honoris oder Tugend-Büchlein etc. Noriberg. cum praef. *Hans*

 Symmacho Comiti III. 44. 45.  
   Duci militum II. 165.  
   Leguminum venditori (καταπρατωλῶν) II. 363.  
 Syriano IV. 50.  
   Monacho II. 63.  
 Tapisco Diacono III. 75. 76. 77.  
 Tauriniano Expraefecto II. 178.  
 Telemacho Primati III. 225. 227.  
 Telephoro ἐγκάστῃ II. 192.  
   Prinati I. 174.  
 Terentio Diacono lapsa sed poenitenti III. 228.  
 Teucro Diacono I. 250. 251.  
   Candidato II. 184.  
 Thalassio argentario I. 308.  
 Thalliano Illustri I. 279.  
 Thaumasio s. Thaumaro Monacho III. 333.  
 Theocli IV. 51.  
   Presbytero III. 161. 162. 163.  
   Scholaastico II. 229.  
 Theocliano I. 248.  
 Theoctisto Referendario III. 1. 2. 3.  
 Theodoreto Monacho III. 90.  
 (P) Theodoriano I. 50.  
 Theodoro I. 165. 166.  
   Monacho II. 65. 76. III. 157. 158. 159.  
   160. IV. 25.  
   Presbytero II. 270.  
   Tribuno II. 286.  
 Theodosiae Moniali II. 116.  
 Theodosio I. 133.  
   Lectori II. 202.  
   Diacono III. 42.  
   Monacho II. 66. 67.  
 Theodotioni I. 63. 66.  
 Theodoto Diacono III. 26. 29.  
   Presbytero II. 307.  
 Theodoto vel Athenogeni Comiti I. 326.  
 Theodoto Presbytero III. 138.  
 Theonae Remp. gerenti I. 311. 312.  
 Theoni Monacho III. 72. 73. 74.  
 Theopempto Protectori I. 233.  
 Theopha-



- Theophani Scholastico III. 188.  
 Theoph. Actuario (*αἰβάκτις*) II. 257.  
     Cancellario I. 226.  
     Monacho II. 117.  
 Theophroni Diacono III. 277.  
 Theopompo Senatori I. 330.  
 Theoro vel Theodosio Mon. II. 67.  
 Theobio II. 15.  
 Therino primati II. 174.  
     Monacho I. 222.  
 Thessalio Diacono I. 155. 313.  
     Collaboratori II. 301. 303.  
 Thomae (*λογογράφος*) scriptori III. 184. 185.  
 Thyrsio Monach. II. 29. 30.  
     Primicerio II. 238.  
 Thyrsio Scriniario I. 208. 209. 210.  
 Timoni Episcopo II. 2. 3. 4.  
 Timotheo Monacho IV. 59.  
     Hypodiacono I. 26. 31.  
 Tito Diacono III. 186.  
 Traiano III. 258.  
     Adiutori II. 287.  
     Diacono III. 141.  
 Tryphoni Architecto I. 197. 198.  
 Tymboni vel Tryphoni Diacono III. 196.  
 Tyrboni Presbytero III. 15.  
 Valenti s. Valentiniano *αρχιδιάκονος* (scribae) II. 204.  
 Valerio vel Hephæstioni Presbytero II. 312.  
 Valerio vel Heortasio Diac. II. 187.  
 Valerio Cubiculario. II. 180-183.  
 Venusto Monacho I. 295.  
     Primati III. 178.  
 Viviano illustri III. 91. 92.  
 Vincentio Ascetae II. 51.  
 Victori Archimandritae II. 70.  
 Vitalio Hypodiacono IV. 29. 30.  
     Protectori II. 324.  
 Vlpiano Scholastico II. 219.  
 Viracio s. Arfacto Ecdico III. 132.  
 Xanthippo Diacono II. 154.  
 Xenagiae Diacono I. 38. 39. 40.  
 Xenodoro Decano (an Diacono?) II. 293.  
 Xenoni I. 36.  
 Xenophonti Diacono II. 172. 173.  
     Presbytero III. 156.  
     Scholastico II. 279.  
 Zenobio Legato II. 246.  
 Zenoni Diacono II. 194. 195.  
     Decembrio II. 299.  
 Zephyriano I. 230.  
 Zoilo Chartulario II. 275.  
 Zosae Ascetae II. 75.  
 Zosario Tribuno I. 55. 58.  
 Zosimiano Pro-Consuli II. 251.  
 Zosimiano Monacho I. 107.  
 Zosimo IV. 46.  
     Caligario II. 203.  
     Oeconomo I. 32. 33.

CAPVT.

## CAPUT XXVIII.

## DE PSELLIS

[Studio Gottlieb Christoph. Harless.]

*Praemonenda. Michael Amorianus, et Sim. Psellus. I. Psellus senior II. Michael Constantinus Psellus iunior. III. Scripta tam edita, IV. Quam inedita. V. Num praefatus sit in Philippi Solitarii dioptram. VI. Num tertius furrit Michael Psellus. VII. Ioannes Psellus, et, uti quidam contendunt, Constantinus Psellus. VIII.*

*Praemonenda.*

Quod Fabricius superiori capite de *Nilis* in eodem volumine quinto subiunxerat *Leonis Alatii de Psellis et eorum scriptis diatribam*, ad edit. Mascardi, a. MDCXXXIII. recusam, additis notis ac supplementis quibusdam; equidem, ne partes veteris editionis nimis discerperem in hoc capite, quod Allatii liber copia rebusque, ab instituto et consilio nostro alienis, abundat, nolui eum integrum repetere; sed satius esse duxi, ex eo potiora, quae viderentur excerpta eaque, quae reperi, et quae, praefertim quod ad notitiam MSS. codd. pertinet, notatu digna viderentur, breviter adicere. Allatius vero absoluit opus 80. sectionibus, quarum notas, vncinis inclusas, suo cuique loco praefixi.

(I.) Primum produxit Allatius *Michaelem Amorianum*, Amorio, Phrygiae oppido, oriundum, imperatorem Constantinopolitanum, qui quidem post Leonem Armenium regnavit et obiit a. Chr. 829. mense Octobri, quum imperasset annos VIII. menses 9. et dies totidem. Illum, qui ab aliis historicis *Τραῦλος Balbus* dici solet, ideo *Psellus* adnumerat, cum quia *Ψέλλος* et *Τραῦλος* sint synonyma, tum inprimis quoniam Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii, patriarchae, eum diserte vocavit *Ψέλλων*. Is tamen nihil scripsit. Fabricius autem in nota antiquiorem nominat *Simonem Psellum*, Flauii Iosephi *πρόπαππον* siue atavum, cuius ipse meminit in limine vitae suae.

II. (II—XI.). Sequitur *Michaël Psellus*, senior, ex insula Andro ortus, et Photii discipulus, vir doctus, qui humanitatis et philosophiae sacris initiatus fugientes Musas retardavit, et ingrauescenti barbariei se opposuit. Quod vero magno studio Alexandrinae quoque theologiae pernoscentiae se tradidit, et profanis litteris addictus, rem christianam neglexisse videbatur, apud Constantinum, suum quondam discipulum, in suspicionem repudiatae christianae disciplinae venit, ab eoque carmine elegiaco acriter est notatus. Psellus igitur, quum aegre ferret discipuli calumniam, et Photio ad doctrinam christianam curate penitusque addiscendam totum se tradidit, et in longo carmine iambico, quod ineditum Allatius habuit, iniuriam propulsavit, atque, se Christi esse adsecram hostemque falsarum religionum, palam

Vol. X.

F

falsus

fassus est. Quando autem ab *Allatio* aliisque, etiam ab *Oudino* de Scriptor. eccles. tom. II. p. 646. (qui, uti *Guil. Caue* in scriptorum ecclesiast. historia literaria vol. II. p. 55. ed. Basil. Pselli aetatem coniecit in a. Chr. circ. 870.) et a *Saxio* in Onomast. litt. part. II. p. 122. (qui cum Baronio Pselli aetatem adligat rectius a. Chr. 859.) dicitur Leonis VI. Sapientis, Byzantini postea imperatoris magister; hoc falsum et *Leonem Byzantium*, Ioannis patriarchae, nepotem, cognomine *Philosophum*, Pselli senioris discipulum, confusum esse cum imperatore, *Leone sapiente*, Photii institutione uso, docuit *D. Car. Frid. Zepernick* in nota ad D. Casp. Achatii Beckii libr. de Nouellis Leonis, Augusti et Philosophi etc. Halae 1779. 8. p. 49. et p. 240. atque iam monuit *Caue* l. c. Psellus senior num scripto aliquid consignauerit, non omnino liquet. Nonnulla quidem opuscula, quae sub Pselli iunioris nomine hodie circumferuntur, aut latent, praecipue *Paraphrasin in plerosque Aristotelis libros, dialogum de operationibus Daemonum, opusculum de daemonibus*, nondum graece editum, *libellum de Lapidibus*, Psellum habuisse parentem, quod ea neque tractandi ratione, neque inueniendi acumine, neque dicendi forma iuniorem sapiant Psellum, Allatius, Caue aliique suspicantur. Quam coniecturam, praesertim de *dialogo de operationibus daemonum*, incertam quidem, at versimilitudine tamen non destitutam esse, fatetur *Iac. Brucker* in historia critica philosophiae, tom. III. p. 538. vbi de Psello Sen. agit. Praeter alias enim Allatii suspiciones, verisimilius illi videtur, saeculo nono, quo spirabant adhuc monumenta philosophiae Alexandrinae et orientalis, quorum vestigia multa in isto dialogo sunt manifesta, illum virum, ob horum dogmatum cognitionem atque studium in suspicionem vehementer adductum, talem libellum conscripsisse, quam ut saeculo vndecimo homo totus peripateticus talia ediderit. Sed tamen bene addit et caute monet Bruckerus, nihil posse ea de re pro certo definiri, quum etiam iunior Psellus Alexandrinae theologiae notitia non caruisse videatur. Psello seniori librum medicum et therapeuticum, Constantino Porphyrogennetae, nisi ludit inscriptio, nuncupatum, et si vitam eo usque protraxit, esse tribuendum eumque plura in philosophicis ac rhetoricis composuisse, verisimile esse suspicatur Allatius §. XI. et XII. Quae de erroribus Lillii Gyraldi aliorumque et de Simeone Metaphraste etc. per plures paragraphos late disputat Allatius, hic ea repetere nec lubet nec vacat. Adde quoque de Psello seniore *Pagii Criticam* Baron. a. 858. XI. p. 515. tom. XIV. et a. 902. I. p. 517. tom. XV.

III. (XII—LXXVIII.) *Michael Constantinus Psellus Minor* s. *Iunior*, de quo praeter Allatium, (quem etiam conferes in libro II. de Consensione ecclesiae occident. et orient. cap. 9.) modo alii multi copiosius, modo breuius egerunt: ex. gr. *G. I. Vossius* de histor. gr. libr. II. cap. 26. p. 295. sqq. ed. 2. Lugd. Bat. 1653. 4. (vbi contra Baronium in Annalibus ad a. DCCCL. Bellarminum ac Posseuinum docet, eum neque parem aut supparem fuisse Simeoni Metaphrastae, neque praeceptorem Leonis sapientis imperatoris,) de scient. mathem. c. LIV. §. 14. p. 330. et de philosophia c. XII. §. 36. p. 104. *Pagius* in Crit. Baron. tom. IV. a. 975. X. a. 976. V. a. 1054. II. (vbi de errore Pselli in doctrina de Spiritu S. a solo patre agit Pag. et tradit, Combesium varia opuscula a Psello composita ante mortem prelo parata habuisse, eaque se ipsum legisse) a. 1066. X. et a. 1071. X—XII. vbi p. 242. Michaellem Psellum nominat *restitutorém litterarum in oriente*. *Ionsius* de Scriptor. hist. philos. libr. III. cap. 20. §. 2. p. 107. sq. ed. Dorn. *Martin. Hankus* de Byzantinar. rerum scriptoribus gr. I. cap.

cap. 26. p. 478. sqq. *Io. Moller.* in Homonymoscopia sect. II. cap. 5. §. 53. p. 503. sq. *Guil. Cane* in Script. eccles. hist. litter. vol. II. p. 136. sqq. *Io. Fabric.* in Hist. bibl. part. I. p. 109. et VI. p. 152. *C. Oudin.* in comment. de scriptt. eccl. tom. II. p. 646 — 684. *Iac. Brucker.* in Hist. crit. philos. tom. III. p. 550. sqq. et tom. VI. p. 544. sqq. *Hamberger.* in Z. Nachr. part. IV. pag. 9 — 21. et in Kürzen Nachricht. part. II. p. 1360 — 1369. *Schroeckh.* in Christl. Kirchengesch. de seniore Psello in parte XXI. p. 204. plura de iuniore Psello in part. XXIV. p. 455. sqq. *Io. Aug. Bachli* Hist. iurispud. romanae, ed. Stockmanni, Lips. 1796. 8. p. 651. sq. *R. Ceillier* Hist. gen. des aut. eccl. tom. XX. p. 585. aliique a *Saxio* in Onom. lit. tom. II. p. 185. sq. ad a. 1071. (quo tempore potissimum floruit Psellus,) citati. Hi nobis otium fecerunt. Quare nobis eo brevioribus de illo esse licebit. Adde, si vis, quae scripsi in Introd. in histor. L. gr. II. 2. p. 488. sqq. In limine tamen adnotandum est, errare Allatium quando in fine diatribes §. LXXX. (vbi quaedam addidi,) *Michaelē Psellum iun.* discernit a *Constantino Psello*, cui tribuit *Lexicon in Euangelistas*, siue *breuem expositionem difficultum in in iis locorum*; et exstare MS. gr. scripsit in bibl. caesar. Vindob. item *ἡδεσις πίστεως*, *expositionem fidei*, quae incipit: *πιστεύω eis πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, MS. in bibl. Antonii Augustini cod. CLXVI. et in bibl. Laur. Med. cod. XVIII. 1. At hunc *Constantinum Psellum* haud diuersum esse a *Michaelē Psello iun.* iam monuit *Cangius* in Glossario graeco p. 1637. voc. *ὑπάτος φιλοσόφων*. Atque in eodem cod. Laurent. aliquot opuscula adscribuntur eidem Constantino, quae Michaeli tribuit Allatius. vid. *Bandini* cat. MSS. gr. Laurent. II. p. 548. et eel. *Morelli* Bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 123. atque cat. codd. gr. Marcian. Ven. p. 312. cod. DXCIX.

*Mich.* autem *Constantinus Psellus* natus est a. Chr. 1020. Constantinopoli ex consulum ac patriciorum genere ortus, quamvis haud pari felici fortuna vteretur. Quinquennis traditur praeceptor; sed plus debuit improbo labori atque ingenio, quam magistri disciplinae, atque pro conditione temporis illius inficeti et vero barbari in omnibus paenelitteris, atque artibus, quibus Athenis primum operatus est, magnos fecit progressus. Fuit enim theologus, Ictus, physicus, mathematicus, philosophus atque historicus. Dein Constantinopoli cum summo plausu in summaque dignitate atque auctoritate philosophiam docuit, rhetoricen et dialecticen; atque tam ore, quam scriptis litterarum artiumque sagam quasi sistere studuit. Quare auctoritate imperatoria nomine et honore *φιλοσόφων ὑπάτε*, *philosophorum principis*, ornatus est. Nec enim diu latuit singularis illius variaeque eruditio imperatores, qui interdum eius opera atque consilio utebantur. Floruit autem sub imperatoribus Constantino Monomacho, habenas imperii ab a. 1042 — 1054. habente, sub Michaelē Stratiotico, Constantini Monomachi, post Theodoram imperatricem a. 1056. mortuam, successore, a quo noster cum duobus aliis senatoribus legatus missus est ad Isaacum Comnenum, quem milites a. 1057. salutauerant imperatorem, ad pacem atque concordiam procurandam; sub Constantino Duca, Comneni ab a. 1060. successore. Post huius obitum Eudocia cum tribus filiis, inter quos Michael fuit primogenitus, imperium aliquamdiu tenuit. Hac nubente Romano Diogeni, qui etiam a. 1068. imperator est declaratus, ut huic initio consiliis aderat, ita Psellus praecipuus ex senatoribus, fuit auctor, ut, illo a. 1071. de gradu summo deiecto, Michael VII. Ducas siue *Parapinaccus*, Constantini Ducae filius fasces, imperii acciperet. v. ipsum apud

<sup>23</sup> *Zonar.* Annall. libr. XVIII. p. 205. tom. II. ed. Paris. Hunc eiusque fratrem iussu patris literis erudiuit, et priori tantum artium instillauit amorem, ut imperator quum esset, intempestiuis litterarum praecipue poeticarum studiis abreptus, necessarias negligeret imperii curas. Quae res et querela tam Psello, a multis ideo reprobato, quam ipsi imperatori fuit exitio. v. *Zonar.* l. c. p. 236. Primum Pselli imminuit auctoritatem eius discipulus, *Iohannes Italus*, homo quidem dispari ingenio, naturaque immixti, at facundus et sophista, qui, quum Constantinopolin venisset, in procerum ipsiusque imperatoris gratiam ac fauorem ita se insinuauit, ut Michael Ducas cum fratribus suis delectaretur isto Italo et huius opera veteretur in logicis concertationibus. Tum, exauctorato Michaele Duca et Nicephoro Botaniate a. Chr. 1078. succedente, ab hoc Psellus sua dignitate deiectus, monachi habitum senex induere coactus, et sub Alexio Comneno, a. C. 1081. imperium capessente, in honoribus τῷ ὑπάτῃ τῶν Φιλασόφων, aduersarium suum, Ioannem Italum, qui *Princeps philosophorum* declaratus est, vidit successorem. Psellum vero sub Alexio adhuc in viuius fuisse, patere videtur nonnullis viris doctis, (quamquam id aliis dubium videtur,) ex eo, quod a. Ch. 1105. et imperii Alexii Comneni 25. praefationem notasque ad Philippi Solitarii Dioptram conscripsit. Quam diu autem vitam postea egerit, haud constat. Oudin. p. 677. coniecit, Psellum nostrum ad an. circ. 1110. et Alexii Comneni imperantis XXX. aetatem produxisse. Haec omnia latius exposuerunt atque probarunt Allatius Oudin. in cap. sexto, Haenckius et Bruckerus. Praeter ea Allatius (§. XXXI. sq.) refutauit Gesneri errorem, eundem esse Michaelem Ephesium, (de quo vid. *Brucker.* l. c. pag. 543.) et Michaelem Psellum, de quo (§. XXXIII.) graue hoc tulit iudicium. „Hic Psellus, ut doctrina praestantissimus, ita omnium πολυγραφέατος fuit. Ausim dicere, neminem, ea vel subsequente aetate, graece vel inuenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel loquutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustrauerit, vel compendio non tentauerit, vel optima methodo non expedierit.“

IV. Quae autem scripsit, et quae permulta sunt, eorum magna pars adhuc in codd. mssis latet. In recensendis tamen editis non minus, quam ineditis Allatii ordinem potissimum sequar, subiectis Fabricii animaduersionibus. Copiosus quoque est de iis *Oudinus* in dissert. de scriptis Michaelis Constantini Pselli, l. c. ad a. 1060. In primo igitur capite ab eo enarrantur vita et opera illius tam edita quam manu exarata; in capite tertio, quanam Pselli opera exstent in bibliothecis tam Parisina quam Vindobonensi publicis; in cap. quinto iterum recensentur opuscula Pselli ex MSSis Galliarum regis et Anglicanis.

Secundum Allatium et Fabricium in notis prodierunt:

(XXXIV.) Pselli *de vietus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum libri duo* ad Constantinum\*), imperatorem, latine, Georgio Valla interprete, vna cum Rhazae

a) Ducam vel Monomachum, ut Allatius notauit §. VI. non Porphyrogeunetam, ut Gyraldus p. 232. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano vna cum aliis variorum scriptis, ab eodem G. Valla versis, Venet. [1488. v. *Mans.* ad

Fabr. Bibl. med. et inf. aetatis. VI. p. 281.] 1498. fol. [v. *Panzer.* A. T. III. p. 454. nr. 2547. — *Psell.* de vietus ratione, Georg. Valla interprete. Erford. per Wolfg. Schenk. 1499. 4. v. *Panzer.* A. T. I. p. 377. nr. 5. — Interpretamentum Iene

Rhazae de pestilentia libro, et Ioannis Manardi, Ferrariensis, in Artem Galeni expositione Basileae apud Andream Cratandrum anno 1523. in 8.

(XXXV.) Eiusdem *Iambos in vitia, et virtutes*<sup>b)</sup>, item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quae volebat Vlysses transformare*, Arsenius, Monembasiae episcopus, Romae<sup>c)</sup> primus vulgarat. Deinde pluribus locis reslituta, atque interpolata a Conrado Gesnero, Basileae edidit Ioannes Oporinus<sup>d)</sup>, anno 1544. in 8. una cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de Diis, de quibus vide infra in Ioanne

F 3

Psello

in *Psellum* de natura ciborum communium, f. l. et a. 4. v. Panzer. A. T. IX. p. 332. nr. 1020. H.] vt editiones Colon. 1526. 8. et Basil. 1557. 8. omit- tam. In libellis istis imperatoris iussu collectis nul- lum scriptorem laudat Psellus praeter p. 8. Gale- num. De eodem argumento, sed plane diuersus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaellem Ducam, imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tribu- tum, de quo Allatius infra §. 51. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MMCCXVIII. nr. 2. *de victus ratione* opusc. vt ait confessor cat. codd. regior. II. p. 463. haecenus ineditum. — *Vindobonae* in cod. caesar. XLVII. nr. 3. est Pselli lib. *de vi- ctus de dieta*. v. Lambec. com. de bibl. caes. libr. VI. part. 2. vol. VI. p. 366. *Florent.* in cod. Laurent. cod. VI. 2. plut. 75. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. III. p. 147. qui opusc. quod in cod. cod. nr. 2. sed *additiones* sequitur, f. *compendiariam synopsin de remediis, et de ratione, qua danda sint, una cum propriis praeuiis potionibus, ni- mirum quae prius ad bibendum dare oporteat et purgandum; dein remedia praebere, similiter de trochiscis et heligmatis, insuper et de oleis et emplastris, ac reliquis ad diuersorum morborum curationem conducentibus*, eidem Psello, qui- cumque ille sit, adscribendum opinatur. *Medio- lani* in bibl. Ambrosiana *de dieta*, cum multis aliis Pselli scriptis. v. Montfaucon. Bibl. bibliothec. MSS. p. 502. A. add. infra, sect. LI. Allat. At in pluribus codd. num. exstiterit Pselli lib. quod quidem probabile esse videtur, nec ne? dicere non possum. Nam in catal. codd. quibusdam *opera Pselli*, nullo addito, quatenam sint, indi- cio, huic vel illi MSto inesse, tantum legitur: ex. gr. in *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. MSS. tom. I. p. 201. A. *Pseli varia*, in bibl. quadam Romana; p. 476. A. *Pseli quaedam*, in bibl. Veneta, et p. 588. A. in Bibl. Bonar. p. 1199. B. et multa p. 1200. A. in Bibl. Pelliserii, ac p. 1309.

B. in 6. codd. Mazar. et ita alibi in aliis- que catalogis. Praeter ea multa, quae separatim et ab Allatio citantur, et in MSSis occurrunt, partes esse videntur maioris cuiusdam operis. Hinc moles librorum varii generis tituli- que, qui etiam diuersimode indicantur, orta fuerit. Denique Psellorum senioris atque iunioris scripta confundi soleat. Quae quum ita sint, equidem quamuis multum temporis in euoluendis catalogis consumserim, et vero perdiderim, plenum om- nibusque partibus absolutum librorum cum edi- torum tum imprimis MStorum promittere nequeo catalogum. Quare in ordine, ab Allatio serua- to, eiusque industria, mutatis mutandis, acquie- scere, et, quae ille omisit, adiacere malui, quam peruersa agere. *Harl.*

b) Exstant in cod. *Vindob.* caesar. LX. nr. 2. subiectis tribus epigrammatibus, vno in Basilium M. et duobus in Epicteti Enchiridion, quae eius- dem Pselli esse videntur *Lamb. cio.* in comment. de bibl. caesar. tom. III. p. 269. — *Pseli alle- goriae Tantalus, Iouis, Saturni et aepi xaxax- yri Hqaxa* sunt in cod. *Vent.* Marc. CDLXIV. v. catal. codd. gr. Marc. p. 246. — *Pseli iam- bos in aereum equum in Hippodromo, qui pe- dem adtollebat*, edidit *Auslm. Bandurius* in Im- perio orientali, part. III. libr. VII. p. 178. ed. Par. f. pag. 153. ed. Venet. *Harl.*]

c) Graece in 8. ad calcem Apophthegmatum, Leoni X. inscriptorum, sine anni nota.

d) Graece tantum, non graece et latine, vt a Caueo in hist. litte. aia scriptorum Eccles. prodit- um, licet Heracliti Allegoriis latina illarum Ges- neri versio subiuncta. [v. supra, vol. I. p. 406. med. cum Aristotelis libello de virtut. gr. Ar- gentor. 1560. 8.]

Pfello, §. LXX. Obiter et hic animaduertendum est, carmina illa, quae Federicus Morellus Lutetiae anno 1608. 8. vna cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia graece edita, esse excerpta, non nullis tantum verbis iminutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub Ἀναρτύμης nomine Ἰάμβες ἠθοποικῆς Morellus vulgauerat. Nihil minus. Phronesi tantum excerpta, reliqua sunt de Philosophia, Rhetorica, et Grammatica, quae quantum spectent ad mores, iudicent alii.

(XXXVI.) Eiusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum Περὶ Ἑρμηνείας, de Interpretatione*, edidit graece Aldus Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503. in fol.) eandem latinitate donatam<sup>f)</sup>, cum eiusdem Pselli Compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis praedicamenta* Basileae excudit Robertus Winter 1542. 8. Quae vltima prius anno 1540. graece Parisiis edita fuerunt, vna cum eiusdem *Introductione in sex philosophiae modos*, et gr. ac lat. anno 1541. 12. ib. per Iacobum Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto<sup>g)</sup> Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τῆ περὶ Ἑρμηνείας ἀπὸ Φωνῆς τῆ Κυρῆ Βεσάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τῆ Ψελλῆ. *Paraphrasis in librum de Interpretatione, ex ore Domini Bestarchae et Principis Philosophorum Pselli.* Hinc Virum Vellarchatus etiam dignitate, vnde postea Vellarches nobilissimae familiae nomen irripuit, insignitum fuisse colligimus. [v. ad § LXIX.]

(XXXVII.) Eiusdem liber<sup>h)</sup>, de quatuor mathematicis scientiis, Arithmetica, Musica,

e) In bibl. Lugd. Bat. sunt duo exemplar. cum quibusdam viri docti adnot. mss. v. cat. illius bibl. p. 155. sq. *Hartl.*]

f) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. *περὶ Ἑρμηνείας*, studio quorundam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1539. 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. [8. v. Hamberg. p. 17. sq.] memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiae modos et Compendium quinque vocum Porphyrii et de decem Categoriis, Venet. 1532. cum versione Iacobi Foscareni. *Fabr.* [Curante *Arsenio*, qui graecum textum edidit, in 8. Conf. supra vol. III. p. 213. init. Graece exstat *Vindob.* in cod. caesar. XXV. nr. 3. (v. *Lambec.* comment. VII. p. 127.) *Venet.* in Bibl. Marc. cod. CCII. v. cl. *Morelli* Bibl. MS. gr. et lat. I. p. 123. qui adnotat *Constantinum Psellum* eius auctorem dici in cod. Marciano DXCIX. et in Laurent. XXVI. nr. 8. apud Bandin. quem vide tom. I. p. 493. sed Michaeli vnum eundemque esse cum Constantino. In cod. autem Marciano posteriore et Laurent. legitur: Παράφρασις — ἀπὸ Φωνῆς Κωνσταντίνου Βεσάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τῆ Ψελλῆ, sed pro *Κωνσταντίνου* legendum esse, (vti Allatius dedit,) *κυρῆ*

vel *κυρῆ*, monet Bandin. Atque in cat. codd. Angliae I. p. 13. de cod. Barocc. CXVII. vocatur *Bestarchi et Pselli* paraphr. libr. de interpretatione et ibid. de cod. Oxon. nr. MMCXL. p. 71. cat. Aristoteles de interpret. cum scholiis et paraphrasi *Michaelis Pselli.* Illa paraphrasis gr. exstat quoque in cod. Laurent. XIX. nr. 1. XXXV. nr. 5. plut. 61. et cod. I. plut. 85. nr. 11. in quo pauca quaedam subiiciuntur *de tribus syllogismorum figuris v. Bandin.* III. pag. 11. 24. et 239. In bibl. *Paris.* publ. secundum catal. tom. II. in cod. MDCCCXLIII. nr. 6. MCMXIX. nr. 1. MCMLXXIII. nr. 6. cum scholiis margin. MMCXXXVI. nr. 4. vbi dicitur commentarius ineditus. Init. *ἡμῶν 151 τὸ*, add. infra ad §. Allat. LXIX. *Hartl.*]

g) [Vti etiam in cod. *Venet.* Marc. DXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 312. — in cod. *Barocc.* CXVII.]

h) Hunc librum, (in quo multa e Theone delibata) [v. supra, vol. IV. p. 37.] Psellus testatur, se scripsisse anno Graecorum 6516. h. e. Chr. 1008. [conf. supra, vol. V. p. 647. sq. et 649.]

sica, Geometria, (Astronomia,) graece et latine editus cum aliis auctoribus, Wittenbergae 1560. nec non Basileae per Ioannem Oporinum 1556. 8. [in cat. Pinell. I. p. 329. nr. 1980. citatur annus 1554.] *Guilielmo Xylandro*, Augustano, interprete, cum nonnullis eiusdem Xylandri adnotationibus tam criticis, quam exegeticis in eundem. Quibus accessit Xylandri de Philosophia, et eius partibus Carmen, et nonnulla alia Carmina diuersi argumenti. Opus hoc primus Romae graece in 8. imprimendum curauit *Arsenius*, Monembasiae episcopus, in qua editione scripserat, incertum esse, Pselli ne, an Euthymii cuiusdam e opus esset, plerisque tamen Pselli videri. *καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, ἔτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἰρ' Εὐθύμιος, χαρίζομενος.* [conf. supra vol. VII. p. 786.] Impressus quoque est <sup>1)</sup> Parisiis graece anno 1545. 12. per Iacobum Bogardum. [v. Maittair. A. T. III. p. 379.] Non multo post *Elias Vinetus*, quod nullus ante eum, anno 1553. primus latinum fecit, Parisiisque anno 1557. edendum curauit, postrema eius parte, quae est de Astrologia, omissa, tum, quod antiquis illis egeret Graecorum tabulis, quarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum, quod esset mendosa praeter alias, et ex ea se haud dum, vt ipse praefatur, ex sententia explicare potuerit, cuius loco Procli sphaeram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaellem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem adgressus est. *Fabr.* [In cat. impressor. libr. bibl. Bodlei. II. p. 373. citatur opus illud, sine opusc. in Astronomiam, latine *Elia Vineto Santone* interprete. Turnoni 1591. 8. Praeterea ed. *G. Xylandri*, gr. et lat. August. Vindel. 1554. 8. latine per Gu. Xylandrum, Lugd. Bat. 1647. 8. v. Pinelli catal. I. p. 329. — *Mich. Pselli* Arithmeticae, Musicae et Geometriae compendia, *Guil. Xylandro* interprete. Heidelbergae typis Abrah. Smetsmanni. 1591. 8. sine praefat. et adnotatt. In fine addita est particula orationis, habitae a Casp. Peucero, a. 1557. Est in bibl. publ. Erlang. — In *Harwood* Prospektu edit. etc. italice verso et correcto a Pinellio (Venet. 1780. 8.) p. 112. Xylandri ed. gr. lat. citatur Basil. 1556. et Lips. 1590. 8. — In Bauer. catal. librorum rar. supplem. vol. II. p. 291. ex cat. Britt. a Slawiet. occurrit *Mich. Pselli* de arith. musica, geometria, et *Proclus* de sphaera ex interpret. El. Vineti Paris. 1557. 8. — Separatim editum est *Pselii* Arithmetices compendium, graece. Paris. Christ. Wechel. 1538. 4. ac gr. et lat. Paris. ap. Io. Lodoic. Tiletanum, 1545. 8. v. Maittair. A. T. III. p. 284. et 379. — Quam edit. Venet. 1532. 8. Fabric. in nota memorauit, ea in catal. Pinell. I. p. 328. nr. 1379. inscripta est: *Mich. Pselli* de quatuor mathematicis scientiis, edente *Arsenio*, archiep. Monembasicensi, gr. Venetiis, de Sabio, Venet. 1532. 8. apud Maittair. autem A. T. II. p. 768. *Pselii* opus in quatuor mathematicas disciplinas, Arithmetica, Musicam, Geometriam et Astronomiam, gr. Venet. ap. Steph. Sabium et fratres. 1532. 8. Ab illo opere diuersum est id, quod in bibl. Barber. (quam adpellat Fabric.) p. 253. sic indicatur: *M. Pselli* Introductio in sex Philosophiae modos, et compendium quinque vocum et decem praedicamentorum philosophiae, gr. et lat. per *Iac. Foscarenum*, Venet. 1532. atque *Maittaire* l. c. in nota b. discernit quoque illa duo

<sup>1)</sup> Venetiis quoque anno 1532. 8. quae editio graeca occurrit Romae in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647. 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetra-

biblo *Lambertus Alardus* cum latina sua interpretatione subiecit libro suo de veterum Musica, Schleusburgae 1636. 12.



duo opera, et animaduertit, Arsenium proxime ex eodem praelo edidisse gr. in 8. et Redulpho etiam, patri purpurato, dedicasse *PSELLI* interpretationem in sex philosophiae modos, et synopsis quinque vocum et decem categoriarum, item *Blemmidae* de quinque vocibus libellum, et *Georgii Pachymerii* de sex philosophiae modis, quinque vocibus et decem categoriis: quae editio num eadem sit, quae extat in bibl. Lugd. Bat. alii videant, et ego subdubito: v. catal. illius biblioth. p. 165. vbi sine loco nominatur, et editor catal. addit, „Venetiis, ut videtur; aliqua sunt adscripta graece.“ — Liber de IV. mathemat. disciplinis in MSS. est *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXXIV. nr. 16. plut. 57. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 390. — *Mediolani* in bibl. Ambros. cum pluribus aliis *PSELLI* libr. v. *Montf.* Bibl. biblioth. MSS. I. p. 502. *A.* — de arithmetica *Paris.* in bibl. publ. cod. MMLXII. nr. 6. et cod. MMCDXCIV. it. cod. MMMLXVII. 17. cum cod. Vatic. collatio. — de quatuor mathemat. discipl. ibid. in cod. MMCXXXVI. nr. 6. qui liber in catal. codd. Paris. P. II. p. 448. dicitur *opus ineditum*; quo iure, equidem nescio. ibid. in cod. MMCCCXXXVIII. et tribus seqq. vbi sub nomine non certo, quoniam initium deest, vel Mich. Psello vel Georgio Pachymeri tribuit catalogi confector. ib. in cod. MMCDLXV. nr. 1. dicitur *Euthymii* siue *Mich. Pselli* opus de IV. math. disciplinis etc. (conf. supra, vol. VII. p. 786.) — ib. in cod. MMDLXI. 5. solutiones astrologicae: init. *διὰ τὴν ὅλην χρῆσιν*; — *Vindobon.* in bibl. caesar. cod. X. nr. 4. et cod. XXVI. nr. 4. ex opere de IV. math. discipl. pars prima de arithmetica, et in cod. CII. integrum opus. v. *Lambec.* comment. tom. VII. pag. 42. 134. et 390. et infra ad §. LVI. sub fin. de variis philosophicis etc. *Harl.*]

[XXXVIII.] Eiusdem tractatus *Περὶ Χρυσοποιίας*, de auri conficiendi ratione, ad Michaellem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum, *Dominico Pizimentio*, Vibonensi interprete, vna cum Democrito Abderita, Synesio, Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et sacra Arte editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572. in 8. Animaduertendum etiam, a Pizimentio male Epistolam *PSELLI*, ad Xiphilinum directam<sup>h)</sup>, qui Ioannes dicebatur,

<sup>h)</sup> Etiam in graeco codice regio Paris. cuius Apographum beneficio illustri viri, Pauli Vindigii, posideo, nomen Xiphilini extat: *τὴ μακρὴν καὶ πανσόφην Ψελλῶν Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἀγιώτατον Πατριάρχην Ἐπιφάνιον περὶ χρυσοποιίας*. At in codice Vindobonensi ad Michaellem (Cerularium) dirigitur, *τὴ λογιωτάτη καὶ πανσόφην ὑπερτίμησιν πρὸς Μιχαὴλ τὸν ψελλῶν περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην Κύριον Μιχαὴλ. Fabr.* Conf. infra, vol. XII. p. 709. de Democrito, et p. 767. nr. 28. *Morhof.* Polyhist. liter. libr. I. cap. XI. 51. p. 110. et paullo infra ad nr. LXIX. de epistolis *PSELLI*. — Exstat illa epistola cum multis aliis scriptoribus de auro conficiendo in cod. Bibl. Guil. Pelliserii. v. *Montf.* Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1200. *D.* in cod. Par. reg. v. *Montfaucon.* l. c. I. p. 740. *B.* in cod. *Bavar.* CXII. fol. 403. vbi epistola in fine audior est, quam in edit. Patav. v. *Ignat. Hardt* de codd. *Bavar.* in: *Aretini Beyträgen zur Geschichte etc.*

a. 1804. part. VII. p. 46. — In Bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 183. sed in *Montf.* Bibl. biblioth. MSS. p. 623. *D.* de eadem bibliotheca citatur cod. continens *PSELLUM* et alios auctores de arte chymica. — *Mediolani* in Bibl. Ambros. v. *Montfaucon.* l. c. pag. 502. *A. Paris.* in Bibl. publ. cod. MMCCCXXVII. nr. 1. et alibi forsitan inter *PSELLI* epistolas. Opus autem ipsum de auri conficiendi ratione extat MSt. *Vindobonae* in Bibl. caesar. in cod. CXII. 2. v. *Lambecii* comment. VII. p. 435. — In Bibl. *Bodleiana* inter codd. Selden. nr. MMMCCCLXIV. tom. I. p. 162. catal. MSS. Angliae et Hibern. — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MMCCCXXVIII. nr. 1. et MMMXXVII. nr. 5. secund. catal. codd. II. p. 484. et 589. praeterea teste *Montfaucon.* in Bibl. bibl. MSS. II. p. 902. *D.* in cod. CXIII. in Bibl. *Balbusii*, ib. p. 1303. *A. Harl.*

dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Pfellum eundem tractatum, mutato solo nomine, amicis pluribus diuenditasse, quod aliis etiam sollemne fuit. [P] Lilius Gyraldus Dialogismo 8. narrat, libellum hunc, quem vocat aureolum, inter peruetustos codices graecos repertum, manuque sua exscriptum, Pico Mirandulae se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate:

*Si velut Aesonides Nephelicia vellera quaeris,  
Non per Cyaneas illa petenda petras.  
Si quas Tantaleis latuerunt aedibus Atrai,  
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.  
Hesperidum si mala cupis seruata dracone,  
Non opus Herculeo, Pice, labore tibi.  
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,  
Non est cum trucibus pugna futura feris.  
[P] Si quidquid Lydis, vel Iberis voluitur undis,  
Non tibi per gentes longa terenda via est.  
Omnes ecce tibi ignotos quacunq; parandos,  
Thesaurus, paruo codice Pfellus habet.*

Hinc frequens illius mentio, et dictorum examen apud Ioannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed praecipue cap. 2. lib. 2. *Democriticae sectae, et Abderiticae inter Aristotelis interpretes Michael Pfellus non solum meminit, sed a se revelata scribit eius arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quas Constantino imperatori, uicauit.*

[XXXIX.] Eiusdem *περί ἐνεργείας Δαιμόνων*, de operatione Daemonum [contra Ma-  
netem et Euchitas] liber e graeco in latinum <sup>1)</sup> conuersus est a Petro Morello <sup>2)</sup>, Turonensi,  
editus-

1) In Bibl. Gallica Crucimani p. 405. Galliae etiam versio huius libri a Morello edita memoratur, Paris. apud Guil. Chaudiere 1573. additis capitibus 33. et 36. libri quarti Nicetae de Colossis Asiae. Librum Pfalli accepit Morellus e Bibliotheca Iacobi S. Andreani, canonici S. Mariae Paris.

2) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. 18. p. 589. Hinc graece et latine cum Gaulmini notis hunc librum minus emendate recudi curauit *Dan. Hasenmüllerus*,

Kilon. 1689. 12. Vide et, si placet, *Cardanum* c. 93. de rerum varietate T. 9. Opp. p. 310. sq. *Io. Clericum* Bibl. Vniuersal. T. 15. p. 118. sq. et *Vignolium Maruillum*, [qui Pfalli libr. ac laborem parum laudat.] T. 2. Miscell. litterar. p. 304. sqq. et 334. sq. de versibus politicis. Dialogi titulus *Τιμόθεος ἡ περί ἐνεργείας Δαιμόνων*. Vide *Fulvium Vesium* in Lyricor. fragmentis p. 179. et *Lamb.* lib. VII. p. 158. *Fabr.* [p. 298. sq. ed. Kollar. de cod. LXXVIII. quem ob lectionum diuersitatem cum Gaulmini edit. diligenter conferri, operae pretium iudicat Lambec. *Timotheus* autem id

editusque latine cum praefatione Francisci Fenardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577. 8. et anno 1615. 8. Lutetiae Parisiorum notis a se illustratum primus graece (ex duobus MS<sup>tis</sup> suo et Morelli,) edidit *Gilbertus Gaulminus*, cum interpretatione latina eiusdem Morelli<sup>\*)</sup>. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, latina facta Ioanni Medici, vna cum aliis ex Iamblichio, Proclo, Porphyrio, Marfilii Ficinus nuncupauerat. Gesnerus in Bibl. et ex illa Ios. Simler in Bibl. p. 505. scriptum reliquit, Psellum duos de Daemonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusque erant latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De Officina Aldi falsum est, ibi hos duos libros de Daemonibus esse impressos, quum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, saepius<sup>o</sup>) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus coniecit ex verbis ipsius Pselli in fine Dialogi de Daemonibus, libros duos scripsisse, quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime, quod in excerptis e Psello, quae cum excerptis [P] pariter ex Iamblichio, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua ultimo capite adserat, quae desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima coniectura, et veritati consentiens; quae enim in eo capite continentur, quum, vt manifestum legenti esse potest,

opus etiam vocatur, quoniam Timotheus & Thrax contra Manetem colloquuntur. Exstat quoque inter codd. *Vossian.* in Bibl. Lugd. Bat. v. catal. illius p. 394, 67. — in Bibl. *August. Vindob.* v. *Reiser.* notis. illius p. 24. et p. 32. bis sine nomine auctoris. — *Monachii* in cod. Bavar. C. fol. 224. v. *Hardt* de codd. Bavar. in: Aretini Beyträge zur Geschichte u. Litterat. a. 1804. part. 6. p. 27. — *Taurin.* in Bibl. publ. cod. CCCXXX. fol. 5. de daemonibus. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 413. *Florent.* in Bibl. Laurent. cod. XXXII. nr. 18. plut. 9. tum in cod. XLV. nr. 3. plut. 28. cum breuibus scholiis in margine; et in cod. XVII. nr. 26. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 445. II. p. 68. et p. 533. sq. — In cod. *Mosquensis* CCXXV. fol. 108. et 110 duo excerpta ex Pselli libr. *νεπι δαμόνων*. v. *Matthaei* notis. codd. Mosq. synod. p. 149. ed. ius. — In Bibl. *Mazar. Par.* cod. CXLIII. v. *Montfauc.* B. bibl. MSS. p. 1223. D. — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MCCCX. nr. 35. in cod. olim Mazarinaco MCMXCVII. in cod. MMCIX. nr. 4. In cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 183. Add. infra §. LXX. init. *Harl.*

\*) [De edit. Gaulmini, item de versionis Morelli. atque Aldin. edd. Pselloque copiosus est *Freytag.* in adparatu litter. tom. III. p. 100. sqq. De ed. Ald. vide etiam *Maittaire* A. T. IV. p. 632. et p. 653. not. 12. *I. G. Schelhornii* Amoenitatt. literar. tom. I. p. 98. *Morhof.* Polyhist. phi-

los. I. 7, 12. p. 98. *Stolle* in: Historie der Gelahrtheit, part. II. cap. 3. p. 297. et 298. not. o. et p. vbi de Pselli libro, errorum et nugarum pleno, iudicat, animaduertitque, ab aliis illud opusc. tribui Psello seniori, vti Allatius §. X. vbi Fabr. in nota, laudat, ait, et Allatius diss. de Engastri-mytho cap. 2. et 16. — Cum Iamblichio, Proclo et reliquis in ed. Ald. rursus prodiit Lugduni ap. Io. Tornaes. 1552. 12. v. Bibl. Feuerlin. tom. II. p. 1072. nr. 12009. — *Bernard.* in epist. ad Reiske, in huius vita p. 276. pro *ἱεργὰν* in libri inscriptione malit corrigere *ἱεργὰν*, quoniam Psellus in eo libro non tam probatum iuisse, daemones operari, quam potius voluisse fornam, qua adparerent, describere videatur. — Psellum *Senior.* esse auctorem huius dialogi, cum aliis putat *Io. Fabric.* in historia bibl. suae tom. I. p. 109. — *La Croze* comparat locum Laciani cum Pselliano in Thesaur. epistol. Lacroz. tom. III. p. 163. *Harl.*]

o) Confer lib. I. Bibl. Graecae c. 7. §. 4. [p. 52. med. Bis autem Iamblichi, Procli, Porphyrii, Synesii, *Pseli de daemonibus* et aliorum opusc. latin. per Marfil. Ficin. prodierunt ex offic. Ald. a. M. III. D. fol. et auct. a. MDXVI. fol. v. *Panzer.* A. T. III. p. 420. sq. et VIII. p. 434. nr. 795. et *Renouard* Annales de l'Imprimerie des Aldes. Par. 1803. 8. tom. I. pag. 17. et 132. *Harl.*

potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius te detineam, Lector, ex tractatu eiusdem Pselli in hanc eandem rem sub hoc titulo, *Τίνα περὶ Δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες*, Quenam sint de Daemonibus opiniones Graecorum: cuius principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς Ἀγγέλοις διδῆς. Qui an vnus sit cum secundo Hurtadiano, non ausim affirmare: et praesertim in hoc Scriptore, cui non defuere vires eloquentiae, nec argumentorum copia, quibus eandem rem non semel, sed pluries petraclaret; vt videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Daemonibus libros alii tribuunt Michaeli Ephesio, vt scribit Posseuinus in Apparatu. Eorum in latinum versio incerti legitur in cod. MMMCXXII. manuscripto Vaticano: et de Daemonibus excerpta ex Psello per Ioannem Iacobum Bartholotum Parmensem, Physicum, codice MMMMMCCCLXXVI. [et in cod. Laur. Med. v. Montf. Bibl. bibl. MSS. p. 400. A.]

[XL.] Eiusdem in *Oracula Chaldaica expositio*"), cuius potissimam partem Nicephorus Gregoras, suis in Synesii libellum de Incomniis commentariis, verbo tenus tacito Pselli nomine, transcripsit. Nec non eiusdem, *Breuis dogmatum Chaldaicorum declaratio*"), graece et latine primum edita est a Francisco Patricio in Noua Philosophia de Vniuersis ") in Zoroastre, imperfecte tamen, et confuse, quum vtrumque commentarium eadem sententia concludat; sic enim claudit: Τῶν δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδίδξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολύθησαν, καὶ ὡς θείας φωνᾶς ἀσυνλογίως ταῦτα ἐδίδξαντο. Horum autem dogmatum plurima et Aristoteles, et Plato susceperunt. Plotinus vero, et Porphyrius, et Iamblichus, et Proclus omnia sunt secuti, et tanquam diuinas voces ea susceperunt. Patricius in Psellum ita animaduertit: Similia his Psellus postea tradidit, vltimam scuti prolixius, ita et diligentius, sed, qualiacunque sint, non inutilia cognitu fuerint. Neque hic silentio [P] praetereundum est, primam Expositionem in chaldaica oracula ab aliis Proclo Lydio') adscribi; sic enim adnotatur ab illius exscriptore in codice DLXXII. Vaticano, Ἀλλὰ καὶ εἶρον, Πρόκλος Ἀυδῆς ὑποτύπωσις, Αἰθὶ inueni, Procli Lydii Hypotyposis. Nec dubito, Proclum, rebus hisce addictissimum, libellum de hac eadem re conscripsisse. Sed siue Procli, siue Pselli opella eiusmodi sit, nulli bono fuerit id nosse. Eandem esse existimo in Bibliotheca reginae Galliae, quae prius fuerat Ioannis Lascaris, postea Petri Strozzae; primo autem cardinalis, Rodolphi, vt scribit Draudius in Bibliotheca Clasica. Nec alia videtur, quae in Bibliotheca Antonii Augustini habebatur cod. CCXIX. *Pselli explicatio dogmatum apud Assyrios*. Absolutius postea cum Sibyllinis Oraculis, aliisque Parisiis prodiit studio Ioannis Obsoepaci') 1599. in 8. Eorundem opusculorum, diuersa ab edita, in latinum versio habetur

G 2

Manu-

\*) Inscríbitor etiam in codice quem habeo, MS. πρὸ ἐπιφύλαξης ὧστε ἡ ἀλήθεια αἰ τὰ λέγειν Ζωροάστρα. Fabr. [confer supra, vol. I. p. 310. not. v. et p. 311. cum nota y.]

q) Ἐκδοσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν περὶ χαλδαίων δογμάτων.

r) Ferrariae 1591. Venet. 1593. fol.

s) Lycium, non Lydium, fuisse Proclum testatur in eius vita Marinus, qui commentarios Procli in λέγια memorat c. 26. quemadmodum et Simeon Magister de alimentorum facultatibus p. 141. edit. Martini Bogdani, tum Proclus ipse p. 359. in Politiam Platonis.

t) Etiam 1589. et 1601. Paris in 8. Et ad cal-

manuscripta cod. MMMCXXII. Vaticano, incerti. *Fabr.* In codd. *August.* Vindel. bis. v. *Reiseri* notit. MSS. p. 82. *Bauar.* C. fol. 210. *Pfelli* expositio oraculorum chaldaicor. et fol. 220. ἐκθεσις καὶ φαιωδὴς etc. siue *summaria et brevis expositio dogmatum chaldaicor.* v. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 26. In cod. *Vindobon.* caesar. CXXXVII. 4. est *Mich. Pfelli* vaticinium (Chaldaeor.) de Constantinopoli, sed *Kollar.* in Suppl. I. ad Lambecii comentar. p. 770. sibi persuadere non potest, tantarum ineptiarum *Pfellum* esse posse auctorem. — Ex chaldaicis oraculis in cod. *Mosquensi* CCXXV. v. *Matthaei* in notitia codd. gr. MSS. bibl. Mosquensium etc. tom. I. p. 149. ed. Lips. in 8. — Hypotyposis summaria veterum dogmatum apud Chaldaeos *Florentiae* in cod. Laurent. XXIX. nr. II. v. *Bandin.* cat. II. p. 473. sq. — In cod. *Escorial.* vtraque expositio; item expositio et brevis summa dogmatum apud Assyrios. v. *Plüer.* l. c. p. 182. et 183. — *Paris.* in Bibl. publ. cod. MCLXXXII. (in quo ultra centum libri et particulae *Pfelli* continentur, vid. cat. MSS. Paris. regior. II. p. 237. sqq.) nr. 94. explicatio chaldaicor. oraculorum et nr. 95. dogmatum eorundem brevis explicatio in cod. MDCCCXXIII. nr. 3. et 4. et cod. MMCIX. nr. 1. et 2. vtrumque opus, tum *Pfelli* in oracula chaldaica in cod. MMDCCCXXXII. nr. 5. *Harl.*

[XLI.] Eiusdem *Commentarios* \*) in octo libros *Aristotelis de Physica auscultatione*, ex interpretatione *Ioannis Baptistae Camotii*, cardinali, *Herculi Gonzagae* consecratos, edidit Venetiis *Federicus Turrifanus*, latine 1554. in folio \*). Eos MSS. graece exstitisse in Bibliotheca *Didaci Hurtadi*, caesarei ad Venetos Oratoris, refert *Gesnerus* in *Michaelae Psello*, et *Possseuinus* in *Apparatu* \*). In alios etiam *Aristotelis* libros scripsisse manifestum est ex eiusdem, qui *Viennae* scribunt fuisse eiusdem *Epitomen Philosophiae Aristotelicae de Generatione, et Corruptione, et de Meteoris. Item Expositionem in Metaphysica Aristotelis. Latentque eiusdem*, scribit *Andreas Schottus* Praefat. in Cant. Cantic., *Pfelli plurima in eiusdem Aristotelis Physicam, primamque Philosophiam, in Caesaris Augusti Viennae Bibliotheca. Fabr.* Vid. indic. ad *Nessellii* cat. codd. caes. voc. *Michael Psellus.* Vid. infra ad §. LXXII. *Allat.* — *Pfelli* commentar. in *Meteora Aristotelis*, in cod. *Coislin.* CCCLXXXIV. v. *Montfauc.* Bibl. *Coislin.* p. 588. *Psellus* in *Meteora*, in cod. XX. *Wheleri.* v. cat. MSS. Angliae etc. I. p. 357. nr. 9091. etc. *Harl.*

[XLII.] Eiusdem liber περὶ δυνάμεων τῆς ψυχῆς de facultatibus Animae, cuius illud est Principium: Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσὶν ἄλογοι, sub Anonymi nomine et

cem editionis oraculorum Sibyllinorum luculentae cum notis *Servatii Gallaei*, Amsterd. 1639. 4. [conf. *Freytag.* Adpar. litter. III. 95. sqq.]

u) Videtur hos scripsisse in gratiam *Michaelis Ducae*, quem discipulorum optimum adpellat.

v) [v. *Renouard* in *Annal.* citat. I. pag. 274. *Harl.*]

w) [v. supra, in vol. III. p. 226. not. dddd.]

et p. 228. sq. sub finem. *Morhof.* Polyhist. philosoph. I. cap. XI. §. 8. p. 51. — In cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itin. per Hispan. p. 182. in bibl. *Coisl.* cod. CLIX. bis. v. *Montfauc.* Bibl. *Coisl.* p. 220. — in bibl. publ. *Paris.* cod. MCMXX. *Pfelli* scholia in *Aristot.* libros IV. de naturali auscultatione; in cod. MCMXLVII. *Pfelli* commentarii in eod. libros. In cod. *Bauar.* CXLV. compendiosa expositio in libros *Arist.* de physico auditu. v. cat. codd. gr. *Bau.* p. 58. *Harl.*]

et titulo Δόξαι περί ψυχῆς, *De anima celebres opiniones*, quasi a libro longiore, et perfecto Ἐκλογαί, καὶ [P] Χρησιμοποιεῖται, editus est graece et latine, a *Ioanne Tarino*, Andegauo, versus, cum Origenis Philocalia; Zachariae Scholastici, episcopi Mitylenensis, de mundi opificio; et Anastasii Sinaitae, de hominis ad imaginem DEI, et similitudinem creatione Lutet. Paris. ap. Sebastianum Cramoisy 1624. 4. Illum vetusti Codices MSS. Psello vindicant, nec a Pselli orationis structura longe abest. Et, ni fallor, idem ipse est, quem Psello tribuunt, *de animo secundum variam philosophorum opinionem*, in Augustana Bibliotheca in Armario II. Index Augustanus: [v. *Reiser*. indic. MSS. Bibl. August. pag. 41. nr. 77.] et in Bibliotheca Imperatoris Viennae<sup>\*)</sup>. Nec alius forsan est, qui in Bibliotheca regis Gallorum, *Pselli de anima*, legitur. [conf. ad §. LXX.]

[XLIII.] Eiusdem Adnotationes in aliquot Gregorii Nazianzeni loca, cum Eliae, Cretensis episcopi, et aliorum, studio et opera Iacobi Billii latinae factae, saepius editae sunt, cum Gregorii Nazianzeni operibus. *Fabr.* [v. supra, vol. VIII. p. 431. et p. 394. sq. et *In. Fabric.* in historia bibl. Fabric. tom. I. p. 106. sqq. et p. 109. et infra §. LXIX. et LXXV. sub fin. In dictum Gregorii Naz. πῶς κυρίως καὶ ὁ κυρίως, in cod. Matrit. regio LI. fol. 119. quam dicti expositionem *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 174. meditam esse putat. — *Pselli* in Gregor. Naz. et alia eiusmodi, in cod. Laurent. Medic. XL. nr. 14—19. quae recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 411. sq. — in cod. *Veneto* Marc. CCCXXXVII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 213. *Harl.*]

[XLIV.] Eiusdem Oratio Panegyrica in Simeonem Metaphrastem, edita<sup>\*)</sup> latine a Surio die 27. Nouembris. Exstat graece manuscripta in cod. Vaticano DLXVIII. quae incipit, τὸν μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν προσεχόμενος, cum aliis eiusdem Pselli in eundem, quae non multo infra adnotabimus. [v. infra ad sect. Allat. LXVIII.]

[XLV.] Eiusdem Carmina<sup>\*)</sup> in Cantica Canticorum interpretatus est *Franciscus Zimarus*,  
G 3

α) [v. *Lambec.* et notam Kollar. vol. VII. comment. p. 316. sq. de cod. caesar. LXXXV. quem inuenit Allatius. De alio cod. v. *Lambec.* IV. pag. 505. init. add. *Kollar.* ad *Lambec.* VII. p. 137. de cod. XXVI. — *Paris.* in Bibl. publ. in cod. MCMXXVI. nr. 1. *de anima*. — in cod. MMXCVIII. nr. 1. et *de animi syllogistica demonstratio*, in cod. MMDXLIV. nr. 3. *de anima Florent.* in cod. Laurent. Medic. X. nr. 6. plut. 87. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 599. — *Taurini* in bibl. publ. in cod. CCCXXXI. fol. 2. iterum *5. de anima*, et fol. 15. *cum triplicem animam Platonici atque Aristotelici dixerint*: fol. 127. *de facultatibus animae*, cuius initium: τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἢ μὴν αἰεὶ δρασκουσιν etc. it. in cod. CCCLXVII. nr. 5. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 412. 413. 414. et 486. — In cod. *Escorial.* de *V. animae facultatibus*, v. *Plüer.* itiner. per Hi-

span. p. 182. *Harl.*]

γ) Graece et latine vulgavit *Allatius* libro de Simeonum scriptis p. 221-23. Ἐγκύμιον εἰς τὸν Μεταφράστην Κύριον Συμεῶνα, et p. 236-244. [et recudi fecerat *Fabric.* in vol. VI. p. 511. sqq. edit. vet. ego vero in h. noua ed. omisi. v. vol. VIII. p. 29.] Officium in commemorationem eiusdem Simeonis a Psello compositum. Ἀκολουθία συντάσσουσα διὰ τῆς ψυχῆς. Hunc iuniorem Psellum auctorem esse Panegyrici in Simeonem Metaphrastem, probat *Bollandus* praef. ad T. I. Sancto. Ianuarii p. XVII. Nec diffitetur *Allatius* ipse hoc loco et diatriba de Simeonibus p. 68.

ζ) Ἐμπόσιον illa in Canticum Canticorum versibus scripta est poluicis. Latina versio Schotti et *Zimari* occurrat etiam in Bibl. Patrum Paris.

nus, Veronenſis, excuſa ſunt cum Theodoretis, Maximis, Nili explicationibus Rom. 1563. fol. ſeparatim Venetiis, apud Hieronymum Polum. 1573. in 4. et ſæpius cum Theodoretis Operibus. Tandem Antwerpiae cum Catena Patrum, et Thaumaturgo in Eccleſiaſtem, a Peltano apud Gaſparem Bellerum 1615. in 8. <sup>aa</sup>) In hac editione primum caput latine convertit Andreas Schottus, a ſecundo Zini, utitur interpretatione. Opusculum inſcribitur Nicophoro Botaniatae, Conſtantinopolitano imperatori, quem *σεφνφάγαν*, id eſt, *coronam geſtantem*; imperatorem ſcilicet adpellat, ut et alios [P] imperatores in aliis opusculis compellare conſuevit, quidquid alii ſomnient. Ea primus e tenebris eruta graece publicavit Ioannes Meurſius, cum Polychronii, Eusebii, et aliorum in eadem Cantica expoſitionibus, Lugd. Bat. 1617. 4 <sup>bb</sup>). Martinus Delrius Iſagoge in Cant. Cantic. cap. 5. refert, Pſellum deficere in illa expoſitione, cuius eſt, ut ipſe ait, nimis conciſus abbreviator; et oſcitanter nimis decipitur, dum ait, Pſellum citari a Theodoro, ab antiquiſſimo recentiſſimum, et qui nonniſi poſt octingentos fere annos ſcripſerat. Commentarius item in Cantica ex tribus Patribus, ab eodem Pſello, ſi Index Bauaricus cod. XCIX. fraudi non eſt, ſæpius cum Theodoro latine editus, collectus eſt. En verba Indicis: *item, Commentarius ex tribus patribus, Gregorio Nyſſeno, Nilo, et Maximo, collectore Pſello. Fabr.* In cat. codd. gr. Bauar. p. 37. ſic citatur: *Commentar.* in Cantica canticor. ex Theodoro, item ex tribus patribus collectore Pſello. Item in cod. cat. codd. gr. Bauar. Ingolſtad. 1602. 4. in cod. XXXVIII. (ſed ſec. Hardt. cat. illorum in: Aretini Beyträgen a. 1804. part. 7. p. 28. in cod. CVIII. fin.) exſtat Pſelli expoſitio in canticum canticor. et ſecundum cat. eundem in 4. pag. 14. in cod. XLIIX. et XLIX. Pſellus et Polychronius in cantica canticorum; in cod. LI. Cantica canticor. cum Pſelli commentariis. — Pſelli expoſitio etc. in cod. Auguſt. Vindel. v. Rifer. indic. MSS. Aug. p. 36. — Vindobon. in Bibl. caeſar. cod. LVI. nr. 2. eadem; in cod. CLXIX. (de quo vide ſupra, in vol. IX. p. 660. X.) et in cod. CCXII. in quo ab initio leguntur prolegomena quaedam, quae non exſtant in aliis codd. MSS. nec in edit. gr. Meurſiana. v. Lambec. comment. vol. III. p. 212. ſq. vol. IV. p. 397. et vol. V. p. 75. — In bibl. Bernenſi eſt cod. tam plenior, quam emendatior illo, quo uſus eſt Meurſius; id quod pluribus exemplis commonſtravit Sinnerus in catal. codd. MSS. biblioth. Bernenſis. Bernae. 1760. 8. p. 175-

1634. T. 13. et edit. Lugd. T. 18. Graece et latine exſtat in auctario Ducacano Pariſ. 1624. tomo 2. una cum altero commentario in idem canticum e Gregorio Nyſſeno, S. Nilo et Maximo, per eundem, ut volunt, Pſellum collecto.

<sup>aa</sup>) [1614. in cat. bibl. Lugd. Bat. p. 34. add. p. 66. de tribus aliis edit. et in Hiſtoria bibl. Fabric. tom. VI. p. 150. ſqq. vbi Io. Fabr. multus eſt de illa catena, de Pſello cuiusque paraphraſi. Harl.]

<sup>bb</sup>) [Rec. cum interpretationibus Attdr. Schotti et Franc. Zini, in Io. Meurſii Operibus. Florent. 1746. tom. VIII. p. 289. — Commentariolus

(ſis genuinus eſt,) lat. in Biblioth. PP. Colon. a. 1618. tom. XI. nr. 559. ſq. *εφφράα* ipſa una cum expoſitione Cantici Canticorum per paraphraſin collecta ex S. Gregorii, Nyſſae pontificis, et S. Nili et S. Maximi commentariis, graece et latine Franc. Zino interprete: in Magna bibliotheca vett. patr. Paris. 1694. tom. XIII. pag. 681. teſte Hambergero in: Zuverläſſ. Nachr. tom. IV. p. 15. qui animaduertit, textum graecum eſſe ex cod. Vatic. ſumtum, et ſæpe facere diſceſſionem ab edit. Meurſ. huius vero emendationes frequenter confirmari codicis Vatic. auctoritate. Conf. Schroeckh. chriſtl. Kirchengesch. tom. XXVIII. p. 318. ſq. Harl.]

175—178. — *Paris.* in Bibl. publ. in cod. MMLXXXVII. nr. 17. et versus in canticum canticor. ib. in cod. MMDCCCLXXV. nr. 4. *Harl.*]

[XLVI.] Eiusdem ad Michaelē<sup>cc)</sup>, imperatorem, capita quaedam theologica, *de Trinitate et persona Christi*, graece et latine, cum notis Ioannis Wegelini. Augustae Vindel. apud Georgium Viller, et Sebastianum Mylium 1608. in 8. *Fabr.* Ab *Hambergero* in: *Zuv. Nachr.* tom. IV. p. 15. et antea a *Reisero* in *Indice MSS.* August. Vindel. p. 144. adhuc memorantur editt. *Pfelli* capita XI. de S. Trinitate et persona Christi, gr. et lat. cum notis Io. Wegelini, cum S. Cyrilli et Io. Damasceni argumentis contra Nestorianos, et aliis. Aug. Vindel. 1611. 8. — πρὸς Μιχαὴλ τὸν Κομνῆνον Κεφαλαία Θεολογικὰ ἑνδεκά, gr. in *Dosithei*, patriarch. Hierosolym. τόμῳ ἀγάπης. Ἐν γιαννίῳ 1698. fol. pag. 490. — Exstat *Vindobon.* in cod. caesar. LXXVII. nr. 75. fragmentum *Pfelli* de S. Trinitate et differentia inter ὑπόστασιν et ἐνυπόστατον. v. *Lambec.* comment. III. p. 412. sqq. et in cod. CLXV. nr. 1. fragmenta de S. Trinitate et de anima v. *Lambec.* l. c. IV. pag. 387. Fragmentum *Paris.* in cod. Bibl. publ. MDCCLXXII. nr. 7. conf. infra, ad §. Allat. LV. *Harl.*

[XLVII.] Eiusdem libellum *de Lapidum virtutibus* Philippus Iacobus Maussacus<sup>cc)</sup> primus vulgavit, latine vertit, et emendavit; editus est Tolosae graece et latine anno 1615. 8.<sup>cc)</sup> Verum libellum hunc ante Maussacum latine et italice redditum ab *Adriano Spigilio*, philosopho et medico, et gymnasii Patavini anatomico, apud Liberalem Cremam, Philosophum, ac Medicum Tarvisinum praestantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi Iacobus Philippus Thomasinus significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Aelii Spartiani Antoninum Caracallam Notis. Et *Iustus Rycquius*<sup>ff)</sup> in Epist. Centuria novā,

cc) In catalogo bibl. Barberinae T. a. p. 233. perperam, ad M. Comnenum. Haec capita theologica integriora lector ad calcem libelli Allatiani reperiēt.

cc) Plutarcho de fluminibus *Pfelli* libellum subiecit Maussacus, testatus, illum se edere ex apographo Iacobi Sirmondi, Epist. dedicatoria ad Gaulminum. [conf. catal. Bibl. Lugdun. Batau. p. 200.]

cc) [Tum: de lapidum virtutibus, gr. ac lat. cum notis *Phil. Iac. Maussaci* et Io. Steph. Bernard. Acc. fragmentum de colore sanguinis ex doctrina medica Persarum, nunc primum ex codice MS. bibl. Lugd. Bat. editum. Lugd. Bat. ap. Ph. Bonik. 1745. 8. Bernard. ex coniectura studuit textum corrigere. v. eph. litter. Lips. a. 1745. p. 384. *Kollar.* ad *Lambec.* VII. p. 470. sq. not. B. citat. ed. illam a. 1748. De ed. Tolosae 1618. vid. supra, vol. V. p. 226. *Harl.*]

ff) *Iustus Rycquius* Epistola ad M. Velferum,

data Romae 1610. *Mihi, bibliothecam nuper Saeregicam excutienti opuscula quaedam graeca calamo exarata in manus venerunt Maximi Planudae et clarorum aliquot virorum epistolae centum, Pfellus de gemmarum virtutibus, Incerti cuiusdam, (Empedocli vulgo tribuuntur,) versus iambici de fixarum stellarum sphaera, a Demetrio Triclinio emendati. Parabolae quaedam corruptae quae in excusis Athenaei codicibus desiderantur, Incerti in librum Aristotelis de coloribus commentarius, Canidei liber contra Plotinum, eius forte, cuius scriptum de immortalitate animae avulserat Cardanus lib. de rerum varietate laudat, Sallustii Philosophi in Heracliti problemata HomERICA summarium, Excerpta ex Gemisti Plethonis Monodia, de immortalitate animae, Eiusdem defensio Aristotelis contra Scholacium, Michaelis Apostolii pro Plethone liber, super substantia Aristotelica, contra Gazam, Demetrii Triclinii de metris poeticis libelli. Dispicere quae, an aliquid sit cedro et pumice dignum.* Haec ille.



va, epist. 29. in Saregica (Lud. Saregi) Bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert. *Fabr.* Exstat in cod. Bauar. CV. fol. 116. v. *Hardt* in: Aretini Beytrāg. 1804. part. VII. p. 15. — *Vindobonae* in cod. caesar. CXXV. nr. 4. v. *Lambecii* comment. VII. p. 480. — *Taurini* in cod. quondam regio CCLXI. fol. 79. v. cat. codd. gr. Taur. p. 375. — *Florent.* in Bibl. Laurent. Medic. in cod. XI. nr. 4. v. *Bandin.* cat. etc. II. pag. 21. vbi quidem non indicatur auctor; sed in indice III. p. 596. libellus dicitur coniunctus esse cum Pselli libello inedito, ibidem memorato, de Omoplatoscopia. — Sed *Bandin.* quoque in cod. vol. p. 663. de cod. V. nr. 20. plut. 70. vbi etiam id Pselli opuscul. exstat, suam testatus est omissionem. — *Mediolani* in Bibl. Ambrosiana, bis. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. A. — *Matriti* in Bibl. reg. in cod. CX. fol. 149. v. *Iriart.* catal. codd. Matrit. pag. 436. *Harl.*

[XLVIII.] Eiusdem *Synopsis Legum* versibus iambicis, et Politicis edita est graece, latina interpretatione et notis illustrata, opera et studio *Francisci Bosqueti*, Narbonensis, ex Bibliotheca archiepiscopi Tolosani, Parisiis apud Ioannem Camusat. 1632. 8. in nonnullis [P] codicibus inscripta<sup>45</sup>) imperatori, Michaeli Ducae. Alius codex Vaticanus, ut notat idem Bosquetus, habet, Alexium, τῷ σοφωτάτῃ Ψελλῷ εἰς τὰς νόμους πρὸς τὸν βασιλέα Κύριον Ἀλέξιον. Et vetus Sirmondi, Nicephorum, Ἀρχὴ συν Θεῷ τῶν πολιτικῶν εἰχῶν τῷ νόμῳ ἐκτεθέντων παρὰ τῷ Κυρίῳ Μιχαὴλ τῷ Ψελλῷ, πρὸς τὸν Ἱεροφρογένητον Κύριον Νικηφόρον, μὴ βελομένην προσέχων τοῖς νόμοις μαθήμασι διὰ τὸ κεχρημένος τέττε πέλαγος. Titulus, vel Porphyrogenetae cognomine, Nicephoro Botanistae adnexo, suspectus est; Non dubito tamen, libellum, rerum summam gerentibus adeo necessarium, pro opportunitate diuersis imperatoribus inscripsisse, ut praecipuas Iuris regulas, ex ipsis Iuris totius fontibus compendio pertractatas, et carmine quasi lenocinio emollitas, absque longioris lectionis taedio, si liberet, percurrerent; ut de eiusdem Chrysopoeia supra diximus. Ex his nonnulla sub Scholiorum nomine vulgata olim fuere a Leunclauio Iuris Graeco-Romani tom. 2; in *Synopsi Legum* Michaelis Attalioetae, tit. praesertim 16. 25. 28. 32. 37. 40. 42. 48. 83. qui quum non animaduertisset numerum carminum, tamquam solutam orationem excudit indistincte. *Fabr.* Exstat etiam *Taurini* in Bibl. regia cod. CCCIV. fol. 176. v. cat. codd. Taur. gr. p. 393. *Paris.* in Bibl. publ. cod. CDLXXVIII nr. 4. cod. MCLXXXII. nr. 105. et MMDCCXLIX. nr. 1. ib. in cod. MCLXXXII. sunt nr. 105. *Pselli* introductio ad legum scientiam; nr. 106. de actionum diuisione; nr. 107. de condictionibus generatim omnibus, et de actionum diuisione; nr. 108. de nouis constitutionibus, ut et de verborum latinorum ad ius pertinentium significatione; nr. 109. de digestorum diuisione; nr. 110. compendiaria diuisio nouellarum Iustiniani. nr. 20. de iis, quae continentur in nomocanone. *Romae* in Bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. pag. 9. C. Ibid. in cod. quondam Palatino CCC-

XVI.

gg) Ita etiam in Codice Vindobouensi, cuius meminere *Lambecius* [vol. VI. pag. 101. de cod. XIII. nr. 1. vbi v. Lamb. *Fragm.* ibid. in cod. LI. nr. 21. v. *Lambecius* VIII. p. 994. sq.] et *Nessellus* part. 2. p. 28. et in alio codice, e quo, ante

*Bosqueti* editionem versus nonnullos produxit *Al.* latius ad *Eustathii Hexaemeron* pag. 230. *Fabr.* Ita quoque in cod. *Naniano* CCCV. nr. 3. v. cat. codd. gr. Nan. p. 514. et aliis.]

XVI. — *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. VI. nr. 29. plut. 80. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. p. 184. qui Allatii locum nostrum ad verbum exscripsit. Pselli synopsis opusculum, licet aliquam utilitatem ad iuris graeci cognitionem adferat, tamen multis erroribus esse refertum, iudicat *Bachius* in historia iurisprud. rom. lib. IV. cap. 2. sect. II. §. 8. pag. 651. ed. Stockmanni, cuius notas conferes. Add. *Anton. Augustinum* in libro IV. Emen- datt. cap. 3. in *Ottonis* Thesauro iur. tom. IV. pag. 1531. — *Zepernik* quidem ad *Casp. Achat. Beck. de Nouellis Leonis Augusti* etc. p. 50. ipsum opus mendis vacuum non esse concedit; addit tamen, errores vel Psello cum reliquis Graecis communes esse, vel e maculatis codd. venire, vel metri et carminis incommodo esse tribuendos. — Post *Bosquetum* de noua Pselli editione adornanda cogitauit *Cornel. a Sieben*, eamque in rem obseruat. criticas, infertas Obseruat. miscell. in auctor. vett. et recentior. vol. VI. p. 199. sqq. speciminis loco emisit; at fatis interceptus fidem datam praestare non potuit. *Abrah. quoque Wielingius*, teste *Reitzio* in praefat. ad *Theophil.* pag. XI. consilium ceperat Pselli edendi; at exitu felici caruit. Tandem *Gerard. Meermann* Bosqueti edit. adiectis Siebenii obseruat. et cum interpretatione latina, ab Archibaldo Maclaine suppleta atque emendata, recudi fecit in Thesau- ro iuris ciuil. et canonici, tom. I. Hagae Comitum 1751. fol. pag. 40. sqq. et *Meerman* in praef. vbi p. VI. sq. quaedam de Psello adnotauit, ex codd. citatis si variae lectiones ad ma- nus fuissent, plures locos in Psello, animaduertit, qui corrupte iam leguntur, restitui po- tuisse. Ex illo Thesauro *Mich. Pselli* synopsis legum cum latina interpretat. et notis *Franc. Bosqueti* et selectioribus obseruat. *Corn. Siebenii* recudendam curauit, et meliores lectt. ex edit. Siebeniique notis hinc inde rescripsit, aut ipse interdum excogitauit *Ludou. Teucherus* Lips. 1789. 8. repetit. in Auctoribus gr. minoribus, cura *Chr. Theoph. Kuinoel*, tom. II. p. 1. sqq. Lips. 1796. 8. Add. *Ios. Mariae Suarefii* Notitiam Basilicor. (quam *Fabric.* quoque vol. XII. p. 467. sqq. inseruerat,) recensuit et variis Obseruat. auxit *D. Christ. Fried. Poh- luer*, ciuitatis Lipsiens. senator et syndicus. Lips. 1804. 8. §. VII. p. 23. sqq. *Harl.*

[XLIX.] Eiusdem ad eundem <sup>hh)</sup> Michaellem Ducam carmina politica, de Dogmate graece

hh) In MS. caesareo, ad Constantinum Mo- nomachum. Vide *Lambec.* VI. p. 163. *Fabr.* In ed. *Kollar.* p. 368. de cod. XLVIII. in quo sunt *Mich. Pselli* poemata tria versibus politicis de dogmatibus fidei christianae; de Nominatione *Photii*, patriarchae CPolitani, et de septem con- ciliis oecumenicis. Eadem tria carmina sunt ib. in cod. CCCXXXV. v. *Lambec.* vol. 490. sq. — De septem synodis in cod. Sfortiano. v. *Montf.* Bibl. bibl. MSS. p. 696. D. — de dogmatibus, *Mediolani* in Bibl. Ambros. teste *Montfauc.* l. c. pag. 502. A. — *Paris.* in cod. MDCCLXXXII. Bibl. publ. versus politici. nr. 4. de conciliis gen- eralibus nr. 5. de fide et nr. 6. de theologia. — *Florent.* in cod. XXVIII. nr. 1 — 3. plut. LIX.

1) expositio fidei tradita ad eorum, qui ipsum damnabant, redargutionem; dicata quoque im- peratori *Constantino* Monomacho a *Constantino*, vti in inscriptione dicitur, *Psello*; sed hunc haud diuersum esse a *Mich. Psello*, iam monui- mus, atque particulae, quae in hoc cod. sequun- tur, et ab Allatio tribuntur quoque *Michaeli Psello*, sunt imp. *Mich. Ducae* consecratae, nempe 2) carmen ad imp. *Mich. Ducam* versibus XCVI. de dogmate; 3) eiusd. ad eundem de septem syn- odis, versibus politic. LXXXIX. (adeoque pluri- bus, quam *Fabric.* in not. \* numerauit.) v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 547. sq. Totidem quoque versibus id carmen constat in cod. LI. fol. 127. bibl. Matrit. reg. In eod. cod. qui multos

græce idem Bosquetus cum Synopsi legum edi curavit<sup>h)</sup>, a Iacobo Sirmondo accepta, unde legitur, *de septem sacris Synodis Oecumenicis Tractatus*<sup>h)</sup>, editus latine tom. 3. Concl. parte prima p. 400. Coloniae Agrippinae 1606. industria *Seuerini Bini*; et græce sub Ioannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi, et Nicephori Callisti versibus, Basileae apud Ioannem Bebelium 1536. [P] in 8. Quem Ioanni<sup>h)</sup> etiam tribuit Ioannes Tilius, Engolismensis, in Apostolorum, et Sanctorum Conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius: et Bellarminus tradit, Psellum in eodem allucinaturn, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quae fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quae fuit tertia, tom. I. Controuers. 4. de Conciliis cap. 5.

[L.] Eiusdem *de Nomocanone* Carmina græce edidit cum superioribus Bosquetus, quae quum laxiora sint, alterius esse multum dubitavi: nec fefellit me animus; nam in alio Manuscripto, codice Constantino Psello [qui tamen haud diuersus est a Mich. Psello,] tribuuntur. *Κωνσταντίνου προέδρου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τῷ Ψελλῷ εἰς τὴν Νομοκανόνου ὑπόθεσιν.* In bibliotheca etiam Antonii Augustini codd. CLIV. et CLXXV. eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cuiusnam opus sit, non videtur tanti, ut in eius auctore inquirendo diutius immoremur. *Fabr.* v. ad sect. antecedentem: infra, vol. IX. p. 559. edit. vet. de Photio, et vol. XI. p. 49. sq. *Paris.* in bibl. publ. in cod. MCCCCLXXI. exstant nr. 6. *Mich. Pselli synopsis nomocanonis*, versibus politicis, et nr. 7. eiusdem *versus de symbolo orthodoxae fidei.* *Harl.*

[LI.] Sub eiusdem nomine circumfertur Syntagma *ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν ἱατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλαβῆς, de cibariorum facultate, utilitate, et noxa, ex medicis libris collectum*, ad Constantinum Monomachum per literarum ordinem, cuius illud est principium, *πολλῶν καὶ λογίων ὡς μέγιστε.* Illud Simeoni Setho<sup>mm)</sup>, magistro

continet Pselli opuscula, reperitur fol. 124. Pselli eam. ad imper. Mich. Ducam, de dogmate, vers. XCVII. constans. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 174. sq. — *Taurini* in Bibl. regia cod. CCCXXXI. fol. 26. carmina 1) *de definitione fidei*; 2) *de synodis.* v. cat. codd. gr. Taur. p. 413. — *De definitione fidei* in cod. Veneto Marc. CDXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 263. de nomocanone versus politici, et de VII. synodis oecumenicis, *Paris.* in cod. MMDCCCLXXV. nr. 2. et 3. B. publ. — *De septem oecumenicis conciliis*, ibid. in Bibl. publ. cod. MCCLXXVII. nr. 5. et MMDCLXI. nr. 15. it. inter codd. latin. in tom. III. cat. pag. 282. cod. MMCDXLVIII. nr. 4. et in cod. *Bauar.* LXVI. v. cat. codd. gr. Bauar. p. 21. Add. infra, vol. XI. p. 184. ed. vet. *Harl.*]

ii) [Rec. in Meermann. Thesaur. I. c. p. 75. sq.

sed sine versione, et pariter pag. 77. sequuntur versus Pselli *de Nomocanone.* *Harl.*]

kk) Totus absoluitur versibus politicis 71.

ll) In MS. caesareo [XLVIII. citat. nr. 2.] Michaelis Pselli esse perhibetur: *Τῷ Ψελλῷ Κυρίῳ Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἐκτὶ Συνόδων πρὸς τὸν Βασίλεα τὸν Μονομάχον.*

mm) Simeoni huic vindicat, et ex duobus MSS. Iac. Mentelii integriorem huius libri editionem cum versione et notis dedit *Martimus Bogdanus*, Paris. 1658. 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum vna cum Simeonis libro a MSS. codices recensito, edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide eius Epistolam IX.

magistro Antiocheno tributum, et a Gyraldo latine redditum graece et latine Ifingrinus Basileae excudit in 8. 1538. Quum vero non tantum sententiae, sed verba etiam ipsa in utroque reperiantur, existimo, Colleclaneis Pselli nonnulla Simeonem a se, inter legendum animaduersa, addidisse, vel quempiam tertium ab utroque confecisse, quod ex indice manuscripto<sup>nn)</sup> colligi poterit: *Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τῷ Ψελλῷ, καὶ Συμεὼν τῷ Μαγίστῳ*. *Syntagma de alimentorum viribus Pselli, et Simeonis Magistri*. Neque enim adduci possum, ut credam, Psellum [P] sua a Setho, eruditiores, eloquentioresque a minus erudito, et eloquente mutuatum. Aliorum siquidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Psellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidissima sua deturpasset. Viderat id quoque Gyraldus, Epistolaque nuncupatoria omnibus significavit. De eadem, scribit, *ferme re, et facultate ad Constantinum, huius, ut puto, Michaelis Ducae parentem, Michael Psellus libellum ante scripserat, cuius est exemplum apud Meletium, graecum totius medicinae scriptorem, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis deprauatum, et mancum, cum latine quoque modo vertissem; adiutus in primis ipsius Pselli libello, tum eiusdem altero a Georgio Valla in latinum pessime conuerso, tibi in omni medicae facultatis. etc.* Recte omnia, si illud excipias, Constantinum Monachum parentem Michaelis Ducae fuisse, quippe qui diuersus omnino sit a Constantino Duca, Michaelis parente. *Fabr. Conf. infra, vol. XII. p. 781. Oudin. l. c. p. 660. sq. Florentiae in bibl. Laurent. Med. XXXIX. nr. 48. plut. 57. Pselli medicinalium quaestionum responsiones: incip. τὸ τῷ σπληνὸς σῶμα etc. v. Bandin. cat. codd gr. Laur. II. p. 416. — Vindob. in Bibl. caesar. cod. XLVIII. nr. 2. Michaelis Pselli et Symeonis Sethi syntagmata de alimentorum facultatibus ad imperat. Michaelē Ducam, ordine alphabetico. v. Lambec. comment. vol. VI. pag. 365. qui adnotat, hoc exemplar mstum non mediocriter discrepare a Liliti Gregor. Gyraldi ed. Basil. a. 1538. 8. et ad eam emendandam ac supplendam posse plurimum prodesse. — Lambec. in eodem volumine p. 251. recenset cod. XX. in quo nr. 4. legitur Symeonis Sethi liber de alimentorum facultatibus ordine alphabetico, editus a Gyraldo, et emendatus, cum noua versione, atque difficilium locorum explicatione; vtramque vero edit. conferendam esse cum illo cod. caesareo Lambec. pronuntiat: add. ibid. Kollar. ii notam. Praeterea adnotat Lambec. idem opus exstare in cod. caesareo olim LXXII. inter codd. mstos philosophicos et philologicos graecos. Idem Sethi opus plenius, quam in editis, exstat in cod. Paris. Bibl. publ. MMCCXXIV. nr. 13. et MMCCXXIX. i. MMCCXXX. nr. 1. et cod. seq. Augustae Vindel. v. Reiseri indicem MSt. p. 65. Paris. in Bibl. publ. secundum catal. codd. reg. tom. II. sunt in cod. MDCXXX. nr. 8. Psellus de medicina versibus iambicis: in cod. MMCLI. nr. 7. Pselli synopsis de edulis, et nr. 8. eiusdem argumenti e variis medicorum scriptis excerpta: in cod. MMCLIV. nr. 2. et cod. MMCCXVI. nr. 13. Pselli de cibariis facultate — opus e veterum medicorum scriptis collectum: in cod. MMCLV. nr. 8. Pselli quaestiones et responsa de rebus ad medicinam pertinentibus: in cod.*

H 2

MMC

nn) Sic etiam Codex caesareus, de quo Lambecius VI. p. 161. [p. 365. ed. Kollar.] Idem memorat Pselli *περὶ διαίτης* ad imp., Constantinum Monomachum. Incipit: καὶ τὰ τοῦ τοῦ αἵματος ἔργον

*πρωτοῦ καὶ μεγελοφῶς βασιλεὺς καὶ φιλοσοφῶντος*  
*Σύνταγμα, Κωνσταντίνου ὁσιώτατος καὶ μίσις Αὐτοκράτορος*  
*καὶ κ. κ. λ.* [v. supra ad sec. XXXIV. Allat.]

MMCLXXXI. nr. 2. *PSELLI* synopsis de alimentorum virtute, et nr. 3. eiusdem argumenti excerpta e variis medicorum scriptis, et cod. MMDX. nr. 26. *PSELL.* de alimentis. Conf. *Io. Freind* opera medica, ed. II. Paris. 1735. 4. p. 207. sqq. *Halleri* Biblioth. medicinae practicae tom. I. Bernae 1776. 4. p. 317. sq. *Kurt Sprengel* Versuch einer pragmat. Geschichte der Arzneikunde, part. II. Halae, 1793. 8. p. 240. *Harl.*

[LII.] Eidem Psello librum *περὶ Πεδάγρας*, de *Podagra* a nonnullis codicibus tribui video, cuius illud est initium: Ἐπεὶ ὤρισε πρὸς με ὁ κρείττιστος καὶ ἅγιος, capitibus quadraginta sex concinnatum; qui, cum ad Palaeologos, quorum iussu fuerat conscriptus, directus sit, nisi Psellum alium fingere, cui tribui possit, velimus, certe Pselli non est. Auctor tempore Michaelis Palaeologi a. 1271. vivebat, cui a valetudinis cura erat, ut ipse fatetur: Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ Θεότατος βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κρείσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατόν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν κατὰ τὸ τοῦ ὀρισμοῦ τέτε περὶ δόμενος ἤδη γράσω. Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit sanctissimus rex, et cuius medicis sum unus, ideoque naturam eius temperamentumque novi, praesertim cum diu cum eo versatus fuerim, pro ea, quae mihi est scientia, de hoc morbo, ut eius obediam mandato, tractare incipio. Et, si res in eo pertractatas, modum, et formam dicendi consideras, aliaque, a dicendi, tractandique ratione Pselliana longe absunt. [Atqui hodie constat, illum libell. scriptum esse a *Demetrio Pepagomeno*. Primum liber in latium sermonem conuersus atque editus est a *Marco Musuro* Rom. 1517. et sub incerti auctoris nomine inter *Henr. Stephani* Med. artis auctores, tom. II. Paris. 1567. fol. — tum *Demetrio Pepagomeno* vindicatus et sub nomine eius editus, gr. cum versione latina doctiss. cuiusdam viri a *Guil. Morellio*, Lutetiae 1558. 8. cuius versionis auctor num sit *Turnebus*, quod existimat *Bernard.* an alius ignotus homo, res est controuersa: censor quidem in actis eruditor. mox citandis p. 303. eam fidenter a *Turnebo* abiudicat, ne memoriam tanti viri contumeliose tractare videatur, et, talem, ait, certe interpretationem *Turnebus* ipse, si viueret, detestaretur. Receptus tamen est inter *Turnebi* opera, Argentorati 1600. fol. tom. II. nr. XII. vbi recusis legitur: *Demetrii Pepagomeni* liber de podagra et id genus morbis — *Adr. Turnebo* interprete. vid. *Freitag.* adparat. litter. tom. III. p. 692. — Gallice versus est liber a *Federico Iamotio*, et e gallico sermone latinae linguae redditus est a *Io. Borgeio*, Belga, Audomari, 1619. Eum quoque Hippocratis et Galeni operibus adiunxit *Ren. Chruterius*. Denique critica doctaque editio curata est et inscripta: *Demetrii Pepagomeni* liber de podagra, gr. et lat. quem ope msti biblioth. Lugduno — Batauae recensuit, et notis illustravit *Io. Steph. Bernard.* Lugd. Bat. ap. Philipp. Bonk. 1743. 8. Bern. docet, illum librum Psello male adtribui. De ea edit. vid. noua acta erudit. m. Iun. 1745. p. 302. sqq. vbi censor et plura notauit, et quaedam loca correxit. Conf. inf. vol. X. p. 398. ed. vet. et vol. XII. p. 647. sq. et quae scripsi in Introduct. II. part. I. p. 494. *Florent.* est in cod. XXII. nr. 4. plut. 57. De podagra prologus: ab alia autem manu nomen auctoris, *Demetrii Pepagomeni* esse praefixum, monet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. II. p. 365. — Haec fuerunt Pselli opera edita, Allatio tum cognita. At partim *Fabricius* in nota ad §. LIII. partim *Hainberger.* l. c. pag. 21. alia Pselli opuscul. typis expressa addiderunt:

Σύνοψις εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικὴν quam graece et latine edidit *Elias Ehingerus*, Augustae Vindel. 1597. 8. qui obseruat, Petri Hispani summulam magna ex parte ex hoc *Pfelli* opusculo esse ductam. A *Reisero* in indic. MSS. bibl. August. Vindel. p. 87. citatur cod. epitome logica, initio mutila, sine nomine auctoris, et pag. 91. cod. *Mich. Pfelli* dialectica. Num hic sit codex, quem inter inedita *Pfelli* §. LVI. simpliciter *Allat.* nominarat, equidem nescio. — *Florent.* in cod. XXVII. nr. 8. plut. 8. sunt, teste *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. II. p. 617. *Pfelli* de tribus figuris syllogismorum et de hypotheticis syllogismis, et alia dialectica; sed videntur imperfecta. At *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. pag. 362. B, hunc eundem codicem memorans, addit: „vltimum caput de copia et facultate propositionum, siue *Pfelli* compendium Logicae.“ — In cod. *Barocc.* LXXI. bibl. Bodlei. *Pfelli* compendium Logicae.

Sub nomine *Io. Pfelli* εἰς τὰς ἀγίας ἑπτὰ συνόδους ἐπιγράμματα, gr. cum *Theodori Prodroimi* epigrammatibus. Basil. ap. *Io. Bebel.* 1536. 8.

*Μοναδία* in templum Sophiae CPol. terrae motu quassatum, quam edidit *Allatius* in notis ad Georg. Acropolitam p. 281. sq. In cod. MCLXXXI. nr. 42. Bibl. publ. Paris. est *Pfelli* in casum aedis S. Sophiae: et nr. 55. de terrae motu, qui Sept. die 20. accidit: et nr. 71. de terrae motibus.

Breue carmen iambicum in depositionem *Io. Chrysostomi*, vulgatum gr. ab *Allatio* in Excerptis graecorum sophistarum ac rhetorum p. 400. Romae 1648. 8.

Idem *Allatius* ex orat. inedita ad *Constantinum Monomachum* producit nonnulla p. 102. de recentiorum Graecorum templis. *Paris.* in cod. MCLXXXII. nr. 74. est fragmentum orationis *Pfelli* in laudem imperatoris, et nr. 75 ac 76. ad imperat. *Monomachum*. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XL. nr. 37. et nr. 38. et nr. 46. tres diuersae oratt. ad imper. *Constantinum monomachum*. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 415 et 416.

Sine nomine auctoris: celebres opiniones de anima, gr. et lat. ex interpretat. *Io. Torini*: cum *Origenis Philocalia*. Paris. 1624. 4. — *Matriti* in cod. reg. LI. nr. 89 — 94. plura capita diuersa de ψυχῇ. v. *Iriart.* cat. codd. gr. pag. 172. — In cod. *Thomas Gale*, CXXXV. f. nr. 5969. catal. MSS. Angliae etc. II. p. 189. *Pfelli* in *Platonis Psychogoniam* et eiusdem opinionum de anima expositio. conf. supra, ad §. XLII.

Iudicium de *Heliodori* et *Achillis* fabulis amatoriis, ex cod. bibl. *Leidensis* inter codd. *Vossianos*, in *Miscell. obs. critic.* in auctor. vet. et recentior. vol. VII. tom. 3. p. 366. sqq. conf. infra, vol. XIV. p. 9. et *Allat.* de patria *Homeri* cap. IV. p. 79. ed. Lugd.

*Pfelli* (s. anonymi) patria seu origines vrbs CPolitanae, i. e. de antiquitatibus CPolitanae libr. IV. gr. et lat. e codd. MSS. edidit, varietate lectionis instruxit et commentariis illustravit *Anselmus Bandurius*, in eiusd. imperio orientali. Paris. 1711. fol. et Venet. 1729. fol. tom. I. part. III. *Casim. Oudin.* in Triade dissertat. critic. Lugd. Bat. 1717. 8. diss. tertia ostendere studuit, auctorem illorum IV. librorum esse *Mich. Psellum*, conf. *Acta erudit.* 1718.

m. Mart. p. 110. sed *Bandur.* in: Numismata imper. Romanor. a Traiano! Decio etc. praef. tom. I. p. 26. argumenta haud valida esse censuit. Fragmentum operis, sine nomine auctoris in cod. LXXXIV. fol. 68. v. cat. codd. gr. Taur. p. 179. Postea adtexuit *Allatius* catal. libell. Psell. qui ipsius aetate inediti fuerant. *Harl.*

[LIV.] Pselli liber *contra Eunomium*, Romae in Vaticana servatur. Gesnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eundem *περὶ ἐνεργέας δαιμόνων*, et Franciscus Feuarentius praefatione in Petri Morelli interpretationem eiusdem libelli de Daemonibus.

*Scholia eiusdem in dictum quoddam Basilii*, Romae; Gesnerus ibidem. *Fabr.* Pselli scholia in dictum illud Basilii in apologia de Hexaëmero etc. *Florent.* in cod. Laurent. Medic. XII. nr. 1. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 482. add. infra ad §. LXXV. *Harl.*

- *Epitome librorum Moufis in 4to.* MS. in bibliotheca imperatoris Viennae: Gesnerus,

*Dioptra*, id est, *Perspectiva*, continens quatuor sermones, in quibus animus, et corpus disputant, in bibliotheca Augustana: Gesnerus [P] et Index Augustanus: plut. 6. num. 12. 60) Haec an eadem sit cum Philippi Solitarii *Dioptra*, iam edita latine, non possum diuinare,

00) [v. *Reifer.* indic. MSS. August. p. 34. In catal. quoque B. Lugd. Bat. 347. nr. 64. de cod. Bonau. Vulcan. citatur *Pselli* *Dioptra*, i. e. corporis et animae dialogus. — In cod. *Barocc.* CXC VII. sunt *Symeonis monachi* sermones 32. it. *Dioptra*, inscripta *Philippo monacho*, et *dialogus inter animam et corpus*, quem Psello adtribuit Baroccus, teste confectore cat. MSS. Angliae et Hibern. — *Mosquae* autem in cod. CXLIX. nr. 11. B. synod. *Mich. Pselli* in lib. dictum *διόπτρα*, v. *Matthaei* notitiam codd. gr. MSS. B. Mosquensium, tom. I. Lips. 1805. 8. p. 81. Huc reducam, quae Fabric. in vol. VI. p. 542. ed. vet. scripserat: „*Dioptra* in cat. MSS. apud Anton. Verderium *Simeoni Metaphrastae* tributa, incertum est, aliene sit ab *Dioptra*, siue amissi rei christianae, quam *Philippus Solitarius* versibus politicis, (v. p. 4. et 196. sq. edit. Ingolstad.) a. C. 1105. Alexii Comneni 16. (v. p. 123. eiusd. edit. quae deinde in Bibl. patrum Colon. tom. 12. et Lugd. tom. 21. recusa est,) ad Callinicum monachum scripsit, et *Iac. Pontanus* ex cod. MS. Augustano profario sermone vertit et latine edidit Ingolstad. 1604. 4. cum *Nic. Cabasilae* libris sex de vita in Christo, Ioannis, Carpathiorum episcopi, capitibus hortatoriis CXCI.

*Philothei*, patriarchae CPol. laudatione Basilii, Naz. et Chrysostomi, quae Graeca etiam adiuncta habet, et *Mich. Glycas* duabus disputationibus, additis etiam in calce voluminis observat. *Iac. Gretseri* ad obscura *Dioptrae* loca. Locum *Dioptrae* ex libro IV. qui in versione desideratur, ex MS. bibl. regiae graecae cum interpretatione sua exhibet *Cotelerius* ad libr. VIII. Constitut. Apostol. c. 42. Exstat etiam graece *Dioptra* saepius in bibl. Vindobon. vt docet *Lambec.* lib. V. pag. 34. sqq. 42. sq. [f. p. 76. sq. 89. de codd. CCXIII. et CCXIV. nr. 1. in quo exstant libri secundi maxima pars posterior, et libri III. IV. et V. integri; it. p. 95 sqq. de cod. CCXV. qui nr. 1. exhibet *Philippi Solitarii dioptram*, sed aequè corruptam et interpolatam, ac cod. Augustanus: in nr. 2. sunt versus *Constantini* grammatici et *Vesti* in laudem *Dioptrae* et auctoris eius Philippi: nec non p. 141. de cod. CCXXXII. nr. 3. vbi reperitur fragmentum libri quinti:] et *Montfauc.* p. 54. Palaeographiae graecae. Ac *Lambec.* quidem observat, in Pontani editione librum primum integrum omisum, excepto exordio, quod ad calcem libri quarti sub titulo flebilis lamentationis subnexuit, et secundum pro primo, tertium pro secundo etc. venditatum, vt adeo quatuor tan-

diuinare, et forte Indicis Auctor, Pselli praefantis<sup>pp</sup>) nomine deceptus, totum Dioptrae opus, a vero Scriptore Philippo auulsum, Psello imprudenter nimis supposuit. Philippi tamen esse adparet, quum eam, ex bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Ioanne Carpathio, et Glyca latinam vulgauerit *Iacobus Pontanus*, Ingolstadtii, ex Typographia Adami Sertorii 1604. in 4.

[LV.] *Quaestiones Theologicae cum Responsonibus*, ad Michaelern Ducam, quibus et ad Physiologiam pertinentia continentur, fol. in bibliotheca Augustana<sup>qq</sup>), in Armario VI,

tum libros Pontanus ediderit, quum a Philippo scripti sint quinque. Notat etiam, falli Gredetum, qui ex primis versibus Dioptrae, quos Crusius in Turco-Graecia p. 118. addueit, putauit, Crusium de alia dioptra loqui. Hanc porro recenseri et graecam dictionem castigari a Phialito quodam iussit Dionysius Euzoitus, metropolita Mytilenaeus. *Michaelis* vero *Pselli* praefatio praenititur etiam in laudata editione, cuius quoque notae siue scholia hinc inde adsparguntur. Quae adpendicis loco, in codice Vindobonensi subiciit notat *Lambec.* lib. V. p. 36. [p. 80. nr. 2. ed. Kollar. coll. cod. CCXLVII. nr. 9. 11. et 12. ib. p. 255. sq. conf. cod. *Taurin.* B. CC. sine nomine auctoris, in cat. codd. gr. Taur. pag. 297.] de fide et caerimoniis Armeniorum, Iacobitarum Chatzitariorum et Romanorum s. Francorum, haec, (excepta postrema de Romanis,) gr. et lat. vulgauit *Combesius* Auctario nouo tom. II. pag. 262. et 271. „Hactenus *Fabricius*. In cod. caesar. laudato nr. 3. 4. 5. et 6. sunt praeterea quatuor adhuc adpendices; v. p. 81. sqq. et in cod. CCXIV. citato nr. 2. p. 90. apud *Lambec.* adpendix prima continet *Phil. Solitarii* epistolam ad Constantinum Sacerdotem de differentia inter intercessionem et auxilium Sanctorum. add. *Nessel.* cat. codd. caes. in indice p. 100. sq. — *Paris.* in B. publ. cod. MMDCCXLVII. nr. 1. *Philippi Solit.* dioptra, versibus politicis; reiecta ad oram varia scriptorum ecclesiasticorum loca, quae ob oculos habuit auctor: in cod. primo est nr. 3. *Phil. Solit.* epistola ad quemdam, qui vitae spiritali valedixerat. Eadem in cod. MMDCCXXVIII. nr. 1. MMDCCCLXXII. nr. 1. (sine nomine auctoris,) et MMDCCCLXXIII. nr. 1. (in quinque libros. est dialogus tributus, cum scholiis marginalib.) et in cod. MMDCCCLXXIV. nr. 4. qui ab editis saepe discrepat, et testimonia patrum atque alia quaedam pedestri fermone, a *Michaelis Psello*

adiecta habet. In eodem cod. nr. 1. est *Mich. Pselli* testimonium, praefixum libro, qui dioptra inscribitur; et nr. 2. sunt versus iambici *Constantini* et *Vesti Granati* de dioptra. — In cod. *Vindobon.* caesareo LXXVII. nr. 78. sunt excerpta ex scholiis in *Philippi Solitarii Dioptram*, h. e. regulam rei christianae, quorum scholiorum auctores videntur *Lambecio* in comment. III. p. 418. not. 3. esse *Mich. Psellus* et *Philaethes*. — In cod. *Taurin.* Bibl. CXCIX. sine nomine auctoris, dialogus inter carnem et spiritum, versibus prosae simillimis descriptus, a cap. XI. tertii libri eoque mutilo circa initium, ad caput V. libri quinti. v. cat. codd. gr. Taur. p. 296. sq. — *Philippi Solit.* Dioptra et alia, in cod. Coislin. CCCXII. vid. *Montfaucon.* Bibl. Coislin. p. 451. sq. add. infra, §. LXXVIII. et *Oudin.* l. c. pag. 677. *Harl.*]

pp) Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest *Allatius*, *Mich. Psellum* in *Philippi*, qui A. C. 1105. scripsit, *Dioptram*, praefatum fuisse. Vide infra cap. antepenult.

qq) [v. *Reiseri* indic. MSS. August. p. 86. et p. 36. ac 37. nr. 31. in armario primo, *Pselli* responsiones theologiae et philosoph. ad *Mich. Ducam*; atque nr. 32. *Pselli* quaestiones cum responsionibus. *Vindobonae* in cod. caesar. CCXCV. nr. 3. *Mich. Pselli* solutiones et expositiones synopticae variarum quaestionum et controuersiarum de fide ad imp. *Mich. Ducam*, nr. 4. *Pselli* professio fidei: nr. 5. eiusd. liber de physicis principiis et causis. v. *Lambecii* comment. vol. V. p. 539. sq. — *Paris.* in cod. B. publ. MMLXXXVII. nr. 7. *Mich. Pselli* responsiones ad varias interrogationes etc. capitibus ducentis comprehensae. — cod. MMCCXXI. nr. 9. quaestiones ad



VI. Index Augustanus MS. infra etiam idem Index haec habet: *Pfelli ad Michaellem Comnenum varia capita Theologica, περὶ ἐννομασίας, de Anima, de Virtutibus, et Physica de sensibus; de similitudine, et dissimilitudine liberorum cum parentibus, de Embryone; de somniis; de circulis coelestibus; de Meteoris; de Lunae Eclipsi, de Solis calore; de stellis; de Dioscuris; de pluuia, grandine, niue, pruina, rore; de Typhone, et Ectnephia, ventis, de Fulmine, de partibus Mundi; de Terrae motibus; de Tempestatibus, de salsetine maris; de Imbribus; de Fluminibus; de Stellarum luce; Quid necessitas?* contingens, tempus, materia, forma, elementum? *Quid Encyclopaedia? de Literarum inuentoribus; de Amazonibus*); *de nominibus mensurarum; de circulatorum initiis; quae habeant coelum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne, coelitus ad Philosophi preces delapso: de Potidaea, Arcadia; de Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Euboea, Sicilia.* Item Romae in bibliotheca Sancto-Siluestrina in monte Quirinali est eiusdem hic liber MS. graece, quem ego vidi. Titulus erat: *Ψελλῶ πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Μιχαὴλ τὸν Δεκάκον.* *Pfelli ad imperatorem, Dominum Michaellem Ducam, capita erant, α, Ὁμολογία τῆς πίστεως*). β, *περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ*

theologiam moralem et physicam pertinentes, in cod. MMDCCCLXII. nr. 2. solutiones quaestionum, quarum pars maior ad physicam pertinet. — in B. *Mazarin.* *Pfelli* opusc. in varios scripturae locos, diuersos item Theolog. praesertim locos ex oratt. de theologia, Christi natali etc. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1318. C. *Harl.*]

rr) [v. ad §. LVI, fin.]

ss) [v. cod. Laurent. XL. nr. 56. 61. 62. plut. 57. et *Bandin.* cat. cit. II. p. 417. H.]

tt) [vid. supra ad §. XLVI. — *Taurini* in Bibl. reg. cod. CCCXXX. fol. 91. *Pfelli* compendiosae solutiones quarundam physicarum quaestionum; fol. 109. sqq. de recta veraque Christiana norum fide: tituli autem hi sunt 1) confessio fidei; 2) de quibusdam nominibus, in Christianor. dogmate usurpatis; 3) de enypostatis; 4) de Homoufio; 5) de Homoypostato; 6) de essentiali vnione et differentia; 7) de hypostatica vnione et differentia; 8) de relatiua vnione et differentia; 9) de S. Trinitate; 10) de modo communication. idioma- tum; 11) de diuina vnione; 12) de natura ab adfectionibus immuni; 13) quis Deus; 14) num infinitus sit deus, et quomodo infinitus; 15) quomodo nouerit deus res mutabiles. fol. 114. sunt nonnulla capita, quae excerpta videntur ex *omnigena Pfelli doctrina*, de mente, et anima, nec non de virtutibus, v. catal. codd. gr. *Taurin.* p. 414. — In cod. LXV. *Th. Gals*, hinc nr. 5829.

cat. codd. Angliae etc. tom. II. sunt *Pfelli* 1) physica, seu solutiones quaestionum naturalium; 2) doctrina de fide, capp. 194. collata cum alio MSto; 3) aliae solutiones quaestionum naturalium. — In codd. Bibl. *Sfortianae*, *Pfellus* de VII. synodis et de fide. v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 696. D. — *Matriti* in Bibl. reg. cod. LI. fol. 65. *περὶ τῷ ἄνω θεῷ, de existentia dei;* inc. *τὸ μὲν ἄνω θεῷ ἐμὴ πάντων καὶ προτέρων*. quod quidem opusculum esse *Constantini Pfelli* colligit *Iriarte*, qui cum Allatio, (infra §. LXXX. et Phil. Labbeo in noua biblioth. MSS. p. 38.) *Constantino Pfello* quoque tribuit (fol. 69. cod.) *expositionem fidei*, oblatam imperatori mouomacho, ad sui obiectatorum refutationem; quae breuis est atque incipit: *πιστεύω αἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον*. eadem differt et initio et magnitudine et nuncupatione ad Michael. Ducam, ab altera *expositione fidei in Michaelis Pfelli* omnisfaria doctrina, vt latius docet *Iriarte* in cat. codd. gr. *Matrit.* p. 171. — *Florentiae* in B. Laurent. cod. XL. nr. 4. sqq. plut. 57. inter multa alia *Pfelli*ana, nr. 4. in illud euangelii, *crecebat aetate et gratia*; nr. 5. disputatio, *quod multum sapienter typica lex iunioribus Hebraeis fuerit interclusa*; nr. 6. theologica quaestio, inscripta: *Ζητήματα, τί κατὰ θεῖον, ὅρος καὶ λόγος κατὰ τὴν πατριὰ ἐκείνην περὶ τῷ υἱῷ* etc. nr. 7. variorum phaenomenorum explicationes, ac praecipue fulgurum; nr. 9.) responso ad tres quaestiones sacrarum scripturarum; nr. 10.) ad quemdam, qui ipsum interrogauerat, quid significet illud, et opera manu-

τῶ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ, περὶ ἐνυποστάτων. δ, περὶ ὁμοστίς. ε, περὶ ὁμοὑποστάτε. ζ, περὶ ὑποστάτικῆς ἐνώσεως, καὶ διαφορᾶς. η, περὶ ὑπερστικῆς ἐνώσεως. θ, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. [P] i, περὶ τρόπου τῆς ἀντιδίσεως. ια, περὶ θείας ἐνώσεως. ιβ, περὶ φύσεως. 1. Professio fidei. 2. De quibusdam nominibus, in Christianorum dogmate usurpatis. 3. De <sup>uu</sup>) enyposastibus. 4. De Homousio. 5. De essentiali unione, et differentia. 7. De Hypostatica unione, et differentia. 8. De relativa unione. 9. De sancta Triade. 10. de modo <sup>vv</sup>) retributionis. 11. De divina unione. 12. De natura. Quae omnia an vnum opus sint, vel diuersa, iudicabunt, qui legent. Ego existimo, vnum esse, attamen in vno codice abundantius contineri; ex omnibus tamen vnum posse confici perfectum, et omnibus partibus absolutum. Quae prouincia non esset omnino eruditis viris contemnenda. Consule etiam, quae nos de hoc eodem Opere inferius [§. LXXII. ad quod opus pertinere videntur hae memoratae partes] dicemus. Obiter tamen hic animaduertam, titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qui nobis pro Michaelē Duca, Michaelē Comnēnum obtrudit, cuius auctoritate deceptus Woegelinus in sua editione retinuit, et in Notis, Constantini Ducae filium Michaelē inter Comnenos, mira ἀντιστοιχία refert, quum omnino esset immutandus, reclamantibus caeteris codicibus, qui omnes vno ore Michaelē Ducam proponunt, cui capita illa nuncupauit. Marquardus Freherus in Chronologia imperii utriusque. At Michaelē Ducam scripsit Michael Psellus, ea aetate in iure, et Philosophia scientissimus, et πολυγλωσσώτατος, Synopsis legum versibus Politicis; extat M. S. in Bibliothec. Palatina, et Constantinopolit. Eiusdem Pselli ad hunc Ducam responsiones ad diuersas quaestiones Theologicas et doctrinae omnisariae, CXCIV. capitibus comprehensa; in Bibliotheca Palatina, [nunc Vatic.]

[LVI.] Opuscula quaedam in passionem, et sepulturam Christi. Libellus, dictus, Anti-

um nostrarum dirige super nos; nr. 11) in illud, quoniam spiritus pertransiuit in illo; nr. 12) in illud, in nomine igitur omnium dicere non licet; nonne in quolibet omnium? nr. 13.) in illud, primum quidem vereri iustum est, ne videamur admirandae virtutis mali pictores etc. responsio; inc. ἐντοπιὸν ὁμῶς τὸ πρόβλημα etc. quae quidem opuscula incognita fuisse Allatio et Fabricio, animaduertit Bandin. in cat. codd. gr. Laurent. II. p. 410. sq. — Paris. in cod. MCCCLXXXI. nr. 7. Mich. Pselli versus de symbolo orthodoxae fidei; in cod. MMLXXXVII. nr. 10. solutio dubitationis a paganis, circa necessitatem incarnationis Christi propositae. in cod. MCLXXXII. nr. 1) Mich. Pselli. in illud, in principio erat verbum. nr. 2 — 12. nr. 113. sqq. in multa variaque dicta sacrae scripturae; nr. 15. de arca testamenti, propitiario et reliquis; nr. 16. breues allegoriae institutorum et rituum iudaicorum; nr. 17. de di-

vinis s. mysticis apud nos numeris; nr. 18. de dogmaticis vocibus; nr. 19. de ordinibus et hierarchicis gradibus infra deum et circa deum constitutis; nr. 21. de praepositionibus εἰς, διὰ etc. quae S. Trinitati promiscue insunt; nr. 22. de Christi genealogia ad Adamum vsque; nr. 29. de pulcritudine, quae intellectu percipitur; nr. 55. de terrae motu; nr. 57. ad illos a quibus interrogatus, quot essent philosophicar. disputationum genera; nr. 58. in illud: substantia res est, per se subsistens; et permulta alia ultra centum opuscula, quae interdum partes maioris operis fuisse videntur. Atque ita in aliis bibl. add. Oudin. l. c. p. 659. Harl.]

uu) Lege: enyposastis.

vv) Vertendum erat: de modo communicationis idiomatum.

I

Vol. X.

*Antichristus; de Paradiso; in Natalem Christi*, in 4. biblioth. imperatoris Viennae. Gesnerus, Posseuius. *Fabr.* In cod. CLV. nr. 4. orat. in passionem et sepulturam Christi, et nr. 5. oratio ad eos, qui dicunt, Christum vna cum latrone ingressum esse Paradisum, et de paradiso intelligibili etc. v. *Lambec.* comment. IV. p. 319. sq. atque in vol. I. p. 244. sq. et infra ad §. LXVII. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Med. cod. XL. nr. 41. de crucis ac sepulturae mysterio, et nr. 44. quis paradisus, quod lignum vitae et scientiae. v. *Oudin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 415. sq. In cod. *Par.* bibl. MCLXXXII. nr. 14. *de mysterio crucis et sepultura Christi.* — In cod. *Taurin.* CCCXXX. fol. 7. *de ligno scientiae boni et mali.* v. cat. codd. gr. Taur. p. 413. Add. infra inter elogia Sctor. et vitas, aut vol. IX. p. 90. ed. vet. et p. 93. de sequenti libello. *Harl.*

[P] *Εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ Κυρίου.* In crucifixionem Domini, in bibliotheca cardinalis Columnae, Gretserus notis in orationem Macarii Chrysocephali de exaltatione S. crucis tom. 2. de Cruce. Non constat, an de hac intelligat amplificator Gesnerianae bibliothecae, Iac. Frisius, *Georgii, Nicomediae archiepiscopi, de Cruce, quam falso quidam Psello adscribere graece MS.* in 4. biblioth. imper. Viennae. *Fabr.* At *Lambec.* comment. vol. IV. p. 43. sq. Iac. Frisii opinionem, et *Georgii Nicodemienfis* orationem, (quae exstat in cod. caesar. CII. nr. 3. et a Lambecio l. c. recensetur,) ab altera Pselli oratione eiusdem argumenti prorsus esse diuersam, vel ex sola initiorum differentia euincit. *Harl.*

Compendiosa expositio in *Aristotelis libros de naturali auscultatione*, exstat in bibliotheca Didaci Hurtadi. Gesnerus. In bibliotheca Bauarica cod. CXLV. [cat. codd. p. 58.] et in bibliotheca imperat. Viennae, *Fabr.* in cod. XLII. nr. 5. add. nr. II. v. *Lambec.* comm. vol. VII. p. 174. sq. — in *Phyfica Aristotelis, Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 14. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXX. et MCMXLVII. *Harl.*

*Synopsis Logicae Aristotelis*, in 4. in bibliotheca Augustana in Armario num. 5. Index Augustanus. *Fabr.* v. infra §. LXIX. *de doctrina compendiosa etc.* *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXVII. nr. 8. plut. 60. de tribus figuris syllogismorum et de hypotheticis syllogismis aliaque dialectica. v. *Bandin.* catal. codd. gr. II. p. 617. — *Romae* in bibl. Vatic. cod. CMXLIII. bibl. reginae Suec. *Psell.* in philosophiae organum, de decem categoriis, et de aliis rebus logicis, de operatione et efficacia daemonum. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 34. *A.* Compendium logicae, in cod. *Bavocc.* LXXI. de X. praedicamentis, de propositionibus et syllogismis, in cod. CCLXII. *Taurin.* v. catal. codd. gr. Taur. p. 371. v. §. LXIX. — *Dialectica* in cod. August. Vindel. v. *Reiser.* indic. MSS. etc. p. 91. *Harl.*

*Expositio in Metaphysica Aristotelis*; in Italia, Gesnerus.

*Commentarius in Aristotelis verba: Ars artium, et scientia scientiarum, et, quomodo omnia a philosophia dependant*, in Italia, Gesnerus.

*In Psychogoniam Platonis*, in Italia, Gesnerus: in bibliotheca Augustana fol. *Fabr.* v. *Reiser.* l. c. p. 82. — *Vindobon.* in bibl. caesar. cod. XLII. nr. 11. Pselli fragmenta de mente, de anima, de platonica psychogonia et de ideis, v. *Lambec.* comment. VII. p. 176. sq. —

sq. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XI. nr. 2. plut. 28. de psychog. Platon. vid. *Bandin.* catal. cit. II. p. 21. — item Venetiis in cod. Marc. DXII. v. catal. codd. gr. Marc. p. 276. — in bibl. Escorial. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 182. — in cod. *Bodlei.* XLVIII. f. nr. 3037. cat. MSSt. Angliae etc. tom. I. p. 154. ibid. tom. II. p. 61. nr. 2262. inter codd. Vossian. ib. p. 189. nr. 5969. in cod. CXXXV. *Th. Gale.* Paris. in bibl. publ. cod. MDCCCXVII. nr. 4. cod. MMDCCXXXI. nr. 3. Add. supra vol. III. p. 96. et 186. *Harl.*

*Expositiones variae in varios Platonis locos*, in Bibliotheca Bauarica cod. CLXV. Catal. Bauaricus, pag. 64. *Fabr.* Paris. in Bibl. publ. *Platonis defenso*, vid. ad §. LXVIII. *de epistolis*, de ideis, quas dicit Plato, *Florent.* in Bibl. Laurent. cod. XXIX. nr. 15. plut. 58. v. *Band.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 474. et ad antecod. nr. de Plat. psychogon. — *Quomodo existimet Plato, inhabitare animas in brutorum animantium corporibus; tum cur triplicem animam Platonici atque Aristotelici dixerint*, in cod. *Taurin.* CCCXX. fol. 13. et 15. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 413. — De magno anno Platonis, in cod. Escorial. v. *Plüer.* itiner. per Hispan. p. 182. *Harl.*

Συνοπτικὸν σύνταγμα τῆς Φιλοσοφίας, in bibliotheca Ioannis Sambuci, Gesnerus, [add. ad §. LII. et paullo ante de synopsi log. Arist.]

signiter variare ab eo, quo usus est Ed. Bissaeus. Paris. in Bibl. publ. codd. MXXXVII. nr. 15. — MDXCVII. nr. 2. (ex quo emendatius prodire posse librum, adnotat confector cat. codd. Par. II. p. 370.) in cod. MMCCXXI. nr. 8. excerpta ex illo libro: in MMMLXXVI. nr. 1. liber, cum variis cod. collatus. — ib. inter codd. latini in vol. IV. cod. MMMMMDCCLXXXVI. nr. 8. Palladii lib. de Brachmannis, S. Ambrosio tributus. — de gente Indorum — ad Lausum, in cod. Sfortiano, v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 707. C. — ib. p. 1042. B. versio illius libri Slavica, in cod. Coislin. Excerpta in cod. Escorial. v. Pliier. itiner. per Hisp. pag. 186. — Vindobon. in cod. caes. XCVII. ex hoc cod. Camerar. edidit librum, et de hoc eiusque auctore vberius differt, atque Lambecii sententiam, Palladium Galatan, Helenopolitan. in Cappadocia episcopum fuisse auctorem, ex eius schedis potissimum, adfert, suamque opinionem, librum de moribus et doctrina Brachman. qui S. Ambrosio a nonnullis per-

et elegantia et diligentia praeferendam indicat Reu. noster Io. Christoph. Wolfius, notis ad Casauboniana p. 219. Lambecius lib. V. de bibl. Vindob. p. 84. [pag. 481. ed. Köllar.] hoc scriptum de Brachmanibus parum probabili coniectura tribuit Palladio Methonaeo Sophistae, quera incertum est fuisse Christi sacris addictum, at scriptorem de Brachmanibus Christianum fuisse adparet<sup>aa</sup>).

### VII. Palladii alii ultra quinquaginta.

[Palladius scripsit de arithmetica. v. supra, vol. V. p. 649.]

Palladius Abbas, de quo Io. Moschus in prato cap. 69. 71. seq. aequalis fui etiam meminit cap. 176.

Palladius *Apocreas Anaseas*, Helleſponti episcopus, qui Concilio Ephesino a. C. 431. interfuit. Vide Labbei Concil. tom. III. p. 464. 492. 536.

Palladius *Alexandrinus*, cui Barthius tribuit disputationem Gregentii cum Herbano Judaeo, de qua infra. [conf. Saxii Onom. II. p. 41.]

Palladius *Andri*, in Cycladibus Insulis, episcopus interfuit Concilio a. 460. [f. a. 459. secund. Lambec. in comm. VIII. p. 888. seq. de cod. XLIV. qui continet Gennadii, patriarchae CPolit. epistolam encyclicam de illo concilio, et pag. 891. comparat *Pallad.* episc. Andri inter eos, qui subscripserunt.]

[Ad *Palladium* epist. Athanasii, in cod. *Coislin.* XLV. e quo editio Athanasii Montefalconiana est recognita et emendata. v. *Montfauc.* cat. Bibl. Coislin. p. 116.

*Palladius*, ad quem epistolam scripsit Libanius. v. *Montfauc.* l. c. pag. 517, 70. Inter epp. Liban. a Io. Christoph. Wolfio editas permultae epistolae Libanii ad Palladium reperiuntur. Ex epist. 1066. 1117. et aliis patet, eum functum esse magistratus officio. In aliis epp. eius mentionem frequenter fecit Libanius.

*Palladius* inter eos, qui epitaphia in Virgilium scripserunt. v. *Foss.* catal. bibl. Magliabech. tom. II. p. 804. — inter eos sapientes, quorum versus leguntur in cod. Vossiano. v. cat. bibl. Leidens. p. 383, 86.

*Palladas Alexandrini* duo senarii in Brunckii *Analect. vett. poet. gr.* tom. III. p. 332. qui in *Eccl. ib.* p. 310. laudat Salmas. not. ad hist. Aug. p. 132. De *Pallade* s. Palladio epigram-

O 3

peram tribuitur, esse rudem quamdam ac liberri-  
mam libelli Pallad. versionem latinam, fusius ex-  
plicat probatque *Kollarus* in supplem. ad Lamb.  
comm. p. 597 — 604. Atque *Palladio*, episcopo  
*Cappadociae*, tribuitur vita Macariorum duorum.  
v. infra, in Elogiis et vitis Stororum, nom. *Ma-*  
*cariorum duorum* etc. Add. supra in not. codd.

historiae Lauf. *Harl.*]

aa) Dincilimi, regis Bragmanorum, testimo-  
nium adfertur a Petro Abailardo libro I. Theol.  
christ. p. 1195. tom. V. Thesauri Anecd. Mar-  
teniani, q. Pallad. *Andropus*.

grammatatio v. supra vol. IV. pag. 485, sq. add. *Imm. Ge. Hufchke* analecta critica in Antholog. gr. Ienae 1800. p. 261. sqq. et *Iacobs* animaduerss. ad Anthol. gr. tom. II. part. 3. p. 247. *Harl.*]

Palladius *Antiochenus* ab a. 488. ad 498. episcopus, Petri Fullonis successor, Eutychianus.

Palladius *Archiatr*, cuius meminit Ruricius lib. 2. epist. 34. apud H. Canisium tom. V. antiquar. lect. p. 508.

[*Andreas Palladius*, architectus, scripsit opus de architectura, cuius tres priores libri in sermone italico prodierunt 1570. quatuor autem post Palladii mortem Venetiis 1581. fol. rec. ib. 1616. fol. 1642. v. *Baumgart*. Nachricht. von merkwürdigen Büchern, tom. III. p. 434. sqq. et Lond. 1715. fol. II. tom. etiam anglice et gallice versum est opus. Gallica versio lucem adspexit Hagae Com. 1726. fol. II. partt. v. *Freitag*. Analecta litter. pag. 652. sq. de Bure cat. bibl. Lud. Io. Gagnat, tom. I. p. 341. sq. inscripta est nou. ed. Le Fabriche e i disegni di *Andrea Palladio*, raccolti ed illustrati da *Ottavio Bertotti Scamozzi*. IV. tom. Vicent. 1776. fol. v. cat. librorum Ducis de la Valliere, tom. I. p. 580. nr. 2047. — Cod. anglicae vers. libror. II. III. et IV. memoratur in catal. MSS. bibl. Harleianae, nr. 6031. — *Palladii* s. *Paladii* Antiquitatem urbis Romae, hispanice redditam, Romae, 1628. 8. laudat *Saxius* in Onom. liter. III. p. 452. Antiquior ed. Rom. 1596. 8. italice scripta, eiusdemque Descriptiones ecclesiarum etc. quae Romae sunt Rom. 1554. 8. atque Figure à i commentarii di Cesare. Venet. 1575. 4. citantur in catal. bibl. Barberinae, II. p. 155. sq. *Harl.*]

Palladius *Arianus*, vna cum Secundiano a. C. 381. damnatus in Concilio Aquileiensi. Vide tom. I. Concilior. Harduini p. 826. seq.

[P] *M. Aurelius Palladius*, cuius mentio in veteri inscriptione apud Gruterum p. CCCII. 2. Omitto alios in priscis faxis obvios et praeter nomen nihil scitu dignum tradentes.

Palladius *Antifiodorensis* episcopus in Galliâ, qui interfuit Concilio Remensi a. C. 630. et Cabilonenfi a. 650.

Palladius *Bacanariensis* in Mauritania Caesariensi episcopus, qui interfuit conuentui Africano a. C. 484. regis Hunerici sexto.

[*Blosius Palladius* scripsit poema: Surburbanum Augustini Chisti. Romae per Iac. Mazoch. 1512. 4. v. *Maittaire* A. T. V. part. I. siue indic. pag. 189. carmina, inter illustr. poet. ital. et in Deliciis poet. ital. v. cat. bibl. Barber. II. p. 156. *Harl.*]

Palladii duo, *Burgenses* episcopi a. 380. et 448. de quibus Tillemontius tom. XVI. memor. p. 751.

Palla-

- Palladius, *Caesareae* Capadociae episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 394.
- Palladius, *Candybenfis* in Lycia episcopus, qui subscripsit Synodo Rom. a. C. 503.
- Palladius, *Capidalenfis* in Pamphylia episcopus, qui interfuit Concilio Chalcedonenfi a. 451.
- Palladius, *Chorepiscopus*, qui interfuit Concilio Nicaeno a. C. 325.
- Palladius, *Corydalorum* in Lycia episcopus, qui Chalcedonenfi interfuit Concilio a. C. 451.
- Palladius, quem loquentem secum inducit S. *Cyrillus* Alex. in libris de adoratione et cultu spiritali. Idem fortasse cum Palladio Amaseae episcopo.
- Palladius *Caesar*, Maximi imp. filius, Idacio memoratur in Chron.
- Palladius *Cursor* Theodosii iunioris, cuius meminit Socrates lib. VII. c. 19.
- Palladius *Dienfis* in Macedonia episcopus interfuit Concilio Sardicensi a. C. 347.
- Domitius* [i. *Domici*] Palladii Sorani Poemata edita Venet. 1498. 4. per Io. Baptistam Sessam Mediolanensem. *Fabr.* Carmina exstant cum libris Ovidii, (v. Goetz. Mem. Bibl. Dresd. II. p. 556. sq.) cum Plauto Merulae et Saraceni, a. 1499. cum Horatio Mancinelli, v. *Mittarell.* adpend. ad bibl. codd. Venet. S. Mich. p. 323. *Foff.* cat. Bibl. Magliab. II. p. 370. sq. conf. p. 184. ib. I. p. 6. de carmine ad calc. libri: *Io. Abiosi* dial. in Astrologiae defensionem, Venet. 1494. 4. tum alibi. v. Goetz. Mem. bibl. Dresd. III. p. 59. et 126. ubi dicitur poeta laureatus, — *Dominici Palladii*, Sorani, epigrammatum libelli, elegiarum libellus; Genethliacon vrbis Romae. Venetiis. 1498. 4. auct. Paris. sine anni nota. v. *Panzer.* A. T. III. p. 435. nr. 2352. et VIII. pag. 211. nr. 2727.
- Palladius *poeta scholasticus*, cuius epigr. in *Burm. Anth. vett. latin.* epigramm. et poemat. lib. I. p. 99. etc. Eius epigr. in *Anthol. lat.* ubi exstant, indicat *Sax.* in *Onom. liter.* II. praef. p. XXX. *Harl.*
- Palladius *episcopus*, ad quem S. Chrysostomi epist. 113. Idem, ut videtur, (ab Helenopolitano episcopo diversus,) auctor dialogi, de vita eiusdem Chrysostomi, de quo supra dictum.
- Palladius, cuius *epistolam* ad Desiderium episcopum Cadurcenum edidit *Henr. Canisius* *tom.* V. *Antiquar. Lectt.* [v. infra, vol. XIII. p. 765.]
- Palladius *Fuscus*, seu *Niger* Patauinus circa a. 1470. clarus, de quo *Vossius* *Hist. Latin.* p. 601. et *Bernardinus Scardeonius* de claris Patauinis, [*Sax. Onom. liter.* II. p. 469. qui plures laudat.]
- [*Henr. Palladius*, et eius nepos *Io. Francisc. Palladius*, rerum *Foroiuliensium* libri XI. et de oppugnatione Gradiscana. Vtini 1649. v. *Bauer.* bibl. librorum rarior. etc. part. III. p. 260.]



160. add. *Montfauc.* diar. ital. pag. 60. de cod. *Venet.* Marci qui continet euangelium D. Marci. *Harl.*]

Palladius *Galata*, quem S. Epiphan. Epistola ad Ioannem Hierosol. (a. 396. inter Hieronymianas 61.) monet fugiendum esse; quod Origenis haeresin [P] doceat. Idem, quem perstringit Hieronymus prooemio Dialogor. in Pelagianos. Hunc a Lausiaca auctore diuersum esse, contendit *Tillemontius* tom. XII. p. 173. tom. XI. pag. 528. quod mihi habd videtur.

Palladius, inter *Germirii* semiariani aduersarios. Ad hunc Palladium aliosque episcopos epistola in Hilarii fragmentis lib. I. pag. 41. et apud Baron. ad a. C. 366, nr. 27.

Palladius, quem *Hibernorum* episcopum vocat *Tillemontius* tom. XI. pag. 646. tom. XVI. p. 751. etc. hoc est Scotorum, de quo infra.

Palladius *Iatrofophista*, Alexandrinus, Galenus quem laudat iunior. Huius commentarius, (non integer, vt videtur, in librum Hippocratis de fracturis exstat graece et latine in editionibus Hippocratis vtraque Foëssiana p. 917-932. et Charteriana tomo XII. p. 270. cum versione *Jacobi Santalbini*, Metensis Medici. Eiusdem Synopsin de febribus latine vertit et vtraque lingua vulganit *Io. Charterius*, Paris. 1646. 4. Et Scholia in sextum Epidemiorum Hippocratis tomo IX. Operum Hippoc. et Galeni Paris. 1679. fol. 66) cum versione *Iunii Pauli Crassi*, qui e MS. Io. Sambuci, quod ab Hieron. Mercuriali accepit, vulgavit Latine Basil. 1581. 4. vna cum Aretaeo<sup>cc)</sup>, Rufo et Theophilo proto-pathario. Scholia Palladii in librum Hippocratis de victu in morbis acutis, MSta exstare Venetiis, testatur Santalbinus, eadem nempe cum Palladii de cibo et potu, quod in bibl. Regis Christianissimi exstare testatur *Labbeus* p. 126. bibl. nouae MSS. *Fabr.* De *Palladio Iatrofophista* v. *Io. Freind* Hist. medic. p. 203. qui Palladium quoniam ex Aetio atque Alexandro Tralliano quaedam summissee mutua videatur, ante an. 600. vixisse statuit, atque, qui de aetate dissentit, *Io. Steph. Bernard.* in praef. ad Palladium de febribus. Nam post Charterium a *Io. St. Bernard* edita est notisque illustrata: *Palladii* de febribus concisa synopsis. --- Acc. glossae chemicae et excerpta ex poetis chemicis, ex cod. MS. bibl. D. Marci. Lugd. Batau. 1745. 8. De aetate *Palladii Iatrofoph.* varias recenset opiniones, ipse tamen aliquid certi pronuntiare non audet. Conf. noua acta erudit. a. 1757. m. Nou. p. 678. praecipue de glossis chemicis. --- *Florient.* in bibl. Laurent. Medic. exstant in cod. II. nr. 5. plut. 74. excerptum ex Palladii sophistae (sic cognominatur in textu gr.) scriptis de cibo et potione: -- in cod. VII. nr. 52. plut. 74. in veterum chirurgorum collectione, *Palladii* scholia s. interpretationes in Hippocratis libros de fracturis (conf. infra, vol. XII. p. 778. §. V.) -- in cod. XL nr. 10. eiusd.

<sup>bb)</sup> Verum illas interpretationes, quas graece in illo tomo editas esse, tradunt *Linden.* de scriptor. med. et *Fabricius*, frustra ibi quaeres. v. *Bernard.* praef. l. c. *Harl.*

<sup>cc)</sup> de Aretaeo et Rufo dictum Lib. IV. c. 3, de Theophilo infra lib. VI.

eiusd. plutei, in Galeni librum de sectis scholia, excepta ab ore Palladii, qui commentarius omisus est a Fabricio nostro: in cod. XXI. nr. 9. plut. 75. fragmentum sextae et septimae sectionis Palladii scholiorum in Hippocratis de popularibus morbis librum sextum: in cod. sequenti, XXII. scholia integra in librum VI. Epidemiorum Hippocratis ex ore Palladii sophistae, in sectiones VIII. distributa. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. III. p. 47. 92. 99. et 170. vbi etiam, illum commentar. a Charterio in ed. Hippocrat. et Galeni vol. IX. editum esse, (quod etiam adfirmatur in cat. bibl. Barber. II. p. 156.) negat Bandin. contra Fabricium, deceptum forsan indice operum vniuersali, tomo I. praemisso, in quo inter ea, quae nono continentur tomo, hic quoque commentar. recensetur. — Ille *Palladii* commentar. est quoque in cod. *Escorial.* v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 186. — in bibl. *Paris.* publ. codd. MMCCXCV. — Ibid. in codd. MMCCXVIII. sr. 1. et MCCLXIX. nr. 3. exstat Pall. commentar. de febribus. In *Reiseri* notit. codd. August. p. 65. nominatur *Pauli* iatrosophistae liber de fracturis earumque differentiis. Sed annon scribi debuerit *Palladii* etc. ii, qui conferre possint codicem, poterunt iudicare atque decernere. — Male ei tribuitur *de urinis* liber, qui est *Theophili.* v. *Fabric.* infra, vol. XII. p. 637. *Harl.*]

[*Petrus Palladius*, qui doctor creatus orationem, a Mart. Luthero compositam, recitauit, quae exstat in codd. quondam Vffenbachianis. v. *Maii* cat. bibl. Vffenbach. MSt. part. V. p. 259. nr. 62. et p. 282. nr. 7. *Harl.*]

*Palladius*, *Iconiensis* in Lycaonia episc. memoratus in Epistola Leonis I. imp. ad Anatholium CPol.

*Palladius*, *Idicrensis* in Numidia episcopus, qui interfuit conuentui Africano A. C. 484.

*Palladius*, *Magistrinus* qui CPoli litteras imperatoris Theodosii iun. a. 431. Ephesum pertulit. Vide Acta synodi Ephes. tom. 3. c. 17. seq.

*Palladius*, *Melitensis* episcopus in Armenia secunda, interfuit concilio CPol. a. 553.

*Palladius*, *Palladii* F. Μεθωνῶος ex *Methone* (incertum an Thraciae, an Magnesia in Macedonia) sophista, quem Constantini imperatoris aetate claruisse, *Suidas* [et ex eo *Endocia* in *Ἰωνιᾷ* s. violario pag. 352.] refert, testatus, eum scripsisse περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, *de Romanorum festis*, tum διαλέξεις, *disputationes*, et λόγους διαφώσεως, ὀλυμπιακόν, πανηγυρικόν, δικανικόν.

[P] *Palladius*, praefectus Aegypti a. C. 374. Theodorit. IV. 22. Hist. Eccles.

*Palladius*, *presbyter*, ad quem scripsit S. Athanasius, (defunctus a. C. 373.) tom. I. edit. Lips. p. 952. seq. et S. Basilii Epist. 104.

*Palladius*, *presbyter*, qui subscripsit libello in concilio CPol. a. C. 536. tom. V. Labbei p. 250.

Palladius, *rhetor* latinus, cuius declamationem memorat Symmachus lib. I. Epist. 15. et 94. Ad eundem scribit lib. IX. Epist. 1. et fratrem suum adpellat, spectatum bonis omnibus facundiae atque eruditionis: lib. 1. epist. 88. Eiusdem pompam cum acrimonia Quintiliani celebrat Sidonius Apollinaris lib. V. epist. 10. De eodem Symmachus III, 50. *Si quid praeterea scitu opus est, meus Palladius indicabit, quem ego non minus doleo abductum a iuventute romana, quam gratulor in spem sui honoris accitum.* Io. Sarisberienensis lib. 3. Metalogici c. 10. *Est autem, ut ait Palladius, magna pars prudentiae, eius cum quo agitur aestimare personam.*

Palladius, sophista siue *rhetor* Alexandrinus, cuius *μελέτας* memorat Photius cod. CXXXII. *Fabr. Sophista*, i. e. magister, professor, sequiore aetate dicebatur, qui arte quadam, doctrina aut eloquentia eminere videbatur. Sic sophistae nomine etiam ornatum esse in codd. *Palladium*, iatro-sophistam, supra iam adnotatum est. Atque ad hunc pertinere, quae in cod. bibl. Guil. *Pelliferi* exstant et in *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 1199: D. ita indicantur: *Palladii sophistae quaedam, ex scriptis colligo medicis, quae ante illa et post ea enumerantur. Harl.]*

Palladius Rutilus Taurus Aemilianus, rei *rusticae* scriptor celeberrimus, de quo dixi lib. III. bibl. latinae, cap. 4.

Palladius, *Salpinas* in Italia episcopus, qui interfuit concilio romano a. C. 465.

Palladius, *Sanctonicae* ecclesiae in Gallia episcopus, qui concilio Parisiensi interfuit a. 573.

Palladius, a Caelestino papa missus in Scotiam, idemque primus *Scotorum* episcopus, a. 431. Vide *Vsserii* antiquitates Britannicas, c. 16. *Antonium Pagi* ad a. C. 429. nr. 11. seq. et 431. nr. 51. Acta SS. tom. II. Jul. 6. p. 286. sqq. Scripta, quae ipsi a Io. Baleo tribuuntur, commentitia sunt, neque exstant usquam, neque ulli veterum memorantur.

[*Palladius*, spiculator, qui a Chr. 304. Numeriano Maximo, praefidi Ciliciae, denuntiavit et reos fecit quosdam Christianos. v. *Ruinarti* acta primor. martyrum p. 423. ed. sec. H.]

Palladius, (*Σεβερῶν πολιτευόμενος*) *Suedrorum* in Pamphylia magistratus, cuius epistola praemissa Ancorato S. Epiphanii. [add. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 117. et II. pag. 538.]

Palladius, *Sulmontinus* in Italia episcopus, qui interfuit synodo romanae, a. 499.

Palladius, *Tulonenfis* in Gallia episcopus, qui subscripsit concilio Aurelianensi a. 549. Incertum, an idem, qui Matisconensi a. 585.

[P] Palladius, *Tigabitanus* in Africa episcopus, cuius meminit S. Augustinus de gestis anno C. 418. cum Emerito Caesareensi Donatistarum episcopo tom. IX. edit. Amst. p. 425. Idem fortasse Palladius, quem honorabilem filium suum adpellat epistola 94. (nouae edit. 178.)

[Iuuat,

[luuat, subiicere notitiam libri romanensis: *Histoire Palladienne*, traitant des gestes et généreux faits d'armes et d'amours de plusieurs grands Princes et Seigneurs, et spécialement de *Palladien*, fils du Roi Milanor d'Angleterse et de la belle Sclerine; nouvellement mise en notre vulgaire françois; par Cl. Collet. Paris. 1555; fol. v. *Bure Bibliographie instructive*, B. L. tom. II. p. 176. nr. 3881. *Harl.*]

VIII. *De disputatione Gregentii archiepiscopi cum Herbano Iudaeo, quam Palladio Alexandrino Caspar Barthius tribuit.*

Caspar Barthius tum alibi, tum lib. V. *Aduersarior.* cap. 3. (vbi plura illius illustrat loca.) *Palladium* Alexandrinum adpellat auctorem Aetorum disputationis, quam per dies quinque coram Abramio, rege <sup>ad</sup>) Homeritarum Christiano, et episcopis, pluribusque Iudaeis et tota ciuitate in metropoli Homeritidis Taphar siue Saphar, in Arabia felici circa a. C. 540. cum Herbano Iudaeo, quem νομεδιδάσκαλον codices quidam adpellant, instituit *Gregentius* Taphrensis [s. Taphrensis, aut Taphareus] archiepiscopus, qui diem obiit a. C. 552. (Iustitiani 26.) 19. Decembri post Abramium eodem a. 552. (regni 30.) defunctum, quum iam rex Homeritarum esset Serdidus <sup>ae</sup>), Abramii filius <sup>ff</sup>). Non dubium est, Barthio fundum fuisse sententiae suae, quod pag. 184. edit. Gulonianae (Ducaeanae pag. 264.) in illa disputatione legitur: Ταῦτα τὰ ῥήματα καὶ ἑτέροις δηλωθήσονται. Ἐώρα γὰρ Παλλάδιον τὸν σχολαστικὸν τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἐν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἤγαγε, τὰ ῥήματα ἐκατέρων σημαίνον. *Haec verba etiam aliis significantur: Videbat enim Palladium scholasticum archiepiscopi, quem ab Alexandria adduxerat, verba utriusque notantem.* Ad hunc locum Gulonius interpres notauit in margine: *Hinc conicere licet, Palladium authorem esse siue scriptorem huius disputationis.* Sane verisimilius hoc esse non diffiteor, quam quod *Lambecio* lib. V. pag. 131. [p. 277. ed. Kollar. de cod. CCXLVII.] auctor videtur *Nonnosus* Iustitiani imp. ad Homeritas legatus, cui etiam VIII. p. 387. [pag. 823. ed. Kollar. de cod. XL.] *Martyrium* Arethae et sociorum adscribit. Dixi de illo *Nonnoso* Volumine VI. huius bibliothecae p. 239. [s. nostrae ed. vol. VII. p. 543. sq.] Ceterum hanc disputationem ab Aegidio Noallio regis christianissimi legato ex Oriente adlatam latine vertit *Nic. Gulonius* graecarum litterarum regius professor et vtraque lingua vulgauit Paris. 1586. 8. vnde graece et latine recusa est in Auctario graeco latino Bibl. Patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. [P] et in bibliotheca Patrum Paris. 1654. tom. XI. p. 194. vt latinas editiones in bibliothecis Patrum saepius repetitas praeteream. [Etiam gr. et lat. in *Gallandii* Bibl. PP. t. XI. p. 599-661. vbi in praef. p. XXIII. s. breuiter de *Gregentio* disputatur. B.] In his editionibus omnibus, quemadmodum etiam in codice caesareo, de quo *Lambec.* lib. V. p. 131. [p. 270. sqq. Kollar.] et *Sequieriano*, de quo *Montfauc.* in bibl. Coisliniana p. 304. a principio quaedam defunt, vt ex abrupto exordio statim cuius patet. Non autem aequè notum, in bibl. regia Berolinensi exstare MStum codicem Sclauonicum quadringentorum annorum, multis foliis ab initio auctiorem, cuius prima verba latine conuersa mecum communicauit eruditissimus bibliothecae illius praefectus M. V. la Crose.

P 2

M<sup>ns</sup>is

ad) πρῶτος τῶ ἐκσεβαστά βασιλεὺς καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶ ἀλφειῶ τῶν Ἰουδαίων καὶ πάσης πόλεως. p. 58. edit. Gulonii.

ae) Id. p. 203. seq.

ff) Conf. *G. Caus.* hist. litter. SS. eccles. tom. I. p. 121. *Pagii* Critic. Baron. 523. X. - XIII. p. 331. seq. tom. IX. *Hamberger.* Z. N. III. p. 396. sqq. *Saxii* Quom. lit. II. p. 24. *Harl.*]

*Menfis Decembris XIX. Vita et conuersatio beati patris nostri Gregorii, (ita semper pro Gregentio adpellat, vt in Menacis Graecorum dicitur Γεργεντίος) episcopi Taphronis ciuitatis Homeritarum, et narratio miraculorum ab eo gestorum, scripta ab episcopo ciuitatis Negrani. (Hinc patet nec Palladium nec Nonnosum auctorem esse, sed episcopum Negrani in Homeritarum regione, quae martyrum ciuitas adpellatur in actis passionis S. Arethiae et sociorum CCCXL. qui a. C. 522. 24. Octobr. sub Dunam Hebraeo Homeritarum tyranno passi traduntur.) Benedic pater. Oppidum quoddam est haud magni nominis in finibus Anariae et Asiae, nomine Loplinae. In eo habitabant admirabilis Gregorii parentes Agapius et Theotecta, ex Christi praescripto, matrimonio coniuncti etc.*

Codex caesareus ita incipit: Ἀρχὴ τῆς διαλέξεως τῶν Ἰουδαίων μετὰ τῆς ἀγίας Γεργεντίου. Τῶν ἑταῶς γεγονότων καὶ ἑταῶ παρακολοθησάντων, καὶ τῆ βασιλείας ἐπὶ τέτοις ἀνέντος τὸν Κύριον, καὶ τῶν Μεγιστάνων αὐτῆς ἀδικεῖν τὸ οἰονὲν μὴ τολμώντων, καὶ πάντων χάρα εὐφρανομένων, παρεγένοντο καὶ οἱ Ἰουδαῖοι καθὰ καὶ ἐκελεύθη αὐτοῖς, ἀνωλαθείσης αὐτοῖς ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Παρεγένοντο δὲ τῆ διαλεχθῆναι ἕνεκα, καὶ τῆ βασιλείας ὑπομνησθέντος ἐτοιμασίας ἐν τῷ θολωτῷ γεγονυίας. (minus bene in editis: τῆς δοκιμασίας ἐν τῷ θρελλέτῳ γεγονυίας, confer Lambec. V. p. 129.) [p. 271. Kollar.] αὐτὰ δὲ τῷ μεγίστῃ καὶ πρώτῃ τῶν βασιλείων περίεστι. Ἐκείσε τοιγαρὲν ἐτοιμασίας γεγονυίας, καὶ ἀπάσης τῆς τάξεως ἀθροισθείσης, παρέσης καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτης, παρεγένετο καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶ ἀγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ etc. Hinc patet, nec illum esse integrum, sed prius mutilum parte, licet editis aliquando integriorem melioremque: atque ita accipiendus rev. Wolfius noster in Bibl. Hebraica p. 352. De disputatione hac et fructu conuersionis Iudaeorum eandem, vt narrant, insequuto, vide Antonii Davroultii Catechismum Historicalem c. 1. tit. 4. et Iosephi Caroli Imbonati, Bibl. latino Hebr. p. 37. seq. Fabr. Secundum Montfaucon. bibl. biblioth. MSS. exstat p. 32. E. in bibl. Vatic. inter eodd. reginae Succiae Gregentii dialog. cum Hebraeo, et anonymi dialogus Hebraei atque Christiani et p. 56. A. in cod. quondam Petav. Gregentii epistolae, gr. — p. 190. E. in cod. Ottobon. Greg. disp. cum Iudaeo. — In cod. Coisl. CCLV. Gregentii dialogi quinque cum Erbari Iulaco. v. Montfaucon. B. Coisl. p. 304. — Paris. in B. publ. eodd. MLX. nr. 1. MLXI. MXCV. nr. 2. et MCCLXXV. nr. 2. in quo tamen maior pars desideratur: disputatio cum Herbano Iudaeo. — Venet. in bibl. Marc. cod. DXXI. vbi in inscriptione vocatur Πηγέντιος. v. cat. eodd. gr. Marc. p. 280. et post confectum catalog. alius cod. eiusdem operis illatus in illam biblioth. teste Villosion. in Anecd. gr. II. p. 247. — Leidae in B. publ. cod. Vossian. vbi inscribitur ζεφρών διάλεξις μετὰ Ἰουδαίῳ ἐρβαν τένωμα. v. cat. bibl. Leid. pag. 397. nr. 41. Hurl.

Gregentii archiepiscopi scriptum, quo leges ac statuta regis sui Abramii nomine complexus fuit, exstat graece MS. [cod. CCXLVII. nr. 33.] in bibl. caesarea, titulis XXIII. distributum et adhuc ineditum: [et in cod. Selleri VI. v. cat. eodd. Angliae etc. tom. II. p. 96. nr. 4775.] Νομοθεσία τῆς ἀγίας Γεργεντίου ὡς ἐκ προσάψε τῆ εὐσεβεστάτης βασιλείας Ἀβραμίου. Titulus I. περὶ φόνου, καὶ μιάσματος καὶ ἀρσενικοιτίας. II. περὶ γοντείας καὶ ψευδομαρτυρίας καὶ κλεψίας. III. περὶ πορνείας. IV. περὶ μοιχείας. V. περὶ πλεσιῶν ἐπιθυμιῶν. VI. περὶ ἐλευθέρων εἰς δουλίαν παραπιπτάντων. VII. περὶ τῆ ζευγνύου τὰ τέκνα

πέκνα οἱ γονεῖς πρὸς γάμον ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἢ δώδεκα. VIII. περὶ μαθητῶν etc. Vide *Lambesium* lib. V. de bibl. Vindob. p. 131. seq. [277. ed. Kollar.]

IX. HERACLIDES Cyprius, in Scetenſi eremo ſectator Euagrii Pontici, hinc a. C. 399. a Chryſoſtomo <sup>ss</sup>) CPoli ordinatus diaconus <sup>hh</sup>), et poſt triennium a. C. 402. ſucceſſor datus Antonio Ephēſi epīſcopo <sup>ii</sup>), atque deinde anni ſpatio vix interiecto ob Origeniſmi dicam in Synodo ad Quercum deſiſtus <sup>kk</sup>) et carceris ſordes Nicomediae ſubire coactus eſt; in quibus Palladio ac Chryſoſtomo, (et ipſo exſule,) eius miſerante vices <sup>ll</sup>) ad huc haefit a. C. 408. <sup>mm</sup>) Eodem Palladio teſte fuit ἐγκυκλίων ἡγμένος μαθημάτων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐν τῶς γινόμενος, *encycliis diſciplinis optime inſtitutus, et diuinarum ſcripturarum peritus.*

Petrus Natalis, in Equilia ſiue Aequilia Veneta inſula, Anaſſi fluminis oſtio obiecta epīſcopus; qui a. C. 1470. ſcripſit et a. 1482. Catalogum ſanctorum abſoluit, (non 1370. et 1382. vt excuſum in Actis ſanctor. tom. IV. Maii p. 304. et tom. VI. pag. 51.) <sup>nn</sup>) minore etiam fide dignus, iudice Bollandō <sup>oo</sup>), quam Legendae aureae ſiue hīſtoriae Lombardicae [R] ſcriptor, Iacobus de Viragine, quem *ferrei hominem oris et plumbei cordis, animi certe parum ſeueri ac prudentis*, adpellat Melchior Canus <sup>pp</sup>). Ille, inquam, *Petrus Natalis* lib. XII. Catalogi ſanctorum, Vincentiae primum a. 1493. editi cap. 87. Heraclidem ſanctis adſcribit propter *Paradiſum* compoſitum, quem laudat etiam Petro Natali antiquior *Vincentius Belleuacenſis* libro XVII. Speculi Hīſtorialis c. LXIV. Nec propter aliam cauſam Sophronii, ſiue Moſchi potius, vitae Eremitarum, de quibus mox dicturus ſum, venire videntur nomine *Paradiſi noui* apud *Photium* cod. CXCVIII. et *Nicephorum* VIII. 41. quam quod tum exſiſterit Paradīſus quidam vetuſtior; Heraclidis ſcilicet ingenio conſitus. Atque citatur Paradīſus a Moſcho, (incertum tamen, an ille Heraclidis,) cap. 212. καὶ ἀναγιγνωσκόντων ἡμῶν

P 3

eis

gg) Georgius Alex. in vita Chryſoſtomi, Socrates etc.

hh) Ita *Socrates* VI. 11. *Sozom.* VIII. 6. et *Palladius* p. 139. dialogi de vita Chryſoſt. διὰ τὴν ἐκείνου τὴν τρεῖς, licet archidiaconum vocet *Nicephorus* XIII. 9.

ii) *Niceph.* XIII. 9. Ephēſi epīſcopum fuiſſe; etiam Soerates et alii conſentiunt: igitur viderint, qui non de alio cogitant, quum Bithyniae vel Cappadociae epīſcopum adpellant, apud Roſwey-dum prolegom. de vitis Patrum p. 7 et 8.

kk) *Socrates* VI. 17. *Sozom.* VIII. 19. Tripartita X. 14. *Nicephorus* XIII. 17. *Photius* cod. LIX.

ll) *Palladius* de vita Chryſoſt. p. 139. Chryſoſtomus epīſt. 14. ad Olympiadem non longe a fine.

mm) *Tillemont.* tom. XI. memor. p. 166. *Fabr.* Conf. de Heraclide *G. I. Voff.* de Hīſtoricis gr. lib. II. cap. 19. *Cauē* Hīſtor. litter. ſcriptor. ecclef. I. p. 378. ad a. 401. *Harl.*

nn) *Fabric.* in Addendis et emendandis hunc locum mutauit et legere iuſſit: „Petrus Natalis etc. qui a. Chr. 1370. ſcripſit, et a. 1382. catalogum ſctorum abſoluit, vt recte notatum in Actis Storum etc. (Contra eorum vero ſententiam, qui ad an. 1470. male referunt, vide, quae doctē diſputantur in Diario Veneto, Giornale de letterati d'Italia, tom. XVI. p. 456. ſeq. 3.) *Harl.*

oo) *Bollandus* praefat. actis ſanctor. tom. I. Ianuar. praemiſſa p. 19.

pp) Lib. XI. locor. commun. cap. 6. pag. 540. Opp.

εἰς τὸν παράδεισον τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων πατέρων. Atque in codicibus quibusdam MSS. latinis et in editione a Iacobo Fabro Stapulensi curata Paris. 1504. fol. pars historiae, qualis in aliis exstat editionibus Lausiaca Palladianae, fertur sub titulo *Paradisus Heraclidis* (9). Sed exstant quoque sub Paradisi nomine in codicibus graecis aliae aliorum Vitae et a *Rufino* versae latine, de quibus videndus *Cotelerius* tom. III. monumentor. pag. 564. seq. qui prologum et capita quaedam, ea scilicet, quae in Historiae Lausiaca editionibus desiderabantur, publicauit p. 171-184. Illud certe valde verisimiliter a viris doctis traditur, historiam Lausiacam, qualis ab Meursio graece, et pluribus etiam aucta capitibus ab Herueto latine vulgata est, non videri totam vnus scriptoris, sed ex Heraclidis Paradiso et Λαυσιακῶ Palladii, et aliis fortasse Πατερικῶν scriptoribus collectam, contextamque. *Fabr.* Cel. *Morell.* in bibl. MSt. gr. et lat. I. pag. 233. de cod. Marc. CCCXLV. continente *Theodoret*i Historiam religiosam, „Palladii, ait, Historia Lausiaca. Hanc Aloysius Lippomanus quum latine ederet, praefatione in tommum tertium Vitarum Sctorum, lectores monuit, se, num *Paradisus Heraclidis*, antea Parisiis impressus, vnum idemque opus cum *Palladii Historia* esset, dignoscere cupientem, codicis huius (Veneti) ope rem comperisse, eiusque collationem a Francisco Turriano factam sibi profuisse.“ Tum verba ipsa Lippomanni plura recitat, in quibus narrat, Turrianum, collatis cod. et edito libro, *Parad. Heracl.* reperisse, hunc eundem prorsus cum illo esse, paucis quibusdam, iisque perexigui momenti, immutatis; discrepare etiam titulum, et nuncupatoriam epistolam, quae non ab Heraclide Alexandrino, sed a Palladio, Cappadociae, (vt ait,) episcopo, licet in vtroque volumine ad Lausum scripta videretur. Conf. supra in notit. codd. Hist. Laus. et §. III. de ed. Front. Ducaei, ac paulo post, §. X. de Rosweydi vitis patrum, de appendice etc. — *Taurini* in cod. quondam regio DCLXVII. liber, qui adpellatur *Paradisus*, exceptus ex Sctorum vitis patrum ab *Heraclide*, ad Lausum. v. catal. codd. latin. Taurina. pag. 213. — Paris in bibl. publ. codd. latin. IIMCMLXXXIX. nr. 2. *Heraclidis paradisus*, duobus libris praemittitur *Paschasii*, diaconi, ad Eusebium presbyterum epistola. (v. catal. codd. latin. Paris. III. pag. 360.) — VMCCCLXXXVI. nr. 1. *Heraclidis* Cypri paradisus: siue libri II. de vitis Sctor. patrum coenobitarum et anachoretarum: insertae sunt vita 1) S. Pauli primi eremitaе, auctore S. *Hieronymo*; 2) S. Antonii; auctore S. *Athanasio* et *Euagrio* interprete; 3) S. Hilariōnis, auctore S. *Hieronymo*; 4) Malchi, monachi captiui, auctore eodem. (vid. catal. cit. IV. pag. 113.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Heraclidis paradisus*, seu vita LX. SS. patrum, bis: — in bibl. *Gemmeticensis* cod. XXIX. *Her. paradis.* exstat in adpendice ad vit. SS. patrum: — in B. S. Albini *Andegauensis* cod. XXX. *Heracl.* eremitaе Paradisus: — in bibl. monast. S. Audoeni *Rothomag.* et abbatiæ *Sauinianens.* crd. Cisterc. ac monasterii S. Michaelis in *periculo maris*, *Heracl.* liber de vitis S. S. patrum: v. *Montfaut.* bibl. bibliothecar. MSS. p. 516. A. 1214. E. 1222. B. 1239. E. 1269. B. 1343. A. et 1360. D. tum in bibl. regis Angliae, *Heraclidis Cappadocis* episc. vita SS. patrum; ib. p. 628. D. ibid. pag. 630. E. in ead. biblioth. *Heracl.* epist. ad Lausum. *Harl.*

X. Hera-

99) Vide supra §. 3.

X. *Heracidae varii, plus quam quinquaginta* <sup>rr)</sup>.

Heracides, *Aegypti* episcopi duo, qui interfuere concilio Tyrio a. C. 335. Incertum unus ne ex his quem videas memorari in concilio Sardicensi a. 347.

Heracides *Aeni*us, Thrax, qui cum fratre Pythone, Cotyn Thraciae tyrannum interfecit, Platonis discipulus. *Laert.* III. 46. [*Demosth.* contra Aristocrat. pag. 659. tom. I. ed. Reisk.] *Aristoteles* V. 10. Politic. *Philostrotus* de vita Apollonii VII. 2. pag. 280. et ad hunc notae eruditissimi Olearii. [supra, vol. III. pag. 176.]

Heracides, *Agathoclis* filius. *Polyaen.* V. 3. 4.

[P] Heracides, *Alexandrinus* siue Callatianus, cognomento Lembus. *Laert.* V. 64. Infra, in *Lembus*.

Heracides, *Alexandrinus* grammaticus ab Eustathio laudatus et fortasse ab Ammonio de different. vocum atque Etymologici magni auctore in *Δῆλος* <sup>ss)</sup>. vide *Ionsum* p. 173. Incertum, idemne Heracides Alexandrinus cuius *Περσικά ἰδιώματα* memorantur *Laertio* V. 64. [v. supra, vol. I. p. 513.]

Heracides, *architectus*, infra in Tarentino.

Heracides, *ἀστρολογημένων* scriptor. *Laert.* V. 64. [supra, vol. IV. pag. 154.]

Heracides, *Atheniensis*, infra in Hierophanta.

Heracides, *Azotensis* in Palaestina episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonensi a. C. 451.

Heracides *Bargyleites*, dialecticus, qui contra Epicurum scripsit teste *Laertio* V. 64. [supra, vol. III. p. 627.]

Heracides, *Byzantius*, Antiochi regis ad L. Scipionem legatus, de quo *Liuius* XXXVII. 34. seq. [*Polybius* ex historiis excerpt. legatt. LXXII. pag. 683. tom. II. ed. Ernest. et XXIII. ibid. p. 565. 567. sqq. add. c. CXXXVIII. et CXL. ib. p. 793. sqq.]

[Heracides *Byzantius*, alius, princeps Byzantium ciuium, qui, partibus Atheniensium fauens, vna cum Archebio, urbem suam, Lacedaemoniis tum subiectam, circ. Ol. 97. 1. in Atheniensium societatem et diuionem redegit. v. *Demosth.* orat. contra Leptin. tom. I. p. 475. ed. Reisk. f. §. 48. p. 60. sq. ed. illius orat. a *Frid. Aug. Wolfio*, V. C. cuius notam p. 280. sq. conferes, curatae docteq. illustratae. *Harl.*]

Heracides, *Callatianus* siue Alexandrinus, cognomento Lembus. *Laert.* V. 64. Infra in *Lembo*.

Heracli-

<sup>rr)</sup> Add. supra, vol. I. p. 192. sq. *Harl.*

<sup>s)</sup> *Voff.* Hist. Graec. lib. II. cap. 19. *Cassio* Hist. lit. ad a. 401.

<sup>ss)</sup> [*Heracides* in πρώτη περί κριτικῆς προσφ-

*δης* citatur ab Ammonio in N<sup>o</sup>, p. 99. ed. Valck. et p. 125. in voc. *Σταφύλη* citatur *Ἡρακλίδης ὁ ἐμπεδοκλής*, et pag. 73. in voc. *Ἰνδία* citatur ille simpliciter. *Harl.*]



Heraclides, *Clix*. v. supra vol. I. pag. 513. *Harl.*]

Heraclides, *Clazomenius*, rhapsodus. Plato, Ione extremo.

Heraclides, *Clazomenius*, dux Atheniensium, *Aeliano* XIV. 5. Var. Hist. memoratus.

Heraclides, *comicus*. *Zenobius* Centur. VI. prouerb. 34. Athenaeus. [supra, vol. II. p. 449.]

Heraclides, *Cretensis*, περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι πόλεων citatur ab Apollonio Hist. mirabil. c. 19. Sed Κρητικὸν pro Κρητικῷ legit praestantiss. Olearius p. 612. ad Philostratum.

Heraclides, *Cumanus*, rhetor, cuius Τέχνας *Laërtius* V. 64. memorat.

Heraclides, *Cumanus*, cuius παρασκευασικόν, siue de epulorum apparatu, laudat Athenaeus. Τὰ Περσικά praeter Athenaeum memorat *Laërtius* V. 64. testatus quinque libris confilisse. *Fabr.* Sed plures *Heraclides*, *medici*, vberius recensentur infra, in Elencho medicor. vett. in vol. XIII. pag. 177. sq. *Harl.*

Heraclides, *Cumanus*, alter, rhetor, cuius Τέχνας idem *Laërtius* loco laudato celebrat.

Heraclides, *Demetrii* F. discipulus Lyconis, peripatetici. *Laërt.* V. 71.

Heraclides, *dialecticus*, supra in Bargyleite.

Heraclides, *Ephesus* episcopus, a Chrysostomo ordinatus accusatusque in synodo ad Quercum a. 403. Is ipse, de quo supra §. IX. dictum. *Fabr.*

[Heraclides, siue Heraclides, *Ephesus*, medicus s. chirurgus. v. infra, vol. XII. pag. 641. med. *Harl.*]

[P] Heraclides, quem λεγυμένον siue suauem, (non *Ligurem*, vt Meursius diff. de Heraclidis tom. X. Thesauri Gronov. p. 616.) *Epigrammatum* poetam laudat *Laërtius* V. 64. Perpauca hodie Heraclidis *Sinopensis* epigrammata in Anthologia supersunt libro III. tit. 2, 3, et 22. [in *Brunch.* analect. vett. poet. gr. tom. II. p. 261. *Harl.*]

Heraclides, *Erythraeus*, Chrysermi discipulus, medicus Herophileus, qui Strabonis aetate vixit, Apollonii Muris συσχολαστής. Librum septimum de Herophili secta laudat Galenus de arte medica c. 1. qui omnia Hippocratis scripta ab eo illustrata alibi testatur. [infra, in vol. XIII. p. 177. sq.]

Heraclides, *Euphronis* F. infra in Pontico.

Heraclides, *grammaticus*. vide in Alexandrino, Heracleote, Milesio et Mopseate. [et supra, vol. I. p. 194.]

[Heraclides *Gyrtonius*, Thessalici equitatus praefectus. *Polyb.* Histor. libr. XVII. 18. t. II. p. 483. ed. Ernest. *Harl.*]

Heraclides, *Heracleotes*, Ponticus. infra in Pontico.

Heracli-

**Heraclides**, *ather*, cum aliis, qui πρὸς Ἀλυσίαν scripsit teste *Laertio* V. 63. *Arctidor*. IV. 65. *Suid.* in *Λέσχαι* et *Ἡρακλείδῃ* vbi refertur *Λέσχος* illas tribus libris genere sapphico ac phalaeo varias difficiles pertractasse quaestiones: *Heraclidem* vero cum multis alia scripsisse epica poemata, et *Didymi Alexandrini* fuisse auditorem, ad versarium *Apri* ex *Aristarchi* schola grammatici, et ludum litterarium habuisse *Romae* *Claudii* ac *Neronis* temporibus.

**Heraclides**, *Heracleensis* (τῆς αἰνῆς *Ἡρακλείας* in *Arcadia*) episcopus, qui conciliis *Ephesis* nis interfuit a. C. 431. 449. et *Chalcedonensi* a. 451.

**Heraclides**, *Herophileus*, medicus: supra in *Erythraeo*.

**Heraclides**, ex *Hicetii* schola medicus, *ιατρός τῶν ἀπὸ ἰκσείας* *Laert.* V. 64. [v. infra, in vol. XIII. p. 177.]

**Heraclides**, *hierophanta*, *Atheniensis*, cuius mentio apud *Philostratum* lib. II. de *Vitis Sophist.* p. 601. in vita *Apollonii Atheniensis*.

**Heraclides**, *Hippocratis*, pater. Vide *Stephanum Byz.* in *Κωσ.* *Suidam* in *Ἰπποκρ.* *Tzetizam* *Chiliad.* VIII. vers. 946.

**Heraclides**, *Laertius*, dictus a *λαρβουσία*, quoniam scripserat *λόγῳ*, ut docet *Laertius* V. 64. Eius *διαδοχῆ* sive *Epitomen* operis *Sotionis* de successione philosophorum sex libris compositam, et epigramen *vicarum* *Satyrni* intercidisse dolendum est. De aliis eius scriptis *Maurus* diss. de *Heraclidis* tom. X. thesauri *Gronov.* pag. 613. seq. Huius esse librum de *incredibilibus*, qui sub *Heracliti* exstat nomine, suspicabatur *Tho. Gale.* Plura de hoc *Heraclide* *Kosius* in *Hist. Graecis* et *Iosius* lib. II. c. 11. qui non multo post *Archimedem* vixisse notat. [v. supra, vol. I. p. 194. sq. et IV. p. 182. XIV.]

**Heraclides**, *Ligur* nullus. vide supra in *Epigrammatum* scriptore.

[P] **Heraclides**, *Egeius* *Adriani*, *Chresii* et *Aristoclis* auditor, *sophista*, qui scripsit *πόνε ἐγκώμιον* *laudes laboris*, teste *Philostrato* lib. II. *Sophist.* p. 618. De eius *Niceta* emendato sine *κατασκευῇ* ex eodem *Philostrato* etiam *Suidas* in *Ἡρακλείδῃ*. [vid. supra, vol. VI. pag. 130.]

**Heraclides**, *Alacedo*, pictor. *Plin.* XXXV. 2.

**Heraclides**, *Magneus*, cuius *Μαγνητικά* memorat *Laertius* V. 64.

[**Heraclides**, *Manichaeus*. v. vol. VII. p. 319. et in *Photii* narratione etc. edita ex cod. *Coislin.* CCLXX. a *Montfaut.* in bibl. *Coislin.* p. 357. med. *Harl.*]

**Heraclides**, *Mileus*, grammaticus, *Eustathio* laudatur. vide *Iosium* lib. II. c. 11. p. 173. [supra, vol. I. p. 335.]

**Heraclides**, *Mopsater* Cilix, citatus ab Athenaeo VI. p. 234. Meminit et Stephanus Byz. in *Mépsa isle*, qui grammaticum adpellat.

**Heraclides**, *Nysenus* episcopus circa a. C. 440. cuius Epistolas duas aduersus Messalianos memorat Photius cod. LII.

**Heraclides**, *Odessita*, Ponticus Thrax, historiographus. Steph. in *Ὀδησσός*.

**Heraclides**, *Oxyrinchites*, idem cum Lembo. vide Suidam.

[**Heraclides**, *Peripateticus*. v. vol. III. p. 495. *Harl.*]

**Heraclides**, *Phocænsis*, sculptor. *Laert.* V. 64.

**Heraclides**, *pictor*. Supra, in Macedone.

**Heraclides**, qui paraeneticas carmine scripsit, vide *Παραητικός* *Laertio* V. 64.

**Heraclides**, *Heracleotes Ponticus*, Euphronis F. et Platonis atque Aristotelis discipulus, de quo ad *Laertium* III. 86. seq. viri docti, Suid. in *Ἡρακλείδης*, *Mourfius* ad Chalcidum p. 10. seq. et in diss. de Heraclide tom. X. thesauri Gronou. p. 607. seq. *Vossius* de Hist. graecis p. 45. seq. et *Ionsius* lib. I. c. 17. de Scriptoribus Hist. Philosoph. Eius opus *περὶ ἀκαιοσύνης* citatur etiam ab *Eratosthene* c. 29. *Catasterism.* Virum *μυθώδη* et *πλασματικόν* vocat *Plutarchus* Camillo p. 148. ubi eius *εὐγγεσμονα περὶ ψυχῆς*, atque libro de audiendis poematibus *Ἀβαριν* illius memorans, *ἃ γὰρ μόνον*, inquit, *ταὶ Διῶπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις καὶ τὸν Ἀβαριν Ἡρακλείδης, καὶ τὸν Δύκωνα τὸν Ἀρίτωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμυγμένα μυθολογία μεθ' ἡδονῆς ἐνδυσσώσι.* *Fabr.* Conf. supra, vol. I. p. 193. sqq. ibique not. ibid. p. 513. sq. LXL. vol. III. p. 495. vol. VI. p. 369. infra, in vol. XIII. pag. 177. in elencho medicorum vet. et saepius. v. indic. h. v. De eius libro, *περὶ τῆς ἀπνεύς*, siue de exanima muliere, in vitam reuocata, v. *Bonamy* de vita Empedoclis, in *Mémoires de Littérature de l'Acad. des I. et B. L.* tom. X. et germ. vers. ab *Hissmanno*: in *Magazin für die Philosophie etc.* tom. II. p. 207. sq. add. *Buirette*: in *Mémoires* cit. tom. X. p. 197. sqq. — Per transennam memorabo codd. Heraclidum prouti deprehendi illos in catalog. MSS. nominatos. *Heraclidis Pontici* fragmenta de rebus politicis, siue de rebus publicis *Parisi* in bibl. publ. codd. MDCLVII. 7. MDCXCIII. 4. et MDCXCIV. 2. it. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIX. 5. plut. 60. et cod. XXVI. 4. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. II. p. 609. sq. (vbi is notat, initium et finem concordare cum editis gr. et lat. in Gronou. Thes. gr. antiquitt. vol. VI. p. 2821. sqq. ed. Venet. excepto capite, *Κορυθαίων* inscripto p. 2832. quod in cod. legitur *Ταραντίων*, ab edito prorsus dinersum,) et p. 686. — Ibid. in cod. VIII. 10. plut. 86. sunt dicta quaedam Heraclidis sententiae. v. *Bandin.* l. c. III. p. 319. sq. — *Sec. Montfaucon.* bibl. bibl. MSS. p. 6. C. in bibl. *Vaticana*, Heraclidis libri duo, (sic citatur opus:) — p. 498 *D. Heraclid.* de rebus poeticis, *Mediolani* in bibl. Ambros. p. 632. *A. Heraclid.* Pontici (vel potius

potius, Heracleti), allegoriae in Homerum, in bibl. regis Angliae. — *Herac.* libellus de politis, gr. et lat. ex ed. Nicol. Cragii, f. l. 1539. 4. apud Sanandream, cum Cragii libr. de republ. Lacedaemonior. Conf. Saxii Onom. lit. I. p. 82. et quos ille laudat. *Harl.*

*Heracidae* Pontici Fragmenta de rebus publicis. Edidit e codd., ex antiquis auctoribus et ex ingenio emendavit, atque commentario perpetuo primus illustravit Dr. *Georg Dav. Koeler*, Rector Gymn. Detmold. Addita est versio germanica. Hal. 1804. 8. Editor p. XV. sq. de *Herac.* Pont. aetate, vita et indole copiose disputavit.

*Heracides*, *Ponticus*, alter, [v. vol. II. p. 122.] itemque tertius, de quibus supra in *Heracleote* et *Odessita*.

*Heracides*, *pugil*. *Plutarch.* *Sympos.* p. 314. *Actian.* XII. 26. Var.

*Heracides*, *rhetor*, supra in *Cumano*.

*Heracides*, *Sorapionis* F. idem cum *Lembo*, de quo supra.

[*Heracides*, *scepticus*. v. supra, vol. III. p. 622, *Harl.*]

[P] *Heracides*, *sculptor*, supra in *Phocaënsi*.

*Heracides*, *Sinopenfis*, supra in epigrammatum scriptore.

*Heracides*, *Soranus*. Etymologicum magnum in *Ἀημῶ*.

*Heracides*, *Syracusanus*, cuius ἐψαπτονικὴν siue de re culinaria saepe laudat *Athenaeus*. Nescio, idem ne, cuius librum παρὰ Σεμμῶν citat idem XIV. p. 647. *Fabr.* In fragmento Stephani Byzantini, a *Montfauc.* in bibl. Coisl. ex cod. *Coisl.* CCXXVIII. p. 281. sqq. publicato, p. 282. ex Theopompo, libr. XL. *Heracides*, praefectus vrbi, citatur. *H.*

*Heracides*, *Tarentinus*, homo malus, qui Philippum Macedonem ex moderato rege acerbum et immanem reddidit, teste *Polybio* Excerpt. libri XIII. <sup>tt)</sup> Idem, cuius mentio apud *Aeschinem* Orat. contra Ctesiphontem <sup>uu)</sup>. *Linium* XXXI. 10. et XXXII. 5.

*Heracides*, *Tarentinus*, architectus, qui in Philippi regis, Persei patris, gratiam Rhodiorum classem accendit. *Polyaenus* V. 17. 2.

*Heracides*, *Tarentinus*, medicus empiricus, *Laert.* V. 64. Mantiae Herophilei discipulus, de quo infra libro VI. [cap. 9. vol. XIII. p. 177.] Vide sis interim *Meursium* diss. de *Heracidis* tom. X. thesauri Gronou. p. 614. seq. *Menagium* ad *Laertium* p. 227. seq. *Ionsum* lib. II. c. 11. p. 172. *Harduinum* ad *Plin.* etc. *Fabr.* Conf. supra, vol. VIII. p. 15. ibique a me adnotata: quibus add. *Lambec.* comm. VI. part. 2. p. 203. de cod.

Q<sub>2</sub>

Diosco-

tt) *Histor.* cap. I. tom. II. ed. Ernest. pag. 351. et Excerpt. ex *Polybio* de virtutibus et vitiis ex libro XVI. tom. III. pag. 52. *Harl.*]

uu) [Sed *La Croze* in epistola ad Io. Alb. Fabric. (in *Thesouro* epistol. Lacroziano, tom. III. pag. 132.) h. l. observavit ἐφ' ὅλῳ μνημονίῳ, et

„*Heracides*, ait, ille, cuius *Aeschines* meminit orat. contra Ctesiphont. is esse non potest, de quo *Linii* et *Polybius*, neque id patitur ratio temporum, quum prior sub Philippo, patre Alexandri floruerit, posterior sub Philippo, patre Persei, ultimi Macedonum regis.“ *Harl.*]

Dioscoridis cæsareo V. in quo inter imagines XIV. illustrium vett. medicorum græcorum est quoque imago *Heraclides Tarentini*. [Harl.]

[Heraclides, trapezita. *Demosth.* in Περὶ γεραιῶν πρὸς Ἀπαύγειον, p. 894, tom. II. edit. Reisk. et in orat. adu. Olympiodor. ibid. p. 1171. Harl.]

Heraclides, *Tarsensis*, stoicus, Antipatri discipulus in patria. *Laert.* VII. 121. *Suid.* in Ἀμπλάκημα. [supra, vol. III. p. 364.]

Heraclides, *Tyrinaeus*. Etymolog. magnum in Τέχνη.

Heraclides, *Thyatirens*, tragædus. *Artemidor.* IV. 94.

Heraclides, *Thyneos* Aegypti episc. qui concilio Ephesino a. C. 431. interfuit.

Heraclides, episcopus *Tituensis*, in Pamphylia, qui interfuit concilio CPol. a. 381.

Omitto dicere de *Heraclidis*, Herculis posteris eorumque inter Græcos gloria et rebus gestis, de quibus iuuabit consulere *Meursium* de regno Laconico cap. 7. (tom. V. thesauri Gronou.) et Bacheti Meziriaci animaduersiones reculas in Belgio, [Hagae Comit. 1716. 8. tom. II. p. 365. sqq.] quibus epistolæ Ouidii erudite illustrauit.

II. IOANNES MOSCHVS \*) cognomento Εὐκρατῆς \*\*), (vnde corruptum *Eucratæ* vel *Eurati* nomen concinnauere alii,) monasticam vitam in coenobio S. Theodosii \*\*) Hierosolymis et in deserto ad Iordanem et in noua S. Sabae laura coluit, Κανονάρχης siue præcentoris etiam officio functus, vt ipse testatur cap. 50. Hic post visitata temporibus Tiberij et Mauritij imperatorum \*\*) per longinquam peregrinationem quam plurima Syriæ et Aegypti atque Occidentis etiam monasteria, animum ad scribendum adpulit, notissimumque illum librum de vitis monachorum illius ætatis vsque ad Heraclium \*\*) tempora fabulosis

not

υυ) Ἰωάννης μὲν ὄνομα αὐτοῦ, ἢ Ἰουλιανὸς δὲ ἐκλήθη ὁ τῆς Μόσχας. Photius cod. CXCIX. Sic Io. Moschi, dicendus esset; sed Io. Moschus dicitur, vt Apollonius Molo, Athenodorus Sandon, Apion Eristonices, Herodes Atticus, pro Attici, Plistonice, Sandonis, Molonis. Vide *Valesium* ad *Asymian.* XIV. 8. Non igitur credibile est, quod Rosweidus prolegom. 12. in Vitas Patrum, Moschum a natione ita dictum suspicatur. Ioannis nomen solum scriptor ipse exprimit c. 77. Dixit ἡ ἰκὴ Sophronius: vere, Abba Ioannes, hodie nihil ultra studeamus. Haec et scripsimus, ut et vos pariter ædificemini. Fabr. Conf. de illo G. J. Voss. de Hist. gr. II. c. 25. p. 220. *Causa* in SS. eccles. hist. littér. I. p. 381. sq. L. Ell. de Pin. nou. biblioth. tom. VI. pag. 17. R. Celler Hist. gen. des aut. eccles. tom. XXVII. pag. 610.

Hamberg. zuverläss. Nachrichten. III. p. 469. sqq. Saxius in Quom. lit. II. p. 67. sq. qui eum, duce Photio, nominat Ioannem Moschi scil. filium. Harl.

ωω) Apud *Cotelrium* tom. II. Montment p. 341. Ἰωάννη τῆς Εὐκρατῆς βιβλος ἡ περὶ μοναχικῆς ζωῆς. [et ita ab ipso Caueo, l. c.] Confer *Cotelarii* notas p. 655. et tom. I. p. 795.

xx) Photius Cod. CXCIX.

yy) Vide Moschum in prato cap. 112. 127. 155. Photium ibid.

zz) Photius Cod. CXCVIII.

non destitutum narrationibus, composuit ad *Sophronium* sophistam, discipulum \*) et itinerum comitem, (deinde patriarcham Hierosolymitanum,) quem *ιερόν και πισόν τέκνον* adpellat in praefat. et fratrem c. 92. et 135. atque abbatem fratrem c. 102. meminitque iterum cap. 21. 69. 110. 111. 113. 157. 162. et 77. vbi Stephanum sophistam cum illo frequentasse se testatur. Passim inuehitur in haeresin Seueri Acephali, neque abnuitt, se profecisse ex aliorum scriptis, quae ante illud tempus de monachorum vita et gestis exstabant. Sic capite 55. laudat *βιβλίον γεροντικόν*, et cap. 112. *Και ἀναγινώσκόντων ἡμῶν εἰς τὸ παραδείσιν τὰ ἀποφθίγματα τῶν ἁγίων πατέρων*. Diem obiisse supremum a. C. 620. a Ioanne Bollandio adnotatum reperi.

Titulus libri: *Pratum, viridarium, nouus paradysus, λαμῶν seu λεμωνάριον et ἡὸς παράδεισος siue νέον παραδείσων* \*). In editis codicibus absoluitur capitibus CCXIX.

Q 3

quum

a) *Photius*: τὸ παρὶν σύνταγμα γραφὰ καὶ προφωτὰ Σωφρονίου ἢ Σωφρονίου τῷ οἰκίῳ μαθητῇ καὶ ἑχρίζῃ αὐτῷ τὰ τοῦ τῆς βίβλου μύθων ἐξήγησιν πρὸς τὰ ἁμῶνα προτεταμένους μεταβολῇ. *Ioannes Antiochenus* a Cotelierio ed. in tom. I. monument. p. 167. ἢ τῷ ὁρίῳ Ἰωάννῃ πρὸς τὸν μαθητῇ Σωφρόνιον, ἥτοι ὁ νέος παράδεισος. Neuter *Sophronium* illum monet fuisse eundem cum patriarcha Hierosol. Nihilominus eundem esse non dubitarunt Patres secundae Nicaenae synodi, Io. Damascenus et Nicephorus, sed qui *Sophronio* ipsi *λαμῶναριον* perperam velut auctori tribuunt, vt mox infra dicetur.

b) *Cotelierius* tom. I. monument. p. 748. *Lambecius* VIII. p. 399. *Fabr.* De cod. caesar. XLIII. 2. p. 344. sqq. ed. Kollar. Ille autem cod. duplicem habet praefationem: prior continet vitam Io. Moschi, ab anonymo conscriptam; posterior autem est ipsius Io. Moschi ad *Sophronium*. In eod. vol. pag. 815. seq. *Lambec.* recensuit cod. XXXVIII. in quo est nr. 24. ex *Io. Moschi* Limonario cap. 78. continens narrationem stupendi miraculi [seu mirae fabulae Milesiae,] puellae mortuae, quae exspoliatores suos detinuit, nec cum relaxare voluit, donec is promitteret, se monachum futurum. Inscriptio et principium est: *παρὶ τῷ τυμβωρὶ λόγος ἀφίλιμος ἐν τῷ Γεροντικῷ* etc. Add. in eod. vol. p. 576. notam *Lambec.* quoadtulit testimonium Leontii de Moscho et *Sophronio*, auctoribus prae spiritualis. — In eod. CLXV. nr. 21. et 22. duae narrationes ex *Io. Moschi* prato spirituali; excusae in *Herib. Rosweidii* vitis patrum, ed. Antwerp. 1628. fol.

p. 866. et 815. — fragmenta quaedam, in cod. caesar. CLXVI. 1. — Excerpta ex eo, in *Ioannis* patriarchae Antioch. eclogis asceticis, in cod. CCXLI. 1. v. *Lambec.* IV. p. 385. et 387. vol. V. p. 222. sqq. — *Florentiae* in bibl. Laur. cod. III. nr. 4. *Ioannis* τῷ *Εὐκράτῃ* pratum spirituale: in quo cod. enarratio diuiditur in capita CCC. Sed codex nonnulla capita, quae sub vno tantum numero in editione comprehenduntur, in plura subdivisit, obseruante *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 471. — In eod. cod. nr. 6. (et in cod. *Coislin.* CCXXXII. teste *Montf.* in bibl. Coisl. p. 295.) est *nouus Paradysus D. Daniel. Scythiae.* v. *Bandin.* l. c. — *Venetis* in cod. Naniano XLII. 5. *Io. Moschi* Limonarium, quod in hoc cod. constat capp. CLXV. v. cat. codd. graec. Naniano. p. 52. sq. in eod. cod. nr. 4. *Palladii* opus dicitur *nouus Paradysus.* vid. supra in notit. codd. *Palladii* Lausiac. hist. — *Taurini* in cod. quondam regio C. sine nomine quidem auctoris, Io. Moschi Limonarium: inc. ἀρχὴ τῶν δαγγήτων. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 187. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CMXVI. nr. 2. *Io. Moschi* pratum spirituale: primum tamen folium desideratur: idem in cod. MDCV. 2. et in cod. *Coislin.* CCLVII. v. *Montfaut.* bibl. Coisl. p. 504.) in *Paris.* cod. MDXCIX. 2. *Io. Eucratae* spirit. pratum: deest autem finis. — in cod. MMDCCXXXI. 8. *Io. Moschi* oratio funebris inedita, in laudem Lucae Notaræ, magni Ducis. — in cod. *Coisl.* CCCLXX. sine auctoris nomine, centum et quinque capp. spiritualia, quorum maxima pars deest initio. v. *Montf.* bibl. Coisl. p. 573. sq. *Harl.*

quum Photius CCCIV. διηγῆμασι constantem legerit. Sed idem testatur, sua iam aetate fuisse codices alios [P] aliis auctiores \*), et in nonnullis διηγῆματα siue narrationum capita CCCXLII. In margine codicis MS. Margunii vocatur πατερισμὸν. Vide *Resvidum* p. 20, prolegomenon ad Vitas Patrum.

Prodiit primum typis exscriptus *italicus*, nescio quo interprete. cuius editionis Lipomani facit mentionem. *Fabr. Fossus* in cat. bibl. Magliabech. tom. II. col. 817. sq. recensuit opus: *Vitae SS. patrum*; italice Vicentiae 1479. fol. min. pars prima adscribitur Hieronymo; secunda Eradio; tertia Io. Monacho; quarta Leontio, episcopo Neapoleos in Cypro; quinta Theophilo, Sergio et Elchino: quibus additur *Pratum spirituale Ioannis Eustrati* ad Sophronium, ex latino Ambrosii Camaldulensis italice redditum a Feo Belcario etc. tum aliam edit. Venetiis 1488. fol. min. (et Venet. 1634. 4. v. *Paiton*. l. c. pag. 139. sq.) col. 818. sq. partim vberius recensuit. — *Paitoni* in Bibliotheca degli Autori antich. gr. e lat. volgarizz. tom. II. sub voc. *S. Girolamo* p. 135. sqq. multas Hieron. vitarum SS. patrum versiones enumerat italicas, quarum multis addita est versio *Prati spiritualis* italica, (col *Prato spirituale*, riscontrate col latino et in lingua Toscana ridotte etc.) Venet. 1542. fol. (in exemplaris sine notatam fuisse edit. primam 1475. monet Paiton.) — ibid. 1557. fol. — 1565. 4. — 1568. 4. — 1569. fol. — 1579. 4. — col *Prato fiorito*. Venet. 1580. 4. — correct. a Io. Mar. *Verdizotti*, ibid. 1585. 4. — emendat. ibid. 1589. 4. — 1605. 4. — Bresciae 1619. 4. Venet. 1620. 4. — col *Prato spirituale*, di nuouo in questa vltima impressione correcte et emendate — il *Paradiso* etc. Venet. 1623. 4. — 1668. 1672. 1678. 4. Florent. 1731. 4. in tom. II. curante *Domenico Maria Manni*, qui apud Paiton. p. 141. adnotauit, ab *Ambrosio Camaldulensi* e graeco in latinum sermonem translatum fuisse *Pratum spirituale*, a. 1422. *Harl.*

Deinde latine ex *Ambrosii* Camaldulensis interpretatione, in tomo septimo *Alouysi Lipomani*, Venet. 1558. 4. Et inde recusus seorsim Coloniae 1583. et plus simplici vice in Bibliothecis Patrum. Idem libri decimi locum occupat in vitis patrum *Heriberti Roswidi*, qui etiam notas breues addidit, Antwerp. 1615. Lugd. 1617. Antwerp. 1628. fol.

*Graece* et latine denique lucem vidit in auctario Bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. II. p. 1057. et in Bibliotheca patrum Paris. a. 1644. 1654. tom. XIII. Sed graeca plurimis capitibus

c) Phot. καὶ τὰ διηγῆματα δὲ ἐκ τῶν ἑνὸς ἀρχόντων ἐν πᾶσι εὐρέσαι τοῖς βιβλίοις διασσεσμένον. καὶ ἡ τῶν καὶ αἱ δύο καὶ τριμύνην καὶ τριμύνην διηγήματα. τὸ μὲν ἐν τῷ κεφαλῶν ἐπὶ διακρίσει τῶν ἀρχόντων συνταχόμενα, τὸ δὲ καὶ διηγῆμάτων ἑνὸς ἑνὸς ἀρχόντου. Mentio huius operis etiam in quaestionibus Anastasii qv. 60. p. 398. vbi locus adfertur in τῷ λαμναίῳ. Praeterea in vita Gregorii M. scripta a Ioanne Diacono circa a. 872. et apud Surium 12. Martii obuia, lib. II. c. 45. *Nihilominus ex libro qui a Graecis λαμνὸν dicitur,*

a. Latinis vero intelligitur Campus vel Pratum, praeceptor meus inter alia toto orbe diffamata iam miracula interpretatus est mihi scribens: Enarrauit nobis presbyter nomine Petrus, de S. Gregorio etc. ex Moschi cap. 192. Et lib. IV. cap. 63. Sed ne solis verbis tanti praesulis humilitas inculcari credatur, superest, ut Graecorum relationibus ad me nuper interpretatis eadem patris humilitas vniuersis operibus demonstretur. In quibus videlicet ita refertur: Enarrauit nobis abbas Ioannes Persa etc. ex Moschi cap. 151.

capitibus \*) trunca, ex MSS. codicibus, vno bibl. regiae, MMCCCCLXIV. et tribus Colbertinis supplēuit Io. Baptista Cotelerius, supplementaque illa graece et latine vulgavit Paris. 1681. 4. tom. II. monumentor. Ecclesiae graecae p. 341-456.

[P] *Paschasius Auriacus* (d'Orange) ordinis minorum lector in Conuentu Insulensi non latine vertit Moschi pratum, (vt Possennius tom. II. Apparatus S. p. 426. tradit,) sed gallice, quae eius versio prodit Louanii a. 1599. Vide *Suicerii* Athenas Belgicas p. 592.

[Io. Moschi] Historiolam de Synesio episcopo, et Euagrio philosopho, ex cod. Barocciano bibl. Bodleianae, gr. et lat. edidit Car. Christ. Woog. Lips. 1758. 4. v. Saxii Onom. lit. I. p. 468. et II. p. 68. Harl.]

XII. Postquam Palladii Lausiacam celebravit *Nicephorus VIII.* 41. Hist. subiungit: *Ἐκ τῆς δὲ καὶ Σωφρονίου ὁ ἱεροσολύμων καὶ αἰγὰν ἱστορίαν περὶ τέτων (μοναχῶν) ἡμῶν καὶ πατέλεσεν, λειμῶνα καὶ γένον παρὰ δέξιν τὴν συγγράφην ὀνομάσας. Locupletem quoque et utilem de eis (monachis) historiam SOPHRONIVS Hierosolymitanus nobis reliquit, Prati et vni Paradisi titulo, scripto ei indito.* Intelligit itaque Sophronium, qui in patriarchatu Hierosolymitano successit a. C. 629. Modesto, et a. 638. diem obiit, de cuius vita confusendus *Papebrochius* in Actis Sanctor. ad XI. Martii tom. II. p. 65. seq. vt dixi volumine superiore octavo p. 199. seq. [f. vol. IX. p. 167. sq. nr. 17. nostrae edit.] quum illius scripta persequeretur. *Ioannes Damascenus* lib. I. pro imaginibus p. 328. adfert locum ἐκ τῆς λειμῶνα καὶ αἰγῆς Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, eundemque repetit lib. II. p. 344. et lib. III. p. 352. In synodo secunda Nicaena a. C. 787. celebrata Actione IV. tom. III. concil. edit. Binianae adfertur idem locus τῆς ἐν αἰγῆς Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἐκ τῆς λειμῶνα καὶ αἰγῆς. Et alii tres, actione V. p. 614. seq. ἐκ τῆς λειμῶνα καὶ αἰγῆς. Quum eadem iisdem verbis in prato Ioannis Moschi legantur, satis adparet Sophronium patriarcham Hierosolym. eundem esse cum Sophronio Ioannis Moschi discipulo, cui pratum ille suum inscripsit: deinde illam de monachis historiam, quam Io. Moschus scripserat, tributam fuisse ab aliquibus Sophronio \*) tamquam auctori, non modo, quoniam Io. Moschi magistri sui iterum operisque socius exstitit, sed insuper, quia Sophronius hoc opus publicum fecit, vt ex prologo graeco, qui operi praefixus est, notauit *Michaël le Quien* ad Damascen. tom. I. pag. 328. [add. supra, vol. VIII. p. 90. med.]

XIII. Anonymi ἀνδρῶν αἰγῶν βιβλος, de vita ac virtute sanctorum, liber lectus olim Photio Cod. CXCVIII. digestus fuit in capita XXII. et sub singulis, totidem veluti titulis virtutum, varias narrationes ex magno λειμῶνα καὶ αἰγῆς siue viridario sanctorum excerptas exhibuit.

d) Defunt capita 3. 7. 9. 16. 17. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 28. vsque ad 42. 44. 51. 59. 61. 62. 74. 75. 76. 82. 83. 84. 86. 87. 90. 92. 93. 94. 96. 100. 102. 103. 104. 106. 109. 110. 111. 115. 117. 120. 121. 122. 124. 126. 128. 130. 131. 132. 137. 138. 139. 140. 144. 146. 147. 148. 151. 152. 153. 154. 157. 168. 169. 170. 171. 172. 178. 179. 180. 191. 202.

vsque ad 206. 208. 209. 211. vsque ad 219. et pars capitum 8. 18. 57. 69. 105. 127. 156. 163. 197.

e) Confer *Rob. Coci* censuram scriptorum pag. 423. seq. et *Aloysii Lipomanni* praefat. ad Moschum.



exhibuit. Capitis ultimi loco fuere sententiae *Hesychii* presbyteri Hierosolymitani, quales ad Theodulum exstant ducentae<sup>7)</sup>, cum Io. Pici versione editae Paris. 1638. 8., et in auctuario Ducaeano Bibliothecae Patrum Paris. 1624. [P] tom. I. p. 985. nec non in Bibliotheca Patrum edit. Morellianae Paris. 1654. tomo XI. Priora capita sedecim exstant latine interprete *Pelagio*, diacono Romano, in vitis Patrum Herib. Rosweidi, libro quinto. Capita XVII. XVIII. XIX. XX. ex *Ioannis* subdiaconi romani interpretatione in iisdem vitis librum sextum occupant. Pelagio et Ioanni versionem illam Rosweidus vindicavit ex Sigeberti cap. 115. seq. de script. eccles. Neque repugno, si quis Pelagium hunc putet esse eum, qui episcopus Romanus fuit ab a. 556. ad 561.: Iohannem vero, qui tertius illo nomine eiusdem ecclesiae sedem tenuit ab a. 561. ad 574. Caput XXI. videtur esse, quod in iisdem vitis patrum apud Rosweidum libro septimo cap. 44. ex Paschalii diaconi romani versione inscribitur *de meditationibus duodecim anachoretarum*, et Rosweidus ex codice bibl. Augustanae, cuius apographum ab Hoefchelio acceperat, in notis p. 521. seq. graece subiunxit, hoc titulo: *διηγ-  
σις ἱβ πατέρων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντων περὶ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων*. Photius adpel-  
lat *διαλέξεις γερόντων περὶ λογισμῶν πρὸς ἀλλήλους*. Fronto Ducaeus in limine notarum ad Lausiacam Palladii testatur, in antiquo membranaceo libro Mediceo et in altero chartaeo regis Francisci I. praemisso Lausiacae Historiae textui centum et trium capitum a Meursio editae adnexum alium librum in triginta diuisum capita titulo praefixo, in priori quidem isto: *Τὸ το βιβλίον λέγεται παρὰ δεισος*. *Βίος τῶ Ἀββᾶ Ἰωάννη τῷ Θηβαίῳ τῷ ἐν Λαύσιᾳ* etc. In posteriori vero, isto: *ἡ κατὰ Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία, εὐλογητὲς ὁ Θεὸς* et subiectam praefationem, cuius interpretatio latina librum secundum de vitis patrum Rufino adtributum antecedit: *Benedictus DEVS, qui vult omnes homines saluos fieri*. Sed insignita illa capita latinae editioni Lausiacae ab Herueto curatae inserta, et in graeco-latino Ducaei Palladio vtraque lingua repraesentata sunt.

XIV. Non dubium est, multa eiusmodi olim existisse volumina, quae iam sub *μοναχικῶν*, iam sub *γεροντικῶν*, iam sub *πατερικῶν* titulo memorari video, saepius descripta et frequentibus monasteriorum vlibus trita, in quibus ad mensam illa legi et *ἀναγνώσεως* et *τῶ πατερικῶ* vsurpari consueverunt, ut vel ex Typico Sabae cap. 8. notum, et iam observavit Cangius. *Εἰς δὲ τὴν τράπεζαν ὅλον τὸν χρόνον Πατερικὰ ἀναγινώσκονται*. Multa horum periisse accidit non solum negligentia hominum, temporisque longitudine, sed etiam iniuria

7) [*Hesychii* presbyteri ad Theodulum λόγος *ἀναφελὲς περὶ τῆς αἰσῆς καὶ ἀρετῆς τοῦ ἀνθρώπου*, sine centuriae duae sententiarum asceticarum, τὰ λεγόμενα ἀντιρρητικά καὶ εὐκτικά in: *Τῶν ἁγίων πατέρων, Μάρκα ἐρημίτη καὶ ἀσκητῆ Νικολάε, καὶ Πανχρίστου πρεσβυτέρου, τὰ ἐκ μυστικῶν συγγράμματα*, gt. ex bibl. reg. Paris. typis regis ap. Guil. Morellum 1563. 8. v. *Fabric.* infra in vol. XIII. p. 753. vbi idem animaduertit, eadem Marci, Nicolai et *Hesychii* opuscula latine ex versione Io. Pici, classum inquisitoriarum in Senatu Paris.

praefidis excusa esse separatim cod. anno 1563. Paris. ap. Audouenum Paruum, et existare quoque latine ex Pici versione, in Bibl. patrum edit. Lugd. tom. V. et XII. Ibidem scripsit, existare gr. et lat. in Bibl. patrum Morelliana a. 1644. At *Ittig* de biblioth. patrum p. 106. se, profitemur, illam editionem non vidisse; contra copiose recenset edit. 1654. at p. 136. observat, in tom. XI. sin. inesse *Hesychii* presbyteri, ad Theodulum, sermonem compendiosum animae perutilem, Pico interprete. *Harl.*

inipria, vt de Constantino Copronymo narrat Theophanes et Cedrenus, omnes eiusmodi libros flammis ab ipso datos, fortasse quod nonnulla etiam in ipsum et factionem [P.] eius iactata patrum dicta continerent. "Ὅσα δὲ εὗρον μοναχικὰ καὶ πατερικὰ βιβλία, πυρὶ κατέκαυσεν". Tulerunt tamen nonnulla aetatem, exstantque tam in codicibus MSS. quam in libris editis. Huc enim pertinent praeter βιβλῆς τῶν πατέρων, quas iam memoravi, ampla et insignis collectio, quam *Apophthegmata patrum* inscripsit graeceque e codice regio MMCCCLXVI. edidit cum latina versione sua Io. Baptista Cotelerius tom. I. ecclesiae graecae monument. p. 338-712. Paris. 1677. 4. Lectu minime indignam hanc de αἰσθήσεως dictis et factis patrum ἐκλογὴν profiteor, licet frigida nonnulla in illis et absona possint lectoribus sanis merito videri. Sed alia in iisdem cogitata sunt egregie, verissimeque pronunciata, suscepta pie, facta prudenter. Breuiorem eiusmodi de sententiis patrum eremitarum συναγωγὴν ex γεροντικῇ aliquo excerptam habes latine in *S. Patri Coelestini* papae quinti Opusculo quinto, tomo V. Bibliothecae patrum edit. Lugd. p. 802-813. In bibliotheca Segueriana, quae hodie Coislinitiana est, plura eiusmodi γεροντικῆς patrum sententias complectentia, (quale laudatur a Io. Moscho c. 55. et 212.) exstant manu exarata graece, vt constat ex catalogo eius codicum graecorum *Montfauconiano* p. 111. et 197. sqq. de Niconis collectionis etc. p. 200. 294. seq. 414. cod. CCXCVII. <sup>b)</sup> Ne de vitis patrum in illa bibl. dicam, praeter

g) [conf. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 471. sq. p. 506. nr. 29. II. p. 309. nr. XI. et in aliis bibl. atque codd. multis sunt eiusmodi collectiones. *Harl.*]

h) Patericum, *Mosquae* in cod. synod. XI. v. *Matthaei* notit. codd. gr. bibl. Mosquens. tom. I. p. 27. ed. Lips. in 8. et p. 15. sqq. ed. Mosq. 1776. in fol. vbi copiosius recensetur ille codex. — *Venetiis* in bibl. *Nanianae* cod. XCIII. geronticum quoddam; cod. XCVII. Geronticum et *apophthegmata* patrum, disposita ordine alphabetico; cod. XCIX. CI. CII. CIII. Sylloge ἐκ τῶν γεροντικῶν λόγων, καὶ ἐκ διαφόρων ἐκείνων βιβλίων. cod. CXIII. pars Gerontici, vel prati spiritualis; CXIV. a. fragmenta ex Gerontico. — CLXI. ex Gerontico asceticaeque narrationes et capita; e seniorum sententiis contextum opus: de quibus plura exposuit (Mingarellius) in catal. codd. gr. apud Nanios, Patricios p. 182. sq. 189. sq. 199. sq. 201. sq. 229. sq. 231. et 361. sq. — In bibl. Bodlei, in cod. *Barocc.* XII. — CXCVII. excerpta ex Gerontico, — ib. in cod. *Cromwell.* CVII. 17. f. nr. 286. cat. codd. Angliae etc. I. excerpta, f. responsa varia patrum; in cod. CXL f. nr. 290. cat. sunt varia ascetica, in his nr. 33. collectanea ex Gerontico, et cod. CXVI. 6. f. nr. 295. cat. narratio ex Gerontico: — quaedam ex illo, in *Th. Gale* cod. LXXXIV. et LXXXVIII. siue nr. 5918. ac

5922. cat. etc. tom. II. — *Romas* in cod. Ottobon. Geronticum, v. *Montf.* bibl. bibliothecar. MSS. p. 184. B. nr. 25. — *Vindobon.* in cod. caesar. XIX. opinante *Kollario* ad Lambec. comment. III. col. 89. — in cod. CCXXV. 19. fragmenta quaedam ascetica miscellanea ἐκ τῶν πατερικῶν, v. *Lambec.* V. p. 181. In eodem vol. alii recensentur codd. qui continent communes anonymorum locos asceticos, ex variorum patrum operibus collectos, e. g. cod. CCXLII. (p. 230. sqq.) CCL. (p. 324. sqq.) — Io. patriarchae Antiocheni eclogae asceticas, cod. CCXLI. (p. 221. sqq. vbi etiam vid. not. Kollar.) — anonymi apophthegmata et monita ascetica miscellanea ex vitis patrum collecta, cod. CCXXXVII. 24. et CCXXXVIII. 4. (p. 196. et 204. coll. vitis patrum ab Heriberto Rosweydo lat. editis, pag. 623.) — in cod. XXXII. narratio quaedam de sene quodam ex Paterico, v. *Lambec.* VIII. pag. 744. sq. vbi Kollar. in not. A. laudat *Causi* diss. de Paterico Geronticoque primam Scriptorum eccles. historiae litter. subiectam, p. 25. et 35. — Add. *Nessel.* catal. bibl. caesar. Vindob. part. V. pag. 32. de cod. IX. p. 81. sq. de codd. XLII. et XLIV. — *Parisi.* in bibl. publ. sunt in decem codd. loci communes, et in XLIV. codd. collecta et excerpta ex Gerontico et alia apophthegmata et alia ascetica. v. cat. codd. Par. regg. vol. II. indic. p. XII. *Harl.*

praeter rem tributis S. Hieronymo \*) nec dinerfis ab iis, quas sub Palladii nomine habemus  
Vide eundem catalogum p. 138. 139.

XV. IO. GEOMETRA, quem ante annos sexcentos vel septingentos vixisse opinabatur Franciscus Combesius in notitia scriptorum tomo primo Bibliothecae Concionatoriae praemissa; Παράδεισον νέον nouum *Paradisum* inscripsit vnde centum tetrasticha sua, quibus dicta et facta celebrat SS. Affectarum *Achillae, Agathonis, Apollinis, Antonii, Arsenii, Asonis, Bessarionis, Carinonis, Esaiæ, Eutropii, Helladii, Heliodori* (al. *Isidori*), *Lucii, Matoris, Miltiadis, Pioris, Pittaci, Pityrionis, Simonis, Sisois, Theonis et Zenonis*. Primum tetrastichon cum Fed. Morelli metaphrasi adscribam:

Ἀνθεμόεος Παράδεισος ὁ τῶν ἀγίων Χορὸς ἐστίν  
Ὀδμῆς ἡδεῖης πείρατα πιμπλάμενος.  
Πᾶς ἐν ὧς πράττεσθαι ἐπεπλήγει φίλον ἥτορ,  
Δευρ' ἴτω ἀμβροσίης ἀνδρα δρεψόμενος.

[P] *Sanctorum coetus vere est Paradisus amoenus  
Vnde animis afflat suavis et plenus odor.  
Ergo cui affectu sunt pectora laesa profano  
Huc veniat, florem carpat et ambrosium.*

Graece separatim et separatim latine vulgavit Morellus Paris. 1595. 8. Graece et latine cum aliis quibusdam Geometrae hymnis recusis est hic nouus Paradisus in auctario Ducacano tomo II. Paris. 1624. et in tomo XIV. Bibliothecae patrum edit. Paris. 1644. 1654. fol. De alijs eius scriptis dixi Volumine septimo pag. 715. seq. *Fabr.* Siue vol. VIII. p. 625. sqq. nou. edit. vbi nonnulla de illo adieci. *Harl.*

MAXIMVS MARGVNIVS, Cytherorum episcopus, varijs scriptis editis sub decimi sexti septimique saeculi confinia clarus, nouum et ipse pratum de sanctorum vitis dictisque lingua graecobarbara condidit, νέον λειμωνάριον, quod Venetijs, vt puto, editum necdum vidi. Citatur a Nic. Comneno Papadopoli in praenotionibus myslagogicis p. 37. qui p. 14. 25. et alibi etiam notas eius in Simeonis Metaphrastae vitas sanctorum commemorat. Ceterum est mihi

\*) Confer, quae de alijs vitis patrum S. Hieronymo tributis in codice Colbertino, et partim graece versis ex iis, quae de Hilarione, Malcho, Panto cremita Hieronymus latine scripserat, dixi Volumine VIII. p. 376. [vol. IX. p. 296. sq. nostrae edit.] nec non de Ioannis Cassiani Collationibus patrum, (cuius Epitomen Graecam legisse se Pho ius cod. CXCVII. testatur,) Volumine VII. p. 552. *Fabr.* [siue vol. VIII. p. 452.

sqq. ed. nostrae. conf. *Fossi* catal. bibl. Magliabech. tom. II. col. 816. sqq. de *Hieronymi* etc. vitis patrum, Venet. 1483. 4. min. et s. loci ac typographi notitia 1483. fol. min. ac *Freytag*. in *Adparatu litter.* tom. II. p. 1140. sqq. vbi copiose recenset ed. Noriberg. per Ant. Coburger, 1478. fol. quae inter edd. Operis, quarum Rosweyd. in prolegg. in vitas patrum p. 30. sqq. viginti numerat, ordine haec quarta est. *Harl.*]

mihi ad mantus liber alius eiusdem Margunli exonsus Venetijs apud Antonium Pinellum et emendatus a Theophylacto hierodiano *Τασηφύλακτο*, a. 1630. 4. <sup>4)</sup> hoc titulo: *Βίος ἁγίων ἐκ τῆς ἐλληνικῆς γλώττης ἥτοι ἐκ τῶν συναξαρίων μεταφρασθέντες παρὰ Μαξίμου ταπεινῆ ἐπισκόπου Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν*. Volumen est foliorum 344. ordine mensium succincte persequens memorias Sanctorum vitasque, quae singulis diebus in ecclesiae graecae Menologiis ac Menaeis recoluntur. Huic adnexus est alius liber, nescio a quo collectus, atque graeca lingua vulgati expositus, at ab eodem Theophylacto emendatus, excususque apud eundem Pinellum Venet. 1628. 4. in qua narrationes prolixiores XIX. de vitis Sanctorum sub nomine totidem Homiliarum continentur. Titulus est: *βιβλίον ὀνομαζόμενον νέος Θεσαυρός*. pag. 380. *Fabr.* *Βίος ἁγίων*. Venet. 1603. 4. et 1621. 4. (v. bibl. *Bodlei.* libr. impressor. II. pag. 141. et catal. bibl. Barber. II. pag. 26.) — Conf. supra, vol. IX. pag. 679. inprimis infra, vol. X. pag. 536. sqq. vet. ed. vbi plura de eo dicantur. *Bayle* Dictionnaire, tom. III. voc. (Maximus) *Margunius*, Evêque de Cythere. *Saxii* Onomast. liter. part. IV. pag. 22. seq. Per hanc occasionem addere liceat ea, quae *Villoison*, vir immortalis memoriae, per litteras olim me docuit. Postquam adnotavit, monachos, quando vitae monasticae se consecrant, solere nomina sua mutare, sed ea adsumere, quorum prima littera eadem sit, a qua nomen patris s. stirpis inceptit: ita pergit: „*Maffei* avoit fait cette observation judicieuse dans la savante Lettre al P. Abbate Bacchini sopra i frammenti greci dati in luce, nel tomo XVI. del Giornale de' Letterati d'Italia, e ristampati in Olanda col nome di S. Ireneo, p. 301. de ses *Rims et prose*, parte raccolte da varj libri, e parte non piu stampate, in Venezia 1719. 4. où il releve à cette occasion une erreur de Fabricius, qui avoit fait deux personnages du même *Margunio*, fameuse Evêque de Cerigo: *Un mio Codice*, *contente quantita di lettere greche, del decimo sesto secolo, e fra queste, 16. del Margunio, altre col nome di Manuele, altre di Massimo, che esse prese nell'esser fatto da' suoi Vestovo di Citera, benchè il dottissimo Fabricio, Bibl. graec. vol. VI. (l. secundum nostram edit. nou. vol. VIII. p. 98.)* <sup>1)</sup> *gli creda due personaggi. Mutan nomen i moderni greci, quando passano a dignita Episcopale, con avvertenza che il novamente preso cominci dall' istessa lettera. Così Manoli, ch'è il volgare, (les Grecs moderne disent Manoli au lieu de Manuel,) passò qui in Massimo, come altre volte Giorgio in Gennadio, e Theodosio in Teofilo. Note. Di costui si hanno nel corpo de' Poeti greci, gl' inni Anacreontici, (donnés sous le titre de Maximi Margunii, episcopi Cytherorum, hymni Anacreontici, cum interpretatione latina Conradi Rittershusii, gr. lat. Augustae 1601. in 12.) e si hanno i Sermoni quadragesimali, e qualche Epistola e un dialogo, che scrive però l' Allacci nell' operetta volgare, (de Processione spiritus Sti p. 252.) ἔδεν εἶναι τῷ Μαργυνίῳ, minime Margunii esse, ma di lui rubato; oltre molte cose scritte contra i Latini. Praeterea Villoison plura ex Maffei epistola excerpterat, quae suo loco referam. — Ed. recent. *Βίος ἁγίων ἐκ τῆς ἐλληνικῆς γλώττης, ἥτοι ἐκ τῶν συναξαρίων μεταφρασθέντες παρὰ Μαξίμου ταπεινῆ ἐπισκόπου Κυθήρων*. Εντίτησιν, παρὰ Νικολάου Γλυκεῆ ἀρχπε.*

R 2

4. in

<sup>1)</sup> v. ad vol. X. pag. 537. edit. vet. vbi quodque ed. Ven. 1621. 4. citatur. *Hartl.*

<sup>2)</sup> Sed v. *Fabric.* infra, vol. X. p. 236. vet. ed. not. vbi retractavit ea, quae olim scripserat.

4. indicauit mihi per litteras cel. *Mores*, cui etiam debeo notitiam sequentis libri, siue vitarum Sctorum ex graeca in linguam Othomanicam a *Seraphino Pysfidiota* redditarum, et characteribus graecis impressarum, hoc titulo: *Σημειώβη παχτζε ττοναυμασση. Πάνια, Σετζηλμίσ μπη γερε Τζεμ όλμύς, γιαζηλμίσ τρε πάζι Μαινι έλάν Αζζκερίν Μάετυρος Δεκχαρι, σσεχίτ όλμαλαρί και ακιττπλαρί, χρισός Έφέντι Ιτζήν. Σάπικα Αγκερεσ Μητροπολετς, Ατωλίαχς Σεραφείμ Ροχπαν βανκιπτέν, σίμπι ιλκ έββελέ, πασμαϊά Βερίλτε, ζηκς έλάν Μητροπολετς καιτζε Μασραφ έτμσσηλιν. Ένετίητιν αψπγ. Γλυκα. 4. Harl.*

AGAPII Cretensis νέος παράδεισος ήγεν βίοι διαφόρων αγίων lucem viderunt Venetiis a. 1641. 4. Ex eius libro *άμαρτωλών σωτηρία* producit nonnulla graece *Antonius Arnaldus* in adpendice ad tomum tertium operis de perpetua fide ecclesiae catholicae p. 43. seq. Idem liber arabice fuit MS. in bibl. Rossgaardiana, vt ex eius catalogo p. 445. constiat. *Fabr.* Conf. infra, vol. X. p. 383. §. VI. vet. ed. — Βιβλίον καλέμενον, Νέος Παράδεισος εκ τς Μεταφρασς εις την κοινήν ήμετέραν διάλεκτον μεταφρασέν μόν παρς Αγαπίς μοναχς τς Κρητός, τυπωθέν δέ και μετά πλείστης επιμελείας διορθωθέν παρς Ακακίς Ιερομονάχς Διακρέσει τς εν νήσς Κεφαλληνίας. Ένετίησι, αλζδ' 4. — Βιβλίον καλέμενον εκλόγιον, τς τέστιν οι άραιότεροι βίοι τών αγίων εκ τς Μεταφρασς Συμεώνος εκλελεγμένοι, και εις κοινήν μεταφρασθέντες διάλεκτον παρς Αγαπίς μοναχς τς Κρητός. Ένετίησι, Γλυκα, αψπγ. 4. — Nouissimum opus est: Νέον εκλόγιον περιέχον βίαις αξιολόγας διαφόρων αγίων, και άλλα τινά ψυχωφελή διηγήματα. Εκλεχθέν εκ πολλών και διαφόρων Βιβλίων, εις απλήν τε φράσιν μεταγλωττισθέν, και νυν πρώτον τυποις ένδοθέν, δια συνδρομής Φιλοχρήστου τινός χριστιανς, εις κοινήν τών ορθοδόξων αφέλσαν. Ένετίησι. αργ. 1803. Παρς Νικολάω Γλυκα, τς έξ Ιωαννίνων. 4. Continet praeter Eclogam μερικών ψυχωφελών διηγημάτων εκ τών τς Λετμων αρίθ, p. 402-413. et quatuor narrationes, XXXVII. Sctorum ab a. 66-1686. vitas, martyriaque. *Harl.*

XVI. Quas saepius haecenus memoraui HERIBERTI ROSWEYDI <sup>m)</sup> Vltraiectini S. I. VITAS PATRVM a. 1615. fol. Plantiniana typis [P] primum Antwerp. vulgatas, atque post editionem Lugdunensem a. 1617. Antverpiae Belgice eodem anno, et a. 1628. fol. [quam edit. *Burmans*. l. c. p. 314. refert ad a. 1618. fol. citatque *Possennius* adpar. sacr. tom. I. p. 735. Labbaeus vero de scriptt. eccles. I. p. 448. vti *Fabr.* ad a. 1628. *Harl.*] latine auctius reculas: eas hoc loco breuiter, ordine tamen describere placet, vt idea praeclari operis et imago distinctior lectori obiciatur. Totum opus in libros decem distinguitur.

Libro

<sup>m)</sup> Obiit *Rosweidus* Antwerp. 1629. 5. Octobr. Opum praeter hasce vitas patrum etiam vitas sanctorum sanctarumque et cremitarum Aegypti ac Palaestinae edidisset, instituisseque acta Sanctorum integra vulgare pluribus voluminibus, hoc consilium post eius obitum deinde Io. Bollandus eiusque socii ita perfecere, vt per annos fere octoginta, sex priorum anni mensium acta volu-

minibus XXV. in fol. tradita exposuerint. *Fabr.* Vitam scriptaque Rosweidi persequutus est *Caspar Burmannus*. in libro inscripto: Traiectum eruditum etc. Traiecti ad Rhen. 1738. 4. p. 312-318. et in fine alios, in eo ornando versatos, laudat. add. *Saxii* Onomast. liter. tom. IV. pag. 185. seq. *Harl.*

**Libro I.** Vita *S. Pauli* eremitae, auctore Hieronymo. *S. Antonii* abbatis ab Athanasio scripta, Euagrio presb. Antiocheno interprete. *SS. Hilarionis et Malchi* monachorum, auctore Hieronymo. *S. Omiphrii* eremitae, auctore Paphautio, interprete Anonymo. *S. Pachomii*, abbatis Tabennensis, auctore graeco incerto, Dionysio Exiguo interprete. *S. Abrahae* eremitae, auctore S. Ephraem Syro archidiacono, interprete Anonymo. *S. Basilii* magni, auctore Amphilocho, interprete Vrfo archidiacono Rom. *S. Aephrem*, Syri, diaconi Edesseni, auctore Graeco incerto, Gerh. Vossio interprete. *S. Simeonis* Stylitae, auctore Antonio eius discipulo. *S. Ioannis Eleemosynarii*, auctore Leontio Neapoleos Cypri episcopo, interprete Anastasio bibliothecario. *SS. Epiacti* presb. et *Astionis* monachi, auctore incerto. *SS. Macarii* Romani, auctoribus Theophilo, Sergio et Hygino. *B. Posthumii*, patris quinque millium monachorum, et *S. Frontonii*, incerto auctore. *SS. Baarlams et Iosaphat*, auctore Io. Damasceno, ex versione Iac. Billii.

Virginum item *SS. Eugeniae, Euphrasiae et Euphrosynae*, auctoribus incertis. *Mariae* meretricis, neptis Abrahae eremitae, auctore S. Ephraem Syro, anonymo interprete. *Thais* meretricis, auctore incerto. *Pelagiae* meretricis, auctore Iacobe diacono, interprete Eustochio. *Mariae*, Aegyptiacae meretricis auctore Sophronio Hierosol. episcopo, interprete Paulo, diacono sanctae Neapoleos ecclesiae. *S. Marinae* virginis, auctore incerto. *B. Fabiolae, S. Paulae* Romanae et *S. Marcellae* viduae, auctore Hieronymo presbytero.

**Libro II.** Narrationes de Ioanne et aliis XXXII. monachis Aegypti, (quibus omnibus fere gemina apud Palladium et Heraclidem occurrunt.) *Rufino* Aquileiensi interprete, cui ex Hieronymi et Msterum codicum testimonio hunc librum Rosweidus tribuit.

**Libro III.** quem itidem Rufino ex coniectura Rosweidus tribuit, de dictis et factis monachorum Aegypti, capita 220.

**Libro IV.** Ex Seneci Sulpitii dialogis et Io. Cassiani Institutis et Collationibus excerpta.

[P] **Libro V.** Anonymi Graeci, quem olim cod. CXCVIII. legit Photius, libelli XVIII. ascetici de dictis et factis monachorum Aegypti, interprete *Pelagio*, diacono Romano. Confer, quae supra §. XIII. p. 24. seq.

**Libro VI.** Simile scriptum graeci Anonymi in quatuor libellos distributum et lectum olim Sigeberto Gemblacensi c. 117. de Script. eccles. interprete *Ioanne* subdiacono Rom.

**Libro VII.** Simile Anonymi scriptum de dictis et factis patrum monachorum, sub certos titulos digestis: interprete *Paschasio* Romano diacono.

**Libro VIII.** *Palladii* Helenopolitani episcopi historia Lausaca, ex interpretatione *Gentiani Herueti*.

**Libro IX.** *Theodoretus Philotheos isoplia* siue religiosa historia de vitis patrum eremitarum, ex eiusdem Herueti versione.

Libro X. *Io. Moschi* pratum, ex Ambrosii Camaldulensis versione. De Palladii et Moschi scriptis dictum supra hoc capite: De Theodoreti Philotheo, in volumine septimo huius bibl. p. 434. seq.

Appendicis loco subiicitur *Heraclicus* paradisus et *Palladii* Lauisaca incerto, sed veteri interprete, nec non *Aegyptiorum patrum sententias* auctore graeco incerto, ex versione *Martini* episcopi Dumienensis. Toti volumini prolegomena copiosa de scriptoribus et interpretibus, singulis etiam libris copiosae de Hieronymo, Rufino, Palladio etc. praefationes praemittuntur, illustrandoque operi praeter notas eruditas passim adiectas, additum ad calcein *Onomasticon* rerum et verborum difficultium, quae in vniuersis hisce patrum vitis occurrunt, pag. 776-813.

[Secundum Burmann. l. c. pag. 317. idem Rosweid. edidit *Lingua vernacula seu belgica Vitas Sctorum*, Antwerpiae 1619. 1629. et 1641. II. voll. fol. — *Siluum Eremitarum Aegypti ac Palaestinae*, cum figg. aeneis Bolswerdi. ibid. 1619. et *vitae Sctorum virginum, quae in saeculo vixerunt*, cum imaginibus aereae sculpturae, addito opusc. de statu virginis. ibid. 1626. et 1642. 8. Harl.]

Idem Rosweidus ante *fastos* suos siue *Catalogum Sanctorum*, (quorum vitae in Belgicis Bibliothecis manuscriptae,) cum *actis praesidialibus Sctorum Taraci, Probi et Andronici*, Antwerp. 1607. 8. promissit opus ingens tom. XVIII. de vitis Sanctorum vndique conquisitis et ad MSS. codices accurate editis et emendatis: I. de vita Christi et festis eius. II. de vita b. Mariae et festis eius. III. de Sanctorum festis diebus publice sollempnibus. IV. - XV. de Sanctis mense Ianuario, Febuario ceterisque mensibus per totum annum. XVI. Martyrologia variorum. XVII. illustrationum in vitas Sanctorum, libros octo. 1) de auctoribus vitarum Sanctorum. 2) de Sanctorum tormentis. 3) de imaginibus Sanctorum. 4) de ritibus ecclesiae, quorum hic mentio. 5) de ritibus profanis. 6) de tempore seu chronologia. 7) de locis seu chorographia. [P] 8) de verbis obscuris ordine alphabetico. XVIII. denique *Indicum* tredecim. 1) *Nominum Sanctorum* ordine alphabetico. 2) Sanctorum omnium cum notatione patriae, status, laureolae, temporis, loci, auctoris, vitae. 3) Index per status Sanctorum, vt religiosus, virgo, vidua, coniux etc. 4) Index per officia SS. vt apostolus, episcopus etc. 5) Topologicus per prouincias, e quibus Sancti, Italiae, Franciae etc. 6) locorum, vbi coluntur Sancti vt patroni. 7) Index Sanctorum pro curationibus certorum morborum. 8) Index Sanctorum, qui patroni certorum opificiorum. 9) *nominum* propriorum, hominum, locorum, vrbium. 10) Index locorum S. Scripturae, quae in vitis explicantur. 11) Index controuersiarum. 12) catechisticus et 13) denique rerum et verborum.

Hanc sciagraphiam quum conspexisset Bellarminus, cardinalis, rogasse fertur \*), qua aetate is esset, qui haec tanta promitteret? atque, vbi didicit, quadraginta iam annos natum esse, quaesivit porro, illine sit exploratum victurum se adhuc ducentos annos; tantum enim temporis requiri ad illa pro dignitate digerenda et elaboranda. Et sane centum amplius

\*) *Tho. Itigius* de Bibliothecis patrum p. 756.

plus ab eo tempore anni elapsi sunt, quo spatio vix vitas Sanctorum de primoribus sex anni mentibus a pluribus Rosweidi sociis et consilii sectatoribus recensitas editasque habemus.

[De Aloyssi Lipomanni et Laurentii Surii Operibus, Vitae Sctorum, v. supra, vol. VIII. pag. 642. not. ii. Harl.]

XVII. Memoranda etiam hoc loco est *Historia Christiana veterum Patrum* spisso volumine in fol. quam ante Rosweidum Parisiis 1583. edidit *Renatus Laurentius de la Barre*, Nobilis Normannus, idem, qui Tertullianum a se illustratum ibid. 1580. fol. in lucem emisit. In hac historia continentur, perinde, vt in Rosweidi vitis patrum, latine omnia non graece:

1) Liber suppositus de vita, miraculis et adfuntione b. Ioannis apostoli, sub falso nomine *Prochori* diaconi, Christi discipuli °). Idem latine legitur in omnibus Bibliothecae patrum editionibus [v. cat. bibl. Leidenf. p. 66.] Graece necdum lucem integer vidit: nam pars tantum exstat graece cum Seb. Castalionis versione in editione tertia Catecheseos b. Lutheri vtrique lingua editae a Mich. Neandro Basil. 1567. 8. p. 526. et in posteriore Orthodoxographorum editione Basil. 1569. fol. tom. I. p. 85. *Προχόρος τῷ ἐπὶ τοῖς χρεαῖς τῶν ἐπτά κατὰ τὸ ἀνέκδοτον ἀνέκδοτον Στεφάνου τῷ πρωτομάρτυρου περὶ Ἰωάννου τῷ θεολόγῳ καὶ εὐαγγελιστῇ ἱστορία*. Exstat graece MS. in bibl. caesarea, sed sine nomine auctoris, vt testatur *Lambecius* lib. IV. p. 129. sq. °) [P] De Prochoro videndus Godfridus Henschenius in Actis Sanctor. IX. April. tom. I. p. 818, 910. De narratione illa auctores Diarii Theologici, Unschuldige Nachrichten von alten und neuen theologischen Sachen a. 1710. p. 665. et quae pridem notavi in codice Apocrypho Noui Test. p. 816. seq. Plenam fabulis ridiculis et vix ante trecentos annos confictam explodit post tot alios Tillemontius in Ioannis euangelistae vita t. I. memor. hist. eccles. pag. 355.

## 2) Histo-

o) Vid. infra in Sctorum elogiis et vitis, in: *Ioann. apostol. et euangel. fin.* — *Mich. Neandri* Apocryphis, ed. II. Basil. 1567. 8. accessit, qui in editione priore a 1564. 8. desideratur *Prochorus* de vita et miraculis Ioannis euangelistae, cui inserta est Apollonidis rhetoris epistola ad Myronem etc. v. infra; vol. XIII. p. 474. Harl.

p) De cod. CLI. nr. 26. f. p. 290. ed. Kollarii vbi *Lambee*. in notis 3. - 5. plura animaduertit citatque Baronium tom. I. anal. eccl. eiusdemque notas ad Martyrolog. roman. d. 27. Dec. aliosque; tum ipsum Martyrol. rom. d. 9. April. Idem *Lambee*. obseruat, et latin. versionem et particulam gr. editam haud mediocriter differe ab hoc cod. caesar. — Ibid. vol. II. pag. 220. meminit picturae in cod. caesar. Dioscorid. peruetustae, et aeri incisae, qua exhibetur *Prochorus*, euangelium S. Ioannis ex dictantis ore excipiens.

Eiusmodi imago est quoque in cod. *Coisl.* CXCVI. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 249. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DXXIII. 22. MCDLIV. 13. et MCDLXVIII. nr. 9. peregrinationes S. Ioannis euangelistae, atque in cod. MCLXXVI. nr. 9. vita et miracula Ioannis baptistae. — A *Montfauc.* in bibl. bibl. MSS. p. 142. D. citatur *Prochorus*, graece, in quatuor codd. Vatican. et p. 471. *E. Prochorus*, (non addita nota, cuius?) tractatus optimus de attributis. *Venet.* in cod. Marc. — In bibl. *Coisl.* cod. CXXI. nr. 36. *Prochori* in St. Ioannem euangelistam, quando scriptum euangelium; et cod. CCCLVI. ad 26. Sept. periodi et miracula S. Ioannis apostoli per *Prochorum*, eius discipulum, v. *Montf.* bibl. Coisl. pag. 196. et 422. De *Prochoro* quaedam adnotavi in Supplem. ad Introd. in hist. L. Gr. part. II. pag. 196. sq. Harl.



2) Historia certaminis apostolici sub falso *Abdiae* Babyloniae episcopi nomine libris XII, ex editione Wolffgangi Lazii ?), adspersis in margine hinc inde breuibus notis. *Fabr. Conf. supra*, vol. IV. pag. 246. *Harl.*

3) Vitae SS. *Matthiae* apostoli, *Marci* euangelistae, *Clementis* Rom., *Cypriani* episcopi Carthag. et *Apollinaris* discipuli Petri, quales idem Lazijs ediderat.

4) Libri duo *de Passione apostolorum Petri et Pauli* ad ecclesias orientales, suppositi *Lino* pontifici Romano, et primum editi Paris. 1512. fol. a Iac. Fabro ad calcem epistolarum Pauli apost. et deinde in Bibliothecis patrum, nec non in Actis Sanctorum 29. Iunii, tom. V.

5) *Palladii* Lausiaca Historia, ex versione Gentiani Herueti.

6) *Theodoretii Θεοφύλακ* suae religiosa historia ex eiusdem Herueti versione.

7) *Theodori* Studitae sermo funebris a. C. 916. dictus in S. Platonem, Guil. Sirleto interprete, ut exstat tomo VII. Lipomanni, et apud Surium ad 16. Septembr. Idem graece et latine ex Henschenii versione occurrit in Actis Sanctor. tom. I. Maii p. 366. et graece in adpendice eius tomi p. XLVI. [conf. infra, c. 33. in vol. IX. p. 234. sqq. ed. vet.]

[P] 8) *Egesippi* libri V. de exitio vrbis Hierosolymae, subiuncta tabula concordantiarum cum libris Iosephi de bello Iudaico, ex quibus translata videntur.

9) *Pauli Orosii* historiarum aduersus Paganos libri VII.

10) *Gregorii Turonici* Historiae Francorum libri X. cum adpendice siue libro XI. alterius scriptoris, et eiusdem Gregorii de gloria martyrum libris II. et de gloria confessorum lib. I.

11) Venerabilis *Beda* ecclesiastica historia gentis Anglorum, libris V. eiusque epitome, eodem Beda auctore, cum auctario alterius scriptoris ab a. 735. ad 766.

12) *Sigeberti* Gemblacensis chronicon ab a. C. 381. vsque ad a. 1113. cum continuatione *Roberti de Monte* a. 1186. defuncti, vnde continuatio, quae inde producitur vsque ad a. 1210. non potest agnoscere auctorem eundem Robertum, sed ab aliquo monacho Gemeticensi

9) *Wolffg. Lazius* Basil. 1552. fol. vulgavit *Abdiam*, quem pro genuino habuit, decem diuisum libris, eique praemisit Carmen heroicum de passione D. N. Iesu Christi, velut incerto veteri auctore scriptum ad Donatum episcopum, sed cuius auctorem constat esse Hieronymum Paduanum. *Abdiae* subiunxit Lazijs vitam *S. Matthiae* incerto auctore, veram; ut ait, ex Hebraeo p. 118. Historiam *Marci* euangelistae ex veteri descriptam codice pag. 128. vitam *Clementis* Romani p. 131. *S. Cypriani* p. 137. *S. Apollinaris* mar-

tyris p. 139. vitae XII. *Apostolorum*, scriptas a Ioachimo Perionio p. 148. et Seueri Sulpitii de vita *S. Martini* Turonensis libros III. Vitam *S. Nicolai* Myrensis episcopi ex Simone Metaphraste veram latine a Leonardo Iustiniano, patricio Veneto: et vitam *S. Antonii*, quam scripsit *S. Athanasius*, ex versione Euagrii presbyteri. Denique volumen claudunt Baptista Mantuani carmina de S. Matthia apostolo, Marco euangelista, Clemente Rom., SS. Cypriano, Nicolao, Antonio et Martino Turonensi.

ticensi adiecta est, ut pulchre monuit Conradus Ianningus in dissertatione inserta tomo VII. Act. sanctorum Iunii.

13) *Adonis* archiepiscopi Viennensis Chronicon ab orbe condito usque ad a. C. 879.

14) Martyrologium *Ufuardi* cum additionibus ex martyrologiis romanae ecclesiae et aliarum, et adnotatione eorum, qui de sanctis illis meminerunt.

XVIII. *Scriptores de Vitis Patrum ac Monachorum: dubii, MSsi, vel deperditi, graeci latinique*.)

[De *Agapio* v. paullo ante §. XVI. fin. *Harl.*]

Ab *Euagrio* Antiocheno episcopo, *vitae SS. Patrum* scriptis primo commendatas ait *Trithemius* de script. eccles. c. 85. [cuius libri editiones post Moguntinam et Basileensem 1494. plures prodierunt, quibus cunctis praefenda est illa, quam curavit I. Alb. Fabric. Hamburgi 1718. *Sixt.*] quo loco Euagrium monachum cum episcopo confundit, et ex eo, quod episcopus vitam S. Antogni ab Athanasio scriptam vertit latine, ansam petit tradendi, quod prius ille *vitae Patrum* scripserit. [v. supra, vol. VIII. pag. 187. seq. *Harl.*]

*Euagrio* Pontico, monacho, S. Macarii discipulo *vitae patrum* tribuerunt Gesnerus [in Bibliotheca gr. quam eodem loco et tempore cum Bibl. latina, Tiguri 1546. fol. edidit. *Sixt.*] et alii recentiores. At *Gennadius* c. XI. de script. eccles. testatur, Euagrium huius velut continentissimi et eruditissimi viri mentionem facere *librum, qui attulatur Vitae patrum*; sed ipsum *vitae Patrum* scripserit ignoravit. *Fabr.* [v. supra, vol. IX. p. 284. lqq. *Harl.*]

[*Euagrii*, antea presbyteri, deinde episcopi Antiocheni, mentio facta est huius Bibl. vol. IX. p. 284. aliorumque, hoc nomine insignitorum vol. VII. pagg. 432-435. — De *Euagrio*, patriarcha CPolitano, haud omitam commemorare, Graecos Latinosque ipse ceu martyris memoriae sollempniori dicasse d. VI. Mart. *Sixt.*]

[P] *Petronii* Bononiensis episc. *vitae Patrum Monachorum Aegypti* memorat *Gennadius* c. 41. de Scriptor. eccles. vbi vide notas Miraei, et vitam Petronii huius (de quo inferius commemoratio sequetur,) apud Surium 4. Octobr. ')

*Postu-*

\*) Cum emendationibus et additamentis D. Io. Andreas. *Sixti*, Theolog. Prof. Altdorf. ad hanc et sequentem §§. meisque accessionibus. *Harl.*

s) [Monuit *Morhofius* in Polyhist. lib. IV. c. 12. Fuerunt, qui *Petronium*, Satyrici auctorem, Vol. X.

eundem cum *Petratio*, Bononiensi episcopo, fuisse arbitrantur, saeculi post C. N. quinti praesule; vitae sanctitate claro. Verum iis haud immerito succenset acriterque turpem adeo *aversus* castigat *Gyraldus* de poetis latin. dialog. IV. *Sixt.*]

S

*Postumianus monachus*, Severo Sulpicio in vita S. Martini memoratus, cui vitae aliquae (haud diuersae ab editis apud Rosweidum libro secundo,) tribuuntur in quibusdam MSS: teste eodem Rosweido.

*Timothei* episcopi Alex. vitas probatorum monachorum, *Βίαι δοκιμῶν μοναχῶν*, laudat *Sozomenus* VI. 29. et ex eo *Nicephorus* XI. 34. Hist. eccles. Fabr. [Quodsi *Timotheum* episc. Alex. eiusmodi librum scripsisse, non mera est traditio, *Timotheum Salophaciolum* eius auctorem esse credamus. *Sixt.*]

*Valerii Asuricensis* presbyteri (circa a. c. 902.) vitas patrum orientalium iusto volumine Gothicis literis exaratas euoluisse se in bibl. ecclesiae Toletanae pridem testatus est *Chrysostomus de Castro* apud Rosweidum in prolegom. p. 25.

### XIX. Scripta de sanctis, ne non Menologia, Menaea etc. Ecclesiarum Orientalium.

*Eusebii* liber de Martyribus Palaestinae, libro eius Hist. octauo subiunctus legitur: et graece ac latine exstat etiam in *Theodorici Ruinarti Actis selectis Martyrum*, ut dixi tom. VI. huius Bibl. p. 91. [siue vol. VII. p. 393. nostrae edit. add. ibid. p. 404. sq. Harl.] De eiusdem *Eusebii συνηγωγὴ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων*, siue collectione deperdita,\*) veterum Martyriorum, praeter ea, quae ibidem pag. 101. monui, tria iam habeo quas addam. Primo deceptos fuisse eos, qui opus hoc integrum graece exstitisse affirmarunt in bibliotheca Scorialensi. Vide Florentini admonitiones praeuias ad Martyrologium Hieronymi pag. 12. Deinde de librorum numero, quibus opus illud constitit, rem non esse adeo exploratam. Nam duabus librorum decadibus *Eusebium* narrationes de Martyribus esse complexum, traditur in Actis S. Syluestri apud *Lambecium* tom. VIII. p. 321. seq. [p. 683. ed. Kollar.] Ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος, *Εὐσέβιος* πρὶν τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἔγραφε ἱστορίαν, παραλείπειν ἑκάστα ὧν μνήμην ἐποίησεν ἐν ἑτέροις αὐτῆς πονήμασι. Καὶ γὰρ ἐν εἰκοσι λόγοις, πενήτεσι ἐν δύο δεκάσι σχεδὸν τῶν ἐν ἀπάσαις ἐπαρχίαις μαρτύρων, ἐπισκόπων ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθέτων παρέσχετο τὰ πάντα φέροντα. Idem librorum viginti numerus confirmatur in prologo ad Martyrologium *Ysuardi*, vbi legas, *Constantinum Magnum* ab *Eusebio* rogatum, ut Acta Martyrum ex archiuis Iudicum in diuersis imperii rom. locis exstiteri, [¶] et ad se dirigi iuberet, idque ab imperatore factum atque inde *Eusebium* omnium Martyrum in martyria libris viginti complexum fuisse. At in actis eiusdem Syluestri, qualia graece et latine edidit *Combessius* in triumphis Martyrum selectis, Paris. 1659. 8. non viginti, sed vndecim libros memorari video, p. 258. *Εὐσέβιος* ὁ Παμφίλος τὴν Ἐκκλησιαστικὴν συγγράφῃ ἱστορίαν παραλείπειν ἑκατὲς τὰντα εἶπεν, ὅτι ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφρασεν. Ἐπείθηκεν γὰρ ἐν ἐνδεκάτο λόγοις τὰ παθήματα σχεδὸν τῶν ἐν ἀπάσαις ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων καὶ

Επισκο-

\*) [Reliquias huius quasdam offendimus passim testatur, a se eam collectionem scriptam esse. in vitis nonnullorum patrum et menologiis Graecorum. *Eusebius* ipse H. E. lib. 4. et 5. ipse *Sixt.*]

Ἐπισκόπων καὶ ἱεροφάντων. Οὐ μὴν αὐτῶν καὶ ἡμεῖς καὶ παραδόντες ὅσας ἀνδρείας  
 φρονήματι διὰ τὸν Δεσποτὴν ἀγωνίσαντο Χρῆστον, ἀνεγέγραψατο"). Eusebium in libro  
 de quinque millibus coronatorum laudat Ioannes de Hamburgo, Caribusiensis prope  
 Pragm monachus, in Epistola a. C. 1404. scripta ad Henricum Olemannum, cano-  
 nicum Northunensem edita a b. Dorsheio in parallelis monastico academicis pag. 176.  
 Denique non omittendum, quod a. 1716. inuentus, ut aiunt, in Syria, Romamque  
 adlatus est codex, qui fertur a. C. 473. scriptus esse syriace, et complecti Historiam  
 Martyrum Occidentis ab Eusebio compositam. Hunc vna cum aliis monumentis sy-  
 riacis, a Iosepho Assemano Maronita similiter Romam adportatis), latine verten-  
 dum lucique donandum publicae libenter euoluent antiquitatis ecclesiasticae studiosi:  
 licet si graece alicubi Eusebianum opus se offerret, non dulcius modo, sed et secu-  
 rius ex ipso fonte hauriretur. *Fabr.* [In genere ad historiam litter. de Sanctis etc.  
 multa congesseunt I. G. Walch in biblioth. select. theolog. tom. III. p. 654. sqq. pag.  
 666. sqq. 740. sq. et Chr. Wilh. Franc. Walch in: Grundsätzen der zur Kirchenhisto-  
 rie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren u. Bücherkenntnis. p. 208. sqq. — auctor  
 libelli: Bibliotheca selecta historiae ecclesiasticae cum veteris tum noui testamenti.  
 Venet. 1776. 8. p. 187. cap. XI. de scriptoribus, qui christianae ecclesiae fata et euenta  
 scripto consignarunt, aut illustrarunt, artic. 2. *Persecutiones ecclesiae, earumque  
 historici*, et pag. 193. sqq. *Acta sanctorum*. Ipse Fabricius nosse in opere: Saluta-  
 ris lux euangelii, toti orbi per diuinam gratiam exorients etc. Hamburg. 1731. 4. cap.  
 XI. de martyribus p. 206. sqq. etiam spicilegium notitiae scriptorum de martyribus  
 ad nostram paragr. XXIX. collegit, nec vero necessarium esse videtur, ut longum  
 illum locum ex libro noto et obuito huc transferam. Ab initio statim notitiam de  
 Eusebii collectione amplificauit. — De Menologiis s. Kalendariis v. quoque *Nicol.  
 Carminium Falconium*, archiep. eccl. S. Seuerinae in obseruat. ad Capponianas Ru-  
 thenas tabulas, Romae 1755. fol. *Harl.*]

## S 2

## Theodoriti

u) [Nec praetermittenda est nota *Gnil. Case*  
 in huius historia litteraria scriptor. eccl. ad no-  
 men, *Eusebii*: Acta martyrii *S. Luciani*, quae  
 apud Surium ad d. 7. Ianuarii habentur, ex hoc  
 opere, (scil. antiquiorum martyrior. collectione,) a  
 Metaphraste descripta esse opinatur *Vsserius*  
 bibl. theol. MS. p. 159. *Sixt.*]

v) Inter cetera sunt, *S. Athanasii* liber de in-  
 carnatione scriptus syriace, a. C. 564. *S. Iacobi  
 Nisibeni* Homiliae. *S. Iacobi Sarugensis* episco-  
 pi homiliae 76. *S. Isaaci Syri* sermones. *S.  
 Ephrem Syri* exegeses in Vet. Test. libros. *Dio-  
 nysii Barsalibaei*, episcopi Aconidensis Commen-  
 tarius in IV. Euangelistas. Chronicon Edessenum, a  
 Christo nato ad a. 523. *Dionysii Syror.* Iacobi-

tarum patriarchae Chronicon ab orbe condito ad  
 a. C. 773. Alexandrinorum patriarcharum Histo-  
 ria ad annum aerae Diocletian. 1004 (Christi 1378.)  
 Nomocanon ecclesiae Antiochenae. Geographi-  
 ca totius Aegypti descriptio, item arbores, me-  
 tallae, animalia, monetae, opera publica, regi-  
 men, epochae etc. *Gesali* historia Calipharum  
 a Mahomete ad annum Hegirae 903. (Christi 1497.)  
*Abdarrameni* Historia Aegypti. Hierosolymita-  
 na historia ad annum Hegirae 900. (Christi 1493.)  
*Achmetis Caraphi* obiectiones LXX. contra Euan-  
 gelium etc. [De Assemani opere v. Memoires  
 de Trevoux a. 1718. Septembr. pag. 520-525. sq.  
 et Fabr. opus citat, salutar. lux, pag. 207. seq.  
*Harl.*]

*Theodoriti* historia religiosa, de qua tom. VII. huius bibl. p. 434. sq. [tom. VIII. p. 279. sq. nostrae edit.]

*Menaea* Graecorum, de quibus dixi ad Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 57. editionis a me curatae tom. V. \*) huius bibl. In ecclesiae CPolitanae usus esse composita notat. *Tillemontius* tom. VII. memor. eccles. pag. 13.

*Menolo-*

sincerum, ad autographi, in San-germanensi abbatis servati, fidem editum, et ab observationibus Sollierii vindicatum, Paris. 1718. 4. v. Journal des Savans 1719. Febr. pag. 183. Mém. des Treux a. 1719. Maii, p. 770. Europe savante, 1718. Nou. pag. 63. In le Coite annal. eccles. Francor. tom. IV. pag. 473. leguntur, quae pertinent ad *Vsuardi martyrolog. Sixt.* — Conf. supra XVII. 14. — In memorata *Bibl. Pistoriensi* a Zacharia edita part. III. §. XXIX. pag. 53. paucis indicatur et valde celebratur codex *Vsuardini martyrologii*, atque a pag. 137-163. non solum illius codicis cum Sollierii editione comparati lectiones varias, et ea, quae vel in codice vel in edit. Sollierii desiderantur, diligenter per omnes mensium dies adnotavit Zachar.; sed etiam ea, quae aut in codicis margine recentius variis temporibus sunt scripta, aut ad peculiariora quaedam *Vsuardi* auctaria pertinent, sub finem in adpendicem reiecit. Idem *Zachar.* p. 53. promissit plenam martyrologiorum Bibliothecam, quae sex constaret voluminibus, et Calendaria atque martyrologia quaecumque antiquiora, a Bucherio, Rosweido, Florentinio, Canisio, Frontone, Allatio, Bollandianis, Mabillonio, Acherio, Martenio, ac romanis Anastasii editoribus vulgata sunt, comprehenderet: atque ordinem argumentaque singulorum descripsit voluminum. In tertio igitur se collocaturum, scripsit, *Adonem*, ad simplicem, genuinam et germanam, quam Sollierius exoptabat, formam reuocatum; in quarto *Vsuardum*, et cetera, quae ex illo ducta sunt, martyrologia, in eoque de hoc *Vsuardiano* codice plura dicturum. Num autem amplissima illa bibliotheca lucem adspexerit, equidem ignoro. *Harl.*

**Martyrologium secundum morem romanae et vniuersalis ecclesiae editum a Francisco Maurolyeo**, abbate Messanensi. Venet. 1568. 1570. 12. [conf. *Walchii bibl. theol. selectam*, tom. III. pag. 711. sqq. 723. sqq. *Harl.*]

**Martyrologium romanae ecclesiae, cum notis Petri Galefnii**, protonotarii apostolici, vulgatum Venet. 1578. 4. *Fabr.* — In nota a. 1578. errasse videntur operae. Fabricius quidem noster in libro: *Salutaris lux euangelii* etc. pag. 217. citat edit. a. 1587. dum non pauca, inquit, aduersus veterum martyrologiorum fidem a *Petro Galefnio*, qui martyrologium cum notis, Venet. 1587. 4. edidit, et a *Baronio* inserta esse (martyrologio romano,) notant *Io. Launoius* in discussione responsionis de duobus Dionysii cap. 7. *Ruinartus* ad Victorem Vitensem pag. 552. sqq. et auctor dissertationis in bibl. Angloise tom. II. pag. 227. a. *Mich. Geddesio* insertae tomo secundo *Miscellaneorum*, editorum Lond. 1714. 8. *Harl.*

[P] **Martyrologium romanum**, Rom. 1584. 4. quam editionem prioribus praefert et secutum se esse Baronijs testatur, recusam Antwerp. 1586. 8.

**Martyrologium Romanum** ad nouam Kalendarii rationem et ecclesiasticae historiae veritatem restitutum, Gregorii XIII. iussu editum, et Sixto V. dicatum, cum notationibus *Caesaris Baronii*. Rom. 1586. \*) 1630. fol. Venet. 1587. fol. 1602. 4. Colon. 1603. 4. Antwerp.

\*) [In qua Xynorides inter Ss. d. 14. Ianuar. pag. 48. commemoratur. *Harl.*]

Antwerp. 1613. etc. Et cum geographicis tabulis et notis per *Augustinum Lubinum* Paris. 1661. 4. *Philippi Ferrarii* noua topographia. in martyrologium romanum. Venet. 1609. 4. Eiusdem catalogus Sanctorum qui in martyrologio romano non sunt. ibid. 1625. 4. *Lucas Holstenii* animaduersiones ad Baronii martyrologium prodire Paris. 1664. 8. Non pauca aduersus veterum martyrologiorum fidem a Galefinio inserta esse et Baronio, notat Io. Launoius in discussione responsionis de duobus Dionysii cap. 7. *Fabr. Petrus Galefinius* hinc inde in suam martyrologii rom. editionem transtulit, quae fidei veterum martyrologiorum aduersantur, v. c. verba Chrysostomi (hom. 4. de Lazaro). *Καὶ ἑνωρίδες τῶν ἁγίων μαρτύρων* (et *bigae sanctorum martyrum*, n. Iuuentini et Maximi,) peruerse intellexit, opinatus, vocabulum *ἑνωρίδες* significare nomen proprium virginis cuiusdam Antiochenae; id, quod etiam Baronius in suis M. R. editionibus prioribus adfirmavit; postmodum vero a *Nicolao Fabro* aliisque amicis melius edoctus, editiones, quae *Synoridem*, tamquam nomen proprium martyris prae se ferunt, suppressere omni studio adlaborauit: cuiusmodi editiones sunt Romana 1586. fol., Venetae 1587. 4. et 1597. 4., Antwerpensis 1589. fol. propter raritatem insignes ex adlata causa. In editione Colonienſi 1603. error quidem de Synoride non obuinit: attamen in indice legitur: *Xynorides martyr. Antiochiae a. 1. Jan.* Conf. *Ittig.* de biblioth. et catenis patrum, Lipsi. 1707. 8. pag. 156. 157. et *Dallaus* de usu Patrum, Geneuae 1636. pag. 97. Editio *Lubini* est quoque repetita Paris. 1679. 4. Alia praeterea editio Parisiens. est de anno 1613. Quoniam *Baronius* varia obtulit culpanda, virgula censoria ferierunt eum inter alios iam citatos *Dor. Ruinartus* in historia persecutionis Vandalicae pag. 268. *Dallaus* l. c. pag. 95-98. Quod attinet ad martyrologium romanum *Vrbani VIII.* auctoritate recogniti, cum additamentis Sctorum Belgii, cura *Balduini Willati*, Montibus 1641. 8. et cum accessionibus nouorum Sctorum a *Dominico Macoy*, Romae 1668. 4. [de quo vide *Diarium eruditorum nouum*, italice editum a. 1668. pag. 121. *Harl.*] item cum titulo: *Martyrologii romani Gregorii XIII. iussu editi; Vrbani VIII. et Clementis X. auctoritate recogniti, noua editio a Benedicto XIV. aucta et castigata, in qua nonnulla Sanctorum nomina, in praeteritis edd. omissa supplentur, alia item Sctorum et Beatorum nomina ex integro adducuntur, iuxta exemplar Romae impressum*, Colon. 1751. 4. v. Acta eruditor. 1756. pag. 690. De rarioribus editt. M. R. conf. praeter *Serpilii Verzeichniss einiger raren Bücher* pag. 90. *Vogtii* catal. librr. rarior. pag. 73. *Freitag.* Anall. literar. de librr. rariorib. pag. 71. *Widekind* Verzeichnis von raren Büchern pag. 318. *Clement* Biblioth. curieuse histor. et critique, tom. II. pag. 448. *Sixt.* — *Lucas Holstenii* annotata marginalia ad martyrol. romanum *Baronii* edita sunt cum Passione SS. *Perpetuae et Felicitatis*, ex edit. *Luc. Holstenii*, pag. 243-327. Paris. 1664. 8. *Römisches Martyrologium*, wie es von dem Römischen Pabst *Gregorius dem XIII.* eingerichtet, von *Vrbanus dem VIII.* und *Clemens dem X.* übersehen, von *Benedict dem XIV.* sorgfältigst verbessert worden, nach dem Römischen in Lateinischer Sprache herausgegebenen Exemplar in die hochdeutsche übersetzt, samt beygefügten besondern Martyrologien verschiedner Ordensgeistlichen etc. wie auch nöthigen Anmerkungen durch *Paul Schwenger*. Cölln, bey Io. Wilh. Krakamp. 1753. 4. Antea martyrolog. romanum germanice verterunt *Conrad. Vetter* et *Georg. Heiserus*, S. I. Monachii 1670.

Vniuersum in omnes propemodum Europae linguas id translatum esse, docet *Fabric.* in Salutari luce euangelii pag. 217. sq. Add. catal. impressor. libror. in Bibl. Bodlei. vol. II. pag. 150. *Harl.*

*Martyrologium romanum Urbani VIII. auctoritate recognitum.* Rom. 1632. 8.

*Martyrologium ecclesiae germanicae* peruetustum, quod per DCC. annos delituit, editum et commentario illustratum a *Matthia Friderico Beckio.* Augustae Vindel. 1687. 14. *Fabr.* Hocce martyrologium saeculo post C. N. septimo, adeoque ante Bedae martyrologium iam scriptum fuisse, *Beckius* rationibus haud contemnendis adfirmat. *Sixt.* — add. *Fabr.* Salutar. lux euang. pag. 214. *Harl.*

*Martyrologium Gellonense* siue *S. Guillelmi de deserto*, a. 804. conscriptum, cum variis lectionibus et additionibus ex codd. MSS. tomo XIII. Spicilegii Dacheriani, p. 388. sqq.

*Martyrologia* quinque vel sex quae vulgavit Io. Baptista Solerius tom. VII. Actor. Sctor. Iunii. Antwerpiae 1717. fol.

*Vincentius Bellouacensis*, non episcopus, sed Lector regius Bellouaci in domo S. Ludouici a. C. 1264. defunctus, in Speculo suo Historiali, quod in a. C. 1244. definit, et in libris XXXI. est diuisum, fusc etiam persequitur Vitas Sanctorum. Prodiit Norimberg. 1473. Mogunt. 1474. fol. et inter opera Vincentii Basil. 1481. Venet. 1484. et 1591. et ex emendatione Benedictinorum collegii Vedastini, Duaci 1624. fol. Gallice etiam interprete Ioanne de Vignay, Paris. 1521. fol. Vide de eo Rollandum praef. ad tom. I. Ianuarii pag. 19. Natalem Alex. tom. VII. Hist. eccles. p. 138. edit. in fol. et Iac. Echardum in diss. de scriptis Vincentii Bellouacensis, Paris. 1708. 8. Memorias litterarias Trevoltinae illius anni pag. 1479. seq.

*Iacobus de Viraginis* siue vico virginis, (Viraggio,) Ligurum ciuitate, Ord. Praedicator. archiepiscopi Ianuensis siue Genuensis, *Historia Lombardica* siue *legenda* [P] *curia de vitis Sanctorum*, scripta circa a. C. 1290. et licet plena fabulis, lecta audissime et excusa saepius, Venet. 1478. per Chrstop. Arnold. 1481. Norimb. 1478. 1493. 1496. Daventriae 1479. Colon. 1480. Venet. 1483. Louan. 1485. Basil. 1486. Argentinae 1486. 1496. Lugd. 1510. Argentin. 1518. et ex Claudii Rotae recensione Lugd. 1519. et 1531. fol. Quae sequuntur post caput CLXXVII. addita sunt ab *Antonio Ebero*, Sufatensi. Fuit etiam, qui Legendam istam abbreviatam ederet Venet. 1487. fol. et qui gallice verteret, Ioannes de Vignay. Paris. 1546. fol. *Fabr.* — Idem *Fabricius* noster in salut. luce euangelii pag. 214. sq. non solum auct numerum editionum atque versionum; sed variat quoque interdum in notis annorum, et quorundam V. D. iudicia de illo adfert. Primum obseruat, illam *historiam Lombard.* scriptam esse tempore interregni ante a. 1273. citatque *Tob. Eckard* de Bibl. Quedlinburgensi pag. 34. Tum animaduertit in not. p. et q. de Iacobo, *hist. Lombard.* scriptore, egisse *Iac. Echardum* de scriptoribus ordinis Praedicatorum tom. I. pag. 455. sqq. et 742. *Casimirum Oudinum* tom. III. de scriptoribus eccles. pag. 614. etc. *Historiam* autem *Lombardicam* proprie esse narrationem,

nem, quae vitae S. Pelagii subiicitur; sed vulgo Legendam totam nomine historiae Lombardicae venisse, atque Io. Bollandum praef. ad tom. I. Ianuarii p. 19. putasse, ineptas etymologias ab alio esse additas. Quoties vero istud opus, *vorago fabularum* ab aliis habitum dictumque, saec. XV. et init. saec. XVI. sub prelis iudarit et in alias linguas sit translatum, incredibile paene videtur. Nam Fabric. et h. l. et in salutari luce, admodum exiguum numerum adtulit: nubem vero, heu propemodum immensam editionum atque versionum excitavit Panzer. in Annal. typogr. ex quibus omnes illas reserere taedavit me, praeterea veritum, ne tempore et lectorum patientia abuterer. v. indices ad illos Ann. typ. vol. V. pag. 454-456. et vol. XI. pag. 184. sq. ibique multae edit. Iac. de Viragine *Sermonum de tempore et Sanctis* et *Sermonum de Sanctis* enumerantur. Quasdam tamen antiquiss. edit. historiae istius ex illis Annal. memorare lubet. — in vol. IV. p. 12, 66. ed. a. 1474. fol. sine loci nota. — vol. II. p. 275, 28. edit. Paris. per Vdalric. Gering, Mart. Crancz, et Mich. Frisburg. a. 1475. fol. (Fabric. in Add. ad vol. IX. vet. ed. citat ed. Paris. 1476. fol.) — vol. I. p. 280, 37. ed. *Conradi de Hoemborch*, Colon. 1476. fol. — vol. II. p. 174, 28. ac p. 180, 54. edit. Noriberg. auctam multorum Sctorum, quas variae dioeceses venerantur, legendis, per Io. Senfenschmid et Andr. Frisner. 1476. fol. max. ib. pag. 180, 54. per Anton. Koburger. 1478. fol. et saepius. — pag. tamen 213, 225. edit. Noriberg. per Ant. Koburg. a. 1493. a Fabricio quoque citatam, Panzer dubiam esse censuit. — Vol. I. p. 354. a. edit. Daventriens. per Rich. Passraed. 1479. fol. — vol. IV. pag. 151. 211. 212. etc. tres memorantur edd. sine loco et anno. p. 151. nr. 709. Legendae Sctorum Hungariae in Lombardica historia non contentae, f. l. et a. in fol. Sed haec sufficiant: cui volupe erit plures cognoscere editiones, is adeat Panzer. II. citt. — De edit. versionis italicae Venet. 1475. typis Nic. Ienson. v. *Esame - ovvero Storia critica*, di Nic. Ienson opera — da *Giacomo Sardini*, libro II. Lucae, 1797. fol. part. VII. cap. 1. pag. 69. sqq. — *Erasmi Schmidii* Calendarium etymologicum ex Lombardica Historia Iac. de Voragine — congestum. v. in *Io. Ge. Schelhornii* Amoenitatibus litterar. tom. XI. pag. 324 - 361. Francos. et Lipf. 1729. 8. — *Venetis* in bibl. Marc. in quatuor codd. MSS. sunt *Iac. Virag.* Legendae Sctor. v. catal. codd. latin. Marc. p. 148. et p. 149. in cod. CCCLVI. Legendae Sctor. facile ad usum chori. — Ibid. inter codd. *Nannian.* in lingua italica scriptos aliquot legendae ex opere Iac. de Voragine, italice versae, in cod. LXVII. vid. cl. *Morelli* cat. codd. Nan. italice scriptorum p. 68. sq. — *Florentiae* in bibl. monast. b. Mariae, *Iac. de Vorag.* Sermones s. vitae Sctor. diuisae pro singulis mensibus. vid. *Montfaucon*, diar. ital. p. 372. — *Paris.* in bibl. publ. triginta et quatuor codd. MSS. sunt, qui continent illas Legendas, et in septem codd. sunt Iac. de Voragine sermones, v. indic. ad cat. codd. illius bibl. tom. IV. p. LXV. vt aliarum praetermittam bibliothecarum catalogos. Add. Biblioth. selecta hist. ecclesiasticae, Venet. 1776. 8. pag. 193. seq. *Hart.*

*Ioannis Timmathensis* Historia aurea a. 1360. scripta 3 grandibus voluminibus MS. in bibl. Lambethana, et Sanctilogium Britanniae MS. cum supplemento in bibl. Collegii corporis Christi apud Cantabrigienfes, et in Cottonian. Ex hoc Sanctilogio multa ad ver-

bum repetiisse *Ioannem Capgrauum*, notat *Causus* ad a. 1366. Prior tamen ad fabulas lectori commendandas ostenditur a *Wilhelmo Nicholsono* in bibliotheca scriptorum Angliae p. 98. — [Mentio quoque editionis a. 1521. fol. sine loco. Exiit etiam in lucem publicam Lugd. 1514. 1543. fol. Argentor. 1513. fol. Idem catalogus sollemter quidem collectus est; sed immixta quoque sunt, quae fide carent. *Sixt.*] Omitto alia inedita opera de sanctis, quae a *Bollando* memorantur, *Petri Calonis* <sup>aa)</sup>, *Bernardi Guidonis* episcopi Lodeuensis, *Ruggerique* et *Arudulphi* monachorum Fuldensium, et *Ioannis Gilemanni* atque *Antonii Gentii*.

*Petri de Natalibus*, Veneti, catalogus Sanctorum diuisus in XII. libros et absolutus a. 1382. (de quo supra §. IX. memini) prodit primum Vicentiae 1493. fol. cum nonnullis Sanctorum gestis ab *Antonio Verle*, nobili Vicentino, subiectis: hinc Argentinae 1502. 1513. fol. 1562. Lugd. 1508. 1514. et 1519. fol. et ex emendatione *Alberti Castellani*, Veneti, qui et ipse vitas plures addidit, Venet. 1516. 4. Denique Lugd. 1543. fol. Diligentissime de hoc Petro Natali differit *Apostolus Zenus* in Diario Veneto, Giornale d'Italia tom. XVI. pag. 449-468. *Fabr.* [recus. in *Apost. Zeni* Dissertazioni Vossianae, tom. II. Venet. 1753. 4. p. 31. sqq. et quidem p. 35-39. de catalogo Sctorum. — De ed. Vicent. 1493. fol. v. *Panzer* A. T. vol. III. p. 521. nr. 83. vbi etiam p. 481. nr. 1387. ex *Maittaire* A. T. citatur edit. Venet. 1509. fol. Add. ed. f. l. 1521. fol. v. *Goetz* Memor. bibl. Dresd. II. 459. *Harl.* — Hicce catalogus est compilatio e *Iacobi de Voragine* Legenda aurea de vitis Sctorum maxime, nec non aliorum auctorum scriptis, sine delectu facta, continetque multa subleuae ac fallacis fidei. Incipit ab aduentu Domini seruatoris nostri, desinitque in *S. Luciano* episcopo. *Sixt.*]

*Rudolphi de Riio* decani Tungrensis, qui a. C. 1403. 3. Nov. obiit, Calendarius ecclesiasticus generalis, quem ad calcem *Vsuardi* vulgauit *Io. Molanus*, Louan. 1568. 8.

*Antoninus* Florentinus, ord. Praed. archiepiscopus Neapolitanus <sup>bb)</sup> a. 1459. defunctus, in summa Historiali siue Chronico, quod ab orbe condito ad sua tempora perduxit, multa etiam passim de Sanctis et eorum gestis copiose commemorauit. Prodit tribus voluminibus in folio Venet. 1482. Norimb. 1484. Basil. 1491. et denique Lugduni 1583. ex recensione *Petri Mauri* S. I. qui notas etiam addidit. [P] De Antonino hoc adeundus *Papebrochius* ad 2. Mai. tom. I. p. 311. ad 338. et de scriptis eius p. 322. seq. Vide etiam ad tom. VII. p. 553. 681. seq.

## Index

aa) *Petri Calo*, f. *Calotii*, Dominicanus, qui circa a. 1310. vixit, vitae Sctorum, duobus voll. in fol. instae seruantur Bononiae, teste *Iac. Echar-do* tom. I. de scriptor. ord. Praed. p. 511. At *Fabriz* noster in salutari lucra. evang. pag. 215. nescit, sit, alijs ne sit, qui nonnulli *Petrus Clodienfis*. *Harl.*

bb) Secundum alios fuit archiepiscopus Florentinus. Istius summa historica spirat genium saeculi, quo vixit, quippe credulum fabulisque indulgentem. Vitam eiusdem a *Vincenzio Mainardo* scriptam legimus in *Laurentii Surii* vitis Sctorum. *Sixt.*

*Index SS. Martyrum* quorum corpora S. Gregorii M. temporibus Romae quiescebant, editus ab eruditiss. Muratorio tom. II. Anecdotor. Latin. p. 191.

[*Diui Georgii Florentis Gregorii*, episcopi *Turonici* opera, scil. de gloria martyrum et confessorum libri III. de miraculis S. *Martini Turonensis* libri IV, de vitis patrum liber unus, de septem dormientibus in maiori monasterio prope Turonem liber unus; diligenti opera et fide veterum codd. exscripti emendati et aucti labore et industria *Jo. Balesdens.* partt. II. Per. 1640. 12. II. voll. et in Bibl. max. patrum Lugd. tom. XI. p. 183. sqq. *Harl.*] — Hic quoque memoranda est *Paulli Aringhii* Roma subterranea nouissima, vulgata Romae 1651. Paris. 1659. locupletiori et emendationi cura; deinde recusa Arnheim. 1671. cum figuris; huiusque translatio teutonica cum titulo: *Unterirrdisches Rom, durch Christoph. Baumann* verteutscht. Arnheim. 1668. cum figg. vid. Bibl. Thomastianae: tom. p. 488. a *Ge. Wolsge. Panzero* editae. Imprimis euoluatur historia biblioth. Fabricianae, part. II. §. 80. Agitur inter alia in illo opere raro de catacombis, vel quasi sepulcris veterum martyrum christianorum, inscriptionibus peculiaribus insignitis. Adtentione porro dignus est liber, Romae 1720. editus: *Osservazioni sopra i Cimiteri de' Santi Martiri et antichi Christiani di Roma* II. voll. fol. Narratio fusiore de Catacombis affertur in: *Jo. Georg. Keysslers* neuester Reise etc. Hannover. 1740. tom. I. p. 655. sq. tom. II. pag. 19. seqq. *Sixt.*]

*Necrologium* S. Dionysii, vulgatum a Mich. Fellblenio, monacho Benedictino in Historia Abbatiae regalis S. Dionysii edita gallice, Paris. 1706. fol. Plura eiusmodi inedita necrologia memorat *Labbens* in Bibl. noua MStorum pag. 33.

[„Scripta de vitis Sctorum multis esse fabulis repleta, dolenter scribit ac fatetur magnus romanae ecclesiae doctor et episcopus Canariensis, *Melchior Camus* in locis theolog. libr. II. cap. 6.“ sunt verba *Jo. Fabricii* in excit. histor. bibliothecae illius. *Sixt.* — Legete das siue vitas Sctorum reiici ab ipsis doctioribus pontificiis, scribit *Rich. Simonius* epist. sel. 8. tom. I. pag. 93. *Henm.*]

*Recentiorum collectiones de Sanctis.*

*Bonini Mombratii* Mediolanensis *Legendarium* siue *Acta Sanctorum* II. Volum. fol. Mediolan. 1474. raro obuium opus. *Fabr.*

[Eiusmodi collectionum catalogus, si opus, aut potius non alienum videretur ab instituto et consilio bibliothecae graecae, posset vel ex Panzeri A. T. (vide ind. vol. V. p. 450. sq. et XI. pag. 178. alibi sub nominibus collectionum,) valde amplificari. Quare breuitatis studio tantum hic excitabo antiquiores editiones *Vitarum Sctorum*, Norimb. 1478. 1483. fol. — Venetiis 1483. fol. 1500. 4. — Casellae 1481. 4. — sine loci nota, 1483. 1485. fol. 1500. in 4. — Vlnae sine anno, fol. (Colon.) f. l. et a. fol. — sine l. et a. fol. etc. *Harl.*]

Anonymi



Anonymi qui circa a. C. 480. vixisse perhibetur, sub titulis digestum *magnum speculum exemplorum* editum Daudentriae 1481. Colon. 1485. Argentinae 1487. et 1497. Hagenoae 1519. et a Ioanne Maiore S. I. recensitum ac locupletatum, Duaci 1607. Antwerpiae eodem anno, et Colon. 1611. 8.

*Vitae patrum*, hominum lumen, coeli via. 1507. fol. Eadem vitae saepius reculae, variis locis et denique emendatius editae ab Heriberto Rosweido, de quo supra pag. 27. seq. [conf. Casp. Burmanni Traiectum eruditum pag. 314. Harl.]

[*Hermani Bonni* Farrago praecipuorum exemplorum de apostolis, martyribus, episcopis et sanctis patribus veteris ecclesiae etc. Halae Suevor. 1539. 8. sine mentione typographi. Harl.]

[De cardinal. *Quignorii* vitis Sctorum agit *R. Simon* epist. select. tom. I. nr. 37. *Huin.*]

*Viola sanctorum*, Hagenoae 1508. 4.

*Hieronymi de Villautis*, canonici regularis, *Panis quotidianus*. ib. 1509.

*Iac. Fabri* agones martyrum primi mensis. Paris. 1525. et Rom. 1559. fol. edit. rariusque et ipsi obui.

*Georgii Wissli* Hagiologium siue Historia de Sanctis Dei. Mogunt. 1541. fol.

*Vitae patrum* in usum ministrorum verbi, quoad eius fieri potuit repurgatae per *Georgium Maiorem* cum praefatione D. Mart. Lutheri. Witteberg. 1544. 8. et 1559. et 1578. et germanice interprete Sebastiano Schwan, pastore Ratzeburgensi Lubec. 1654. 8.

*Theodori Lohes a Stratis* Prototypon veteris ecclesiae. Colon. 1547. fol.

*Aloyfii Lipomanni*, Veronensis episcopi, vitae Sctorum tomis octo Rom. 1551-1560. in. 4. de quibus dixi volum. VII. huius Bibl. pag. 732. [f. sec. nostram edit. vol. VIII. p. 647. not. ubi quoque de *Surii* vitis Sctor. quaedam notantur, secund. auctorem Bibl. selectae H. E. pag. 194. sq. Prodiit quoque Lipomanni opus Louanii 1561. fol. et gallice digestum a *Gabriele de Payherhault*, Paris. 1572. fol. Harl.]

*Laurentii Surii* Carthusiani, vitae Sctorum Orientis et Occidentis collectae vndique et per anni seriem digestae sex voluminibus in fol. Colon. 1569. et Venetiis 1581. atque iterum Coloniae 1581. adiuncto septimo tomo supplementi per *Iacobum Mosanderum*. Et denique [P] nouis accessionibus locupletatum ibid. 1618. fol. quatuor Voluminibus (?).

Quod

cc) Quatuor, non, uti scripserat Fabricius, sex voll. hanc constare edit. et 1617. fol. prodisse, multisque Sctorum vitis esse auctam etc. notatur in catal. bibl. Bunau. l. c. pag. 592. et ab

auctore Bibl. sel. H. E. pag. 195. qui praeter ea animaduertit, hanc editionem prioribus longe praefendam esse. Harl.]

Quod passim ipse velut in laudem <sup>44)</sup> profretur Salsus stylum se actorum veterum elegantiae causa mutasse vel contraxisse, ea re exiguam gratiam tulit ab iis qui antiqua monumenta malunt sincera et integra evolvere. Ceterum ex Surio hauserunt Franciscus Haraeus, Fr. Zacharias Lippeolus, Cornelius Grassius alique plures, qui post illum vitas Sctorum latine, italice, hispanice, germanice prodiderunt. *Fabr.* — *Franc. Harusii* vitae Sctorum potissimum ex Lipomanno et Surio breui compendio collectae, et ex Io. Maldonato, Ge. Vicelio aliisque auctae, tertium prodierunt Lugd. 1594. 8. tum Coloniae 1630. fol. — *Lippeoli* I. *Lippeloo* vitas etc. Colon. 1604. 8. IV. voll.

*Petri de Ribadeneira* flos Sctorum, de la vidas de los Santos, etc. hispanice, Matriti 1610. fol. II. voll. et Barcelon. 1623. fol. — tum a *Niembergio*, *Garcia* et *Guerrero* auct. ib. 1705. fol. III. voll. — latine studio *Iacobi Canisii*, Colon. 1630. fol. — gallice cum accessionibus nouarum vitarum *Duwallii*, *Martini*, Paris. 1649. fol. II. voll. — ibid. 1686. fol. II. voll. — Rothomagi, 1655. fol. II. voll. — Ex Lippeloo et Ribadeneira potissimum, aliisque congestit vitas Sctor. *Cornel. Grassius*. Colon. 1616. 8. IV. tom. add. Fabricii salutar. lux euang. pag. 216. sq. *Harl.*

*Heriberti Rosweidi* Vltraiectini S. I. Fasti siue catalogus alphabeticus Sanctorum quorum vitae in Belgicis bibliothecis manuscriptae: Antwerp. 1607. 8. Eiusdem vitae Sctorum ibid. 1619. fol. et auctiores, 1629. fol. duobus tomis. Vitae sanctarum virginum quae in saeculo vixerunt, cum tractatu de statu virginittis ibid. 1626. et 1642. 8. Silua eremitarum Aegypti ac Palaestinae 1619. 4. De eiusdem Rosweidi vitis patrum abunde dictum supra, pag. 27. seq.

*Alta Sanctorum* ex Rosweidi consilio, industria incredibili, maximoque labore collecta, recensita, aditaeque et ad extremum mensis Iunii perducta a Iesuitis Antwerpiensibus *Io. Bolland*, *Godfrido Henschenio*, *Danielo Papebrochio*, *Francisco Baertio*, *Conrado Janninga*, *Nic. Rayao* et *Io. Baptista Solerio*, etc. tomis satis spissis XXV. [vltra XL.] in fol. quorum primus lucem vidit Antwerpiae 1643. postremus 1717. [1786.] Bollandus operi immortuus est a. 1665. 12. Sept. aetat. 71. Henschenius a. 1681. aetat. 81. Papebrochius a. 1714. 28. Iun. aetat. 87. <sup>45)</sup> Ianuarius mensis duobus tomis absoluitur, Februarius tribus, Martius tribus, Aprilis totidem, Maius septenis. [Iul. opera Janningii, Sollerii, Io. Pinii, Guil. Cuperi et Petri Roschii, 1719-1731. voll. VII, — Augustus, opera Sollerii et rell. ac Io. Stiltingi, 1733-1743. voll. VI, — Septembris, opera Pinii, Stiltingi, Io. Limpeni, Io. Veldii, Constantini Syskenii, et Io. Perierii, 1746-1748. voll. VIII, — Octobris voll. V. quorum vltimus prodit 1786. ex quibus voll. XXIV. Antwerp. vol. autem XXV. et XVI. sqq. Bruxellis edita sunt. *Harl.* Prodiit etiam

<sup>46)</sup> Confer Dallaeum cap. IV. de usu patrum pag. 32. Certe veri studiosis non admodum placet viri industria, ac quod stylo suo plerasque vitas componendo maluit elegantiora, quam veriora dare, inquit Combessius tom. I. Bibl. Concionatoriae pag. 23.

<sup>47)</sup> Vide Bollandi vitam ante tom. I. Martii, Henschenii ante tom. VII. Maii, Papebrochii ante tom. VI. Iunii.

Vol. X.

X

etiam sextum Oct. volumen f. LII. vniuersi operis, sed admodum rarum est. anno IX. et XI. resp. Gall. frustra tentata est operis continuatio: v. *Camus* Iter per Belgium tom. II. pag. 47-56. vers. germ. et *Meusel* bibl. histor. I. I. pag. 306. sqq. *Beck.*] Censura inquisitionis Toletanae aduersus acta Sanctorum pridem, deferentibus, vt est credibile, a Carmelitis vibrata <sup>ff)</sup>, ante aliquot iam annos reuocata est. Qui autem elaborandi restant sex [aut potius nunc duo] menses posteriores, vix videtur spes illos intra breue adeo tempus lucem visuros esse, si verum est quod audiui, laborem omnem colligendi Acta eiusmodi viros iam memoratos et excerptendi studium ac primores sex menses, velut vltorius vita et industria non profectura, circumscripsisse. *Fabr.* [et, mutatis in praesenti rebus, nulla aut exigua continuationis spes superesse videtur. *Fabric.* exemplari suo adscripserat: „Io. Bapt. Sollerii expositiorem de Io. Petri a Ludewig, qui in Acta S. S. inuectus erat, lege in Act. erudit. Francon. part. 13. p. 37. sqq.“ — *Conf. Io. Vogt* catal. librorum rarior. (Hamburg. 1738. 8.) pag. 5. sq. vbi quoque memoratur consilium Albrizzi et Coleti, bibliopolarum Venet. Editionis operis repetendae. — Tres tomi ad mensem Februar. pertinentes sunt inprimis rari. — Acta autem ista vberime recensentur et de illis ac superiorum quorundam laboribus eiusdem generis indicatur in: *Baumgartensi* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. I. p. 134. sqq. p. 239. sqq. p. 351. sqq. et p. 525. sqq. — tom. II. p. 126. sqq. inprimis pag. 132. sqq. et p. 147. sqq. p. 153. sqq. ipsius Papebr. iudicium de sublesta quorundam actorum sanctorumque fide. — tom. III. p. 37. sqq. ac pag. 58. sqq. de *Vsuardi* martyrologio, quod est in tom. VI. et VII. Iunii. — tom. IV. p. 34. sqq. denique m. August. voll. VI. in tom. IV. p. 128. sqq. — In *Baumgartensi* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. VIII. p. 493. sqq. recensetur liber, in quo et *Benedicti XIV.* iudicium de actis Sctor. et responsio, continetur: Epistola — *Benedicti XIV.* ad Presbyteros societatis Iesu, qui Acta Sctorum edunt Antwerpiae, vna cum responso eorundem ad eundem etc. Antwerp. 1751. mai. 4. — Ex actis Sctor. sunt excerpta facta. Huc pertinent: Breuis notitia Italiae, Hispaniarum, Galliarum, Belgii, Germaniae et regnorum vicinorum, ex actis Sctorum Ianuarii et Februarii excerpta et digesta. Antwerp. 1658. 8. et, Breues notitiae triplicis status ecclesiastici, monastici et secularis, excerptae ex Actis Sanctorum Ian. Februarii et Martii, ibid. 1668. 8. — *Lambec.* in comment. de bibl. caesar. et Kollar. in notis, de locis Actorum saepenumero agunt, eodd. recensent, nec raro refutant Bollandum etc. c. gr. in vol. IV. p. 75. 82. sqq. pag. 129. 142. 173. 243. sq. p. 287. 443. sq. et ita in reliquis tomis, locis perquam multis. *Harl.* — Omnia Sctorum Acta tam ex codd. MSS. quam ex libris impressis colligere, multisque voluminibus edere, notis quoque illustrare voluit *Surius*; morte vero praeviente impediabatur, quo minus propositum opus, vires vnus exsuperans, ipse absolueret; illius vero continuandi operam susceperunt editores, qui ab anno 1719. vsque ad an. 1786. primum Antwerpiae, dein Bruxellis ediderunt. Fuerunt vero *Conrad. Ianning*, *Io. Bapt. Sollerius*, *Io. Pin.*, *Guil. Cuper.*, *Petrus Bosch*, *Io. Stilting*, *Io. Limpen*, *Io. Veld*, *Constantinus Suyken*, *Io. Perier*, *Urbanus Sticker*, *Io. Cleus*, *Cornel.*

<sup>ff)</sup> Vide, quae praemissa sunt tom. I. Iunii. *Niceron.* Nachrichten von berühmten Gelehrten, tom. II. pag. 324. sqq. et *Helyot* Histoire des ordres monastiques, tom. I. pag. 282-300. *Harl.*]

*Cornel. Bynne, Iac. Bueus, Ios. Ghesquier, Ignat. Huben, Io. Baptista Fonso.* — Editores horum actorum propterea in offensionem Carmelitarum incurrebant, quia prophetam Eliam auctorem esse ordinis Carmelitarum negauerunt. Pugnatum est ab his contra illos nonnullis scriptis, e. g. Ordinis Carmelitani in Belgio prouincialis, *Sebast. a S. Paulo* scripsit libellum supplicem pro ordine et antiquitate ordinis Carmelitarum variisque illius historiis, 1683. Romanque ad papam Innocentium XI. transmisit. Quum vero nihil obtinuisset hic libellus, post decem annos idem auctor alia scripta pontifici Innocentio XII. obtulit, nempe: Exhibitio errorum, in actis Sctorum a Papebrochio <sup>66</sup>) commissorum: Motium iuris: Appendix ad Motium. v. Acta eruditor. pro anno 1696. p. 132. Iesuitae autem suam causam strenue defenderunt variis scriptis apologeticis, quae itidem indicantur in Actis eruditor. an. 1696. p. 132. lqq. et an. 1698. pag. 81. 129. Comparuerunt e. gr. *Conradi Ianningi* apologia pro actis Sctorum contra *Sebast. a S. Paulo*, prouincialem Carmeli Flandro Belgici, Antwerp. 1695. 8. — *Dan. Papebrochii* responsio ad exhibitionem errorum per *Sebast. a S. Paulo*, part. III. quarum prima Antwerp. 1696. 4. — secunda ibid. 1697. 4. et tertia ibid. 1698. 4. prodit. — *Nicol. Raynei* responsio ad memoriale, in quo *Sebast. a S. Paulo* aduersus Acta Sctor. et personam *Dan. Papebrochii* adcusationes suas reuerat, Antwerp. 1699. 4. — Impressa quoque fuit Apologia pro hagiographis Antwerpensibus societatis Iesu, aduersus tres insulas epistolas. Colon. 1734. — Multa quidem occurrunt in actis Sctorum, quae veri studioso minus satisfaciant, tam fictitia, quam dubia: attamen laude sua non priuandi sunt illorum editores, propterea quod in praefationibus praemissis, dissertationibus atque obseruationibus ad notitiam antiquitatum et historicorum monumentorum operam contulerunt utilem. Huius generis specimina, in peculiari opere collecta, sunt edita, cuius titulus est: *Thesaurus ecclesiasticae antiquitatis et sacrae et profanae eruditionis, in quo dissertationes, tractatus, diatribae praefliminares aliaque praestantia monumenta, quae a Bollandio ceterisque societatis Iesu hagiologis Antwerpensibus in omnibus fere de actis Sctorum voluminibus conscripta, sparsim occurrunt, coniunctim exhibentur.* tom. III. quorum duo priores Venetiis 1749. tertius vero ibid. 1751. in fol. publice comparuerunt. *Sixt.*

*Theodorici Ruinarti*, monachi Benedictini, Acta martyrum sincera et selecta cum notis. Paris. 1689. 4. et auctiore editione Amstelod. 1713. fol. [P] et gallice a *Droueto de Maupertuy*. Paris. 1708. 8. duobus volum. *Fabr.* — Ad editionem Amstelodamensem suam contribuit industriam *Petrus Poirotus*. vid. praefatio generalis huius *Posthumis*, Amstelodam. 1721. editis praemissa. Habemus quoque operis *Ruinartini* editionem Veronensem a. 1731. fol. Conf. Sammlung von alten und neuen theolog. Sachen, 1733. p. III. *Dodwellus* paucos fuisse martyres contendit; cuius opinionem impugnauit *Ruinartus* in praefatione suo libro praemissa, aliaque protulit ad illustrandam martyrum historiam. [Praefatio eius generalis in Acta martyrum est quadripartita, p. I-LXXVII. et 1) agitur

X 2

gg) Conf. *Dallacum* cap. IV. de usu patrum, pag. 81. 82. Certe veri studiosis non admodum placet viri industria, ac quod stylo suo ple-

rasque vitas componendo maluit elegantiora, quam ueriora dare, inquit *Combesius* tom. I. Biblioth. Concionat. pag. 23.

de ipsius Actis eorumque descriptionibus atque collectionibus: 2) sequuntur dissertationis XI. Cyprianicae *H. Dodwelli* de paucitate martyrum confutatio, quantum ad eius argumenta siue rationum pondera; et 3) eiusdem confutatio, quantum ad res facti, ex recensione singulorum persecutionum; 4) denique differitur de persecutionum causis et effectis, martyrum fortitudine et honoribus, atque cautionibus circa eosdem adhibitis. *Harl.*] — Laudem egregiae a *Ruinarto* praestitae industriae ipsius liber meretur, etiamli quoque non omnia, ab ipso relata, fide sint accipienda, ac nonnulla omissa deprehendantur, quae omitti non debuissent. Attamen, quia *Ruinartus* iudicium criticum adhibuit ad reprobandum minus probanda, quod adinet ad Acta martyrum, aduersarium expertus est *Laderchius*, qui adortus est illum libro peculiari, Romae 1723. 4. duabus part. vulgato: *Acta Sanctorum Christi martyrum vindicata*, in quo satis inepto conatu omnes de martyribus narrationes, apertam fabularum speciem prae se ferentes, ceu creditu dignas, laudat, et illos, qui dissentiunt ab ipso, acriter vituperat. *Sixt.* *Acta martyrum P. Theodorici Ruinart opere ac studio collecta, selecta atque illustrata.* Accedunt praeterea in hac editione Acta SS. Firmi et Rustici ex optimis codd. Veronenfis. — Edita per *Bernard. Galura*, SS. Theol. Doct. etc. Augustae Vind. 1802. 1803. III. voll. 8. *Beck.*

*Ambrosii Nouidii Pracci* Fastorum sacrorum libri XII. ad Paulum III. pontificem, Antwerp. 1559. 8.

*Petri Iusti Sautel*, S. I. Annus sacer poëticus. Lugd. 1679. 12.

*Claudii Chiffellani* (Chastelain) canonici ecclesiae Parisiensis Hagionomaëticum siue vocabularium hagiologicum, hoc est, Index locupletissimus Sanctorum, quorum nomina vulgari vsu corrupta feruntur, addita notatione temporis, quo floruerunt, et dici, quo memoria eorum in ecclesia recolitur, praefixus exstat Aegidii Menagii originibus linguae gallicae Paris. 1694. fol. longeque plenior et accuratior est similibus indicibus, quos dedere *Claudius Robertus* in Gallia Christiana, et in anno suo sancto gallice edito Philipp. Labbeus S. I.

*Tiofridi* opus de Epitaphiis Sanctorum.

*Simonis de Peyronet* catalogus Sanctorum et Sanctarum cum notis, liber postumus editus Tolosae 1706. 4. Nonnulla omissa ab eo et male posita Sanctorum nomina notantur in *Memoriis litterariis Treuoltinis* illius anni pag. 1581. seq.

*Calendaria*, quae exstabant in Missalibus antiquis, vt *Alberti Krantzii* secundum ritum laudabilis ecclesiae Hamburgensis: Argentor. 1509. fol. et in missali secundum ritum ecclesiae Bremensis ibid. 1511. etc.

*Specimen Calendarii ecclesiastici*, continens festa, Sanctorumque nomina per totum annum cum breui commémoratione, qui qualesque fuerint et quare memoria eorum calendario sit illata. Holmiae 1708. 4.

*Omitto sermones de sanctis*, vt sunt Parati. Norimb. 1500. fol. etc.

*Io. Olorii Lulitani*, Colon. 1602. 8.

Henrici

Henrici Engelgraeve Coeleste Pantheon, siue coelum nouum in festa et gesta Sctorum. Col. lon. 1659. 8. Lucis euangelicae pars III. etc. *Fabr.*

[Augeri potest hic et sequentium Hagiologiorum etc. catalogus ab iis potissimum, qui in bibliothecis Pontificiorum, qui vocantur, amplissimis, praesertim in iis quae ex sublati monasteriis mire sunt locupletatae, sedent, et otio abundant. At enim, quia plurimum eiusmodi generis scriptorum notitia omnino longeque abest a consilio et instituto bibliothecae graecae, ut alias praetermittam omissionis causas haud illegitimas; nolo plura congerere et huic pistrino operam addicere. Duo tamen scripta, quae huc pertinent, sunt adhuc iis, quae adduxit ven. *Sixt.*, addenda. — Nouissima martyrologii et vitarum Sanctorum graece scriptarum collectio est, quam in manibus habeo: Νέον ἐκλόγιον, περιέχον βίαις ἀξιολόγησις διαφόρων ἁγίων καὶ ἄλλα τινὰ ψυχῶφελῶ διηγήματα. Ἐκλεχθέν ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων βιβλίων, εἰς ἀπλὴν τε φράσιν μεταγλωττισθέν, καὶ νῦν πρῶτον τυποῖς ἐκδοθέν, διὰ συνδρομῆς φιλοχρίτε τινος χριστιανῆ, εἰς κοινὴν τῶν Ὁρθόδοξων ὠφέλειαν. Ἐνετίησιν. φωγ. 1803. παρὰ Νικολάω Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ἰωαννίνων, in mai. 4. Triginta et sex Sanctorum et Sanctarum vitae enarrantur. Prima est Photines a. Chr. 66. vita, et vltima Hierothei a. Chr. 1686. Sequuntur breviores narrationes, in his oratio Theodori Prodromi F. — Alter libellus est quodammodo similis vulgaribus nostris calendariis, quae quotannis prodire solent; Μητολόγιον πρὸ χειρὸν τῆς χιλιοστῆ ὀκτακοσιοστῆ πέμπτῃ ἔτης. 1805. Μεταπροσθήκης τῶν Μηνῶν Ἑλληνῶν, Ἑβραίων, καὶ Τέρκων, καὶ ἄλλων διαφόρων ἀξιολόγων ἐσθήσεων. Ἐνετίησι. Παρὰ Νικολάω Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ἰωαννίνων, in minima forma. *Harl.* — Fabricianis adicere iuvat monimenta litteraria, quae sequuntur:

Francisci Combesfisi, librum, quem inscripsit: *Illustrium Christi martyrum lecti triumphi, vetustis Graecorum monumentis consignati.* Paris. 1660. 8. Graeca latine vertit et notis illustravit Combesfius.

Nec omnino vilipendendum librorum singularium curiosis opus 2. voluminibus confectumque f. 4. Schweidniti 1725. cum praefixo titulo: *Gelstreiche Gesänge und Lieder auf alle Sonntagsevangelien und Episteln, 9 Theile mit 245 feinen Kupferstichen.* (quae imagines aeneae Sanctos horumque facta repraesentant.)

In primis vero commemorandum est opus nitidum splendidumque, quod edendum curauit Stephanus Euodius Asserianus Romae 1746. fol. mai. hoc titulo insignitum: Acta Sanctorum martyrum orientalium et occidentalium in duas partes distributa. Accedunt acta S. Simeonis Stylitae. Omnia nunc primum sub auspiciis Iohannis V. Lusitanorum regis e bibliotheca apostolica Vaticana prodeunt. Steph. Euod. Asserianus archiepiscopus Apamensis chaldaicum textum recensuit, notis vocalibus animauit, latine vertit, admonitionibus perpetuisque adnotationibus illustravit. Typis Iosephi Collini. Pars I. complectens paginas 301. P. II. paginas 445. explens. Huius operis, quod e bibl. acad. Altorf. in manibus habeo, pleniorē ematrationem addere iuuant. Post dedicationem, quae Iohannis V. Lusitaniae regis elogium continet, occurrit praefatio satis ampla,

qua testatur *Assmannus*, se usum esse in conficienda tota historia martyrum Orientalium et Occidentalium variis diuersisque MSS. codicibus Vaticanae bibliothecae. Horum codicum momenta historica enarrat et quam polleant auctoritate adlaborat euincere, nec non de difficultatibus, quibuscum ipsi codices scrutanti pugnandum fuit, conqueritur, et qua ratione vicerit illas ostendit. Tandem sibi ipsi hisce gratulatur verbis: „Satis superque ad rem huius operis vniuersam enucleandam explicandamque fecisse nos arbitramur, multis iisque implicatissimis sed opportunis ad rem quaestionibus discussis, germanitatem codicum, e quibus haec acta eruimus, demonstrando, non leuibus, vel ex triuio emendicatis coniecturis; sed inuictissimis et ad Criticae leges exactis rationum momentis, quorum pondus Eruditorum iudicio aestimandum aequo animo lubenterque relinquimus.“ Sane admirandus est labor assiduus, quem pertulit *Assmannus* in suo opere exarando exornandoque. Singulorum Sanctorum vitis eiusmodi praestruxit admonitiones, quae ad historiam illorum illustrandam hinc inde conquisitis suppetiis multum conferunt, deinde textum syriacum vniuscuiusque martyrii versione perspicua congruentique interpretatus est. Adhaec subiunctae sunt vberiores adnotationes, quibus codicum habitus significatur et quae in textu explicatione indigent, diligenter adferuntur. Totum *Assmanni* opus quas quidem martyrum enarrationes offerat: ex sequentibus cognosci potest. Martyrium *S. Simeonis Barsabae*, episcopi Seleucia et Ctesiphontis, sociorumque eius *Abdhaiclae* et *Hananiae*, presbyterorum aliorumque centum diuersi ordinis virorum: nec non *Guhsciatazadis*, eunuchi regis Nutricii, *Phusikii Karugabari*, eiusque filiae virginis Deo sacrae. — Certamen plurium martyrum et *Azadis* regis eunuchi. — Martyrium sanctarum, *Tharbae* virginis eiusque sororis Deo factae et ancillae item virginis. — Martyrium *S. Milis*, episcopi Sulae, *Abröfmi* presbyteri et *Sinae* diaconi. — Martyrium *S. Sciahduftis*, episcopi Seleucia et Ctesiphontis et 128. sociorum. — Martyrium *S. Barsabiae*, coenobiarchae et decem eius sociorum nec non cuiusdam magi etc. — Martyrium *S. Narsetis* episcopi, et *Iosephi* eiusdem discipuli, ex vrbe Sciaharcadata prouinciae Beth-Garmeeae, nec non aliorum XX. martyrum. — Martyrium *S. Danielis* presbyteri et *Vardae*, virginis Deo sacrae, — Acta SS. CXX. martyrum, inter quos nouem virgines Deo sacrae: reliqui sacerdotes, diaconi, et diuersorum ordinum clerici. — Martyrium *S. Barbasemini*, episcopi et sociorum. — Passio SS. martyrum, qui variis in locis a praefectis interempti sunt, praeter eos, qui in regis foro occubuerunt. — Martyrium *S. Iacobi*, presbyteri et Mariae eiusdem sororis, sacrae Deo virginis. — Martyrium *S. Theclae*, *Mariae*, *Marthae*, *Mariae* et *Anae*, virginum Deo sacrarum. — Martyrium *S. Barhadbesiabae*, diaconi. — Acta SS. martyrum captiuorum. — Acta SS. quadraginta martyrum, *Abdae* et *Ebediesu*, episcoporum, *Abdallahae*, *Simeonis*, *Abrahami*, *Abae*, *Aiabelis*, *Iosephi*, *Hani*, *Ebediesu*, *Abdallahae*, *Iohannis*, *Ebediesu*, *Maris*, *Barhadbesiabae*, *Rozichaei*, *Abdallahae* et *Ebediesu*, summatim sexdecim, omnium presbyterorum; *Eliabi*, *Ebediesu*, *Hani*, *Mariabi*, *Maris*, *Abdias*, *Barhadbesiabae*, *Simeonis* et *Maris*, summatim nouem, omnium diaconorum; *Papae*, *Eusebi*, *Ebediesu*, *Phachidi*, *Samuelis*, et *Ebediesu*, summatim sex, omnium monachorum; *Mariae*, *Tathae*, *Enae*, *Adranis*, *Mamae*, *Maris*, et *Marachae*, summatim septem, omnium virginum, Deo sacrarum.

ficarum. — Martyrium S. *Bademi*, coenobiarchae. — Acta sanctor. martyrum, *Acephinus*, episcopi, *Iosaphi*, presbyteri, et *Athilabae* diaconi.

Hanc enarrationem excipiunt Acta aliorum martyrum Orientalium in Perside excruciatorum e codice chaldaico Nitriensi Vaticano II, quippe Acta SS. martyrum, *Ionas*, *Bri-chiesu*, *Zebinas*, *Lazari*, *Moruthas*, *Narfetis*, *Eliae*, *Maharis*, *Habibi*, *Sabas*, et *Scambaitae*. — Acta SS. martyrum, *Sapotis* episcopi, *Beth-Nictoris*, et *Isaaci* episcopi Carthae Beth-Seleucia; nec non *Maharis*, *Abrahami* et *Simeonis*. — Martyrium beati atque incliti *Maharfaporis* qui in tenebricoso lacu coronatus est. — Martyrium beati *Iacobi* intercessi, ex regia vrbe Beth-Lapeta. — Sequuntur Acta martyrum occidentalium, praemissa praeter alia dissertatione de *Eusebiana actorum veterum martyrum collectione*. — Martyrium S. *Luciani* et *Marciani* d. 26. Nouembr. — Martyrium SS. *Victorini*, *Kiftoris*, *Nicephori*, *Claudian*, *Diodori*, *Serapionis*, et *Papii*, d. 28. Febr. — Martyrium SS. *Stratonice* et *Seleuci*, quod Cyzici subierunt. — Acta septem martyrum, *Athletarum Christi*, *Hipparchi*, *Philothai*, *Iacobi*, *Paragri*, *Halibi*, *Romani* et *Lolliani*, qui sub *Maximiano* passi sunt, Samosatae. — Martyrium S. *Aguetis* virginis. — Martyrium S. *Procopii*. — Martyrium SS. *Alphaci*, *Zachaei* et *Romani*, d. 17. Nouembr. — Martyrium S. *Timothei*, d. 21. Maii, Gazae. — Martyrium S. *Apiani*, d. 2. Apr. Caesareae. — Martyrium S. *Hedesi*, fratris *Apiani*. — Martyrium S. *Agapii*, d. 20. Nov. — Martyrium S. *Theodosiae*, sacrae Deo virginis. — Martyrium S. *Petri*, qui et *Abfelamus*, m. Ianuar. Caesareae. — Martyrium S. *Theodotae*, meretricis. Adpendicis loco exhibentur: Admonitio in Acta S. *Simeonis* stylitae S. *Iacobi* Sarugensis, Batnarum in Mesopotamia episcopi, ecclesiae syriacae doctoris, de S. *Simeone* stylita homilia.

De discrimine, quod *Assemanus* inter martyres orientales et occidentales constituit, monendum videtur: Significatu peculiari nec infrequenti orientales accipi gentes eas, quae inde ab Euphratis ripa orientali per Mesopotamiam et Chaldaeam ad Tigridem vsque ulteriusque sua habent domicilia; occidentales vero, qui Syriam, Palaestinam, Aegyptumque etiam colunt. Causas adesse dubitationum de fide absoluta codicum, qui historiam definitorum martyrum suppeditant, haud diffitemur, etiamsi noster *Assemanus* in praefatione sua generali praefixa operi erudito, ab ipso edito, tulerit sententiam: „Scimus, non deesse homines eruditae uariis, ut videri volunt, quorum ea est praecipua rerum opinio, ut quidquid veterum monumentorum ex longinquis, maxime vero transmarinis, Asiae regionibus in Europam aduehitur, doli mali fraudisque suspitione non careat.“ Profecto additum argumentum res historicas iudicio haud praecoccupato perpendenti minus satisfacit: „Quasi vero ecclesiasticae eruditionis thesaurus totus quotusque est, quo tot scriptorum volumina“ [*quasi vero cuncta, quae leguntur in illis sint omni exceptione maiora*] „locupletantur, non inde potissimum adlatus ad nostras manus peruenerit, unde haec eadem Actorum collectio depromta in lucem hodie — proponitur.“

Varia



Varia scripta, quae pertinent ad historiam Sanctorum et martyrum, offendimus in bibliothecis Patrum, quarum recensionem ampliorem obtulit *Thomas Ittigius* in tractatu de *bibliothecis et catenis Patrum*. Idemque de variorum martyrum suppliciis egit in *selectis capitibus hist. eccles. saeculi II. cap. 6. pag. 212-292.* — Quaedam ad historiam martyrum pertinentia occurrunt in libro, qui prae se fert titulum: *Censura quorundam scriptorum*, quae sub nominibus Sanctorum et veterum auctorum a Pontificiis, (in quaestionibus potissimum hodie controuersis,) citari solent. In qua ostenditur, scripta illa vel esse supposititia, vel dubiae saltem fidei. Auctore *Roberto Coco*, ecclesiae Leodiensis in agro Eboracensi pastore et olim in florentissima academia Oxoniensi collegii Aenaeinasi socio. In gratiam studiosorum antiquitatis ecclesiasticae quintum recusa. Cura *Gebhardi Theodori Meieri*, Helmstadii, 1683. Inter alia scripta, quae ceu supposititia reprehendit *Cocus*, adlegatur liber: *Passio S. Andreas per presbyteros et diaconos ecclesiarum Achaiae scripta*, a *Surio* in historia Sanctorum tom. VI. Nouembr. 30. commendatus, laudatus etiam a *Lipomano* de vitis Sanctor. P. I. pag. 369. Deinde obuenit liber: *Vita S. Martialis ab Aureliano Lemouicensi episcopo, olim beneficio Martialis a mortuis excitato, descripta*, ad quem prouocant *Garetius* libro de inuocatione Sanctorum, et *Baronius* in Annal. ad an. 74. Dum ostendit *Cocus*, quam mendax sit haec vitae S. Martialis descriptio, testem quoque adfert *Iohannem Hessels a Louanio*, ex huius censura de quibusdam Sanctorum historiis cap. 6. m. Iunio ad finem martyrologii *Vsuarii* editi per *Molanum*, 1568. — In *Ioh. Salom. Samleri capitib. selectis hist. eccl.* plura deprehenduntur, quae respiciunt historiam Sanctorum, e. g. tom. I. p. 425. ex Actis Sanctor. Febr. 4. refert historiolum de S. *Theophilo*, cuius poenitentiae historiam *Eutychianus*, Adanensis in Cilicia clericus, consignasse fertur, p. 462. *Isidorum*, auctorem libri de vita Sanctorum utriusque Testamenti excitat, et pag. 463. *Georgium Florentium Gregorium* libros VII. miraculorum (4. de mirac. Martini, 2. de gloria martyrum, vnum de gloria confessorum) scripsisse commemorat; eademque pag. *Venantius Honorius Clementianus Fortunatus* tamquam auctor vitae S. Martini, et aliorum SS. adlatus est. — De fati martyrum christianorum multa, quae sunt attentione digna, legimus in ampliori opere *Schroeckhii*: *Christliche Kirchengeschichte*, P. II. III. IV. nec non in *Moshemii* Institutionib. histor. eccles. edit. alt. 1764. saec. I. B. I. c. 5. saec. II. P. I. c. 2. saec. III. P. I. c. 2. saec. IV. P. I. Inter plura hoc quidem eius iudicium repetere liceat: „Quae ab his martyribus ab eo tempore, quo in vincula coniecti erant, ad extremam vitae horam dicebantur et gerebantur, ea studiose in litteras referri solebant, ut posteris certis diebus in exemplum proponi possent. At veterum eiusmodi Actorum martyrum perpauca ad nos peruenerunt. Et maxima eorum pars in decem annorum bello a *Diocletiano* aduersus Christianos gesto igne deleta est. Conquirebantur nempe illa tempestate iussu imperatorum omnes libri chartaeque Christianorum et in ignem coniciebantur. Ab octauo quidem saeculo, tam Graeci, quam Latini, in componendis martyrum vitis multum diligentiae consumserunt: sed, quod nec ipsi saniores ex romano coetu profitentur, fabulas plerique narrant rhetoricis quibusdam pigmentis infucatas. Neque maior fides est indicibus illis, quae martyrologia vocantur, quae vel ab imperitis hominibus confecta, vel fallaci manu corrupta sunt.“ —

Adiun-

Non amplius quam decem et octo annos natus <sup>aa)</sup> *interpretationes in S. Scripturas libros scribere coepisse*, ab eodem Leontio Theodorus proditur, licet illi pro suo in illum odio non interpretatus sacros libros, sed in eos insolenter *debacchatus* fuerit visus. Hunc aiunt, non amplius quam decem et octo annos natum in Scripturas debacchatum esse, non enim nisi debacchationes scripturarum, interpretationes, quas in eas composuit, adpellare possum, Leontius lib. 3. contra Nestor. et Eutychem p. 696. F. Eodem loco in eius Commentariis reprehendit, quod labores sanctorum doctorum, qui in eis laborant, numquam irridere et illudere desit. Deinde, quod ausus est contra gloriam Spiritus S. cum omnes quidem Scripturas alias, quas sancti afflatu eius tradiderunt, humiliter et demisse interpretans, (qui litteralem sensum scilicet loco mystici eruere volebat,) tum vero a numero sacrarum Scripturarum diuine praescripto et indicato eas separans. Speciatim arguit librum Iobi et epistolam Iacobi et alias deinceps aliorum catholicas, (secundam et tertiam Ioannis, et epistolam Iudae,) ab illo reiecta. Magnum Dei seruum Iob, columnam fortitudinis animatam et spirantem, duobus fere millibus versuum perscriptam convitiose arguebat, et Scripturam Spiritus S. de eo [P] abrogabat, quam Iacobus frater domini in epistola sua catholica confirmans aiebat (V. 11.) Patientiam Iob audivistis, et finem domini vidistis. Non enim aliunde neque patientiam audivimus, neque finem eius spectavimus, nisi ex Scriptura de eo. Ob quam causam, ut arbitror, ipsam epistolam Iacobi, et alias deinceps aliorum catholicas abrogat et antiquat: Non enim satis illi fuit bellum contra veterem Scripturam suscipere ad imitationem impietatis Marcionis, sed oportuit etiam contra Scripturam novam pugnare, ut pugna eius contra Spiritum Sanctum clarior et illustrior esset. Plura deinde subiungit nequitiam minus gravia: Inscriptiones hymnorum et Psalmorum et canticorum penitus eiecit, et omnes Psalmos Iudaice ad Zorubabelem et Ezechiam retulit, tribus tantum ad dominum reiectis. Immo et sanctorum sanctissimum Canticum Cantorum ab omnibus diuinarum rerum peritis et ab omnibus Christianis laudatum, omnibus ecclesiis sancti orbis notum et a Iudaeis inimicis crucis Christi in admiratione habitum, libidine pro sua et mente et lingua meretricia interpretans, sua supra modum incredibili audacia ex libris sacris abscidit. Et quid non erat acturus, qui in eo agebat impietatis inuentor et pater? Duos igitur libros Paralipomenon, primum et secundum similiter, malum malo addens, et insuper Ekham repudians. Fabr. Sed praeter alios luculenter abundeque respondit his criminibus et Schroeckh l. mem. tom. XV. p. 191. sqq. Add. de Theodori interpretatione Psalmorum et Prophetarum Richardum Simon in Kritischen Schriften vber das N. T. sec. Henr. Matthiae Augt Cramerii versionem, part. I. Halae Sax. 1776 8. pag. 466. sq. ibique Semleri notas, et quae paullo post ipse Fabric. adnotavit de commentariis Theodori in Psalmos. Hart

<sup>aa)</sup> Post annum aetatis suae vicessimum Theodorus a. Chr. 403. adgressum esse, sacrum codicem exponere, ex chronico Edesseno, (tom. I. bibl. oriental. pag. 400.) docent Affmann. bibl. eccl. tom. III. part. 1. p. 30. not. 1. et Schroeckh l. c. p. 160. qui etiam prouocat ad Chrysostomum. Quanta vero iniuria Leontius adiecerit Theodo-

rum, et quantis laudibus eius commentarios Facundus et alii ornarint, satis constat. Gregorius Bar-Hebraeus in Horreo thesauri suo mysteriorum, s. commentariis in S. S. plura Theodori nostri loca laudat. v. Affmann. l. c. vol. II. p. 277. et 283. Hart.

In *Hexaëmeron* siue *ἑξαήμερον τῆς κτίσεως*, commentarium septem *τόμοις* distributum memorat Photius cod. XXXVIII. Ex quo aliqua in suos in *Hexaëmeron* commentarios transtulit, sed et Theodorum passim oppugnat *Ioannes Philoponus*, ut statim lib. 1. cap. 8. et II. seq. Etiam in collatione IV. concilii V. A. 553. habiti plura adferuntur loca latine ex Theodori libro quarto et quinto *commenti de creatura*. Tom. III. Concil. pag. 85. seq. edit. Harduini.

Theodori Mopsuesteni fragmenta plurima occurrere in Catena Patrum graecorum ad Pentateuchum latine versa a *Francisco Zephyro*, scribit praestantissimus Caueus. Sed Theodori Heracleensis aliqua, plura etiam Theodoretii, \*) Theodori vero Mopsuesteni siue Antiocheni nulla ibi reperire potui. Theodori tamen Mopsuesteni nomen occurrit inter eos, ex quibus collectae Catena, quae exstant in bibl. Coislin. MStae in *Leuiticum*: nec non in *Iosuum*, *Iudicum*, *Ruth* et *quatuor Regum* libros. Et in Catena Patrum in *Genesis*, quam latine vulgavit Aloysius Lipomannus. *Hebdiestu* in catalogo librorum chaldaeorum p. 20. \*\*) notat, Theodorum commentatorem scripsisse commentarium in *librum Genesis* tribus tomis ad magnum Alphaeum, ingenti concinnatum methodo [P] et labore: *Davidem* quinque libris explicasse ad Cerdonem \*\*), et fratrem eius: *Duodecim Prophetas* exposuisse duobus tomis ad Turim: \*\*\*). In *Samuelem* vno commentatum esse tomo ad Mamrianum: in *Io-*

Y y 2

bum

ii) Theodoro Mopsuesteno adfentiri more suo Theodoretum, notavit *Petanus* dogm. theol. de Angelis p. 69.

iii) Affemannus in bibl. orient. I. c. p. 31. sqq. quod loco plura, praesertim ubi supersint fragmenta, adnotavit, contra Caueum negavit, in totum *Pentateuchum* scripsisse Theodorum: observavit, vniuersum in T. V. esse commentariorum Theodori libros duodeviginti: in N. T. libros nouem, omnes autem Pauli epistolas a Theodoro fuisse explicatas esse, testari Theodoritum praefat. in comment. in easdem. — De eius in *Genesis* comment. v. *Photium* in cod. XXXVIII. qui tradit, Theodorum allegoricam interpretandi rationem ut plurimum euitasse, et historiam potius ac sensum litteralem sectatum esse atque Philoponum in opere in *Hexaëmeron* s. de mundi creatione Theodori interpretationes frequenter reprehendisse. Atque *Schraeckh* qui I. c. de Theodori comment. in codic. sacrum copiose disputat, p. 195. loca, ubi id factum sit in edit. Philoponi Vinicensi Austr. 1650. 4. indicat. — In catena *Nicophori Hieromonachi*, Lips. 1773. sunt passim plura Theodori Mopsuest. fragmenta exegetica in *Odateuchum*. v. *Ernesti* biblioth. theol. vol. II. p. 338. et III. p. 292. — Venet. in bibl. Marc. cod. XV. est *Odateuchus*, in cuiusque marg. adscripta ca-

tena, s. collectio commentariorum ex diuersis patribus, in his ex Theodoro. v. cat. codd. graec. Marc. p. 16. sq. et editor catal. „Huiusce, aut, catenae pars, quae in *Pentateuchum* est, continet plerumque cum edita a Francisco Zephyro, sub titulo Moysis enucleati, Florent. 1547. et Coloniae 1572. discrepat vero a nonnullis aliis, quas vidimus.“ Ibid. in cod. XVI. f. in Catena in libros *Regum* loca ex Theodoro nostro sunt quoque collecta; pariter ibid. in cod. XVII. (catal. pag. 25. seq.) in commentario in euangel. Lucae. — conf. cel. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. pag. 30. sqq. 93. sqq. et de cod. XXI. f. Catena in *Iobum*, p. 38. — Florent. in codd. Laurent. sunt fragmenta quatuor expositionum in libros *Regum*, in catena in *Esaïam*; — in *Iobum*; — in VII. epistolas catholicas et in IV. euangelia. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laur. I. p. 138. X. 18. 52. 102. et 161. — At de catenis, in quibus Theodori loca supersunt, non est, quod repetam, quae iam in vol. VIII. cap. 13. p. 639. sqq. passim a Fabricio et a me adnotata sunt. *Harl.*

iv) Confirmat *Facundus* IX. 1.

mm) [*Ad mar- Tyrium*, apud Affemann. dein *ad Mamrianum*, *Harl.*]

bum duobus tomis ad Cyrillum Alexandrinum: *Ecclesiasten* vno libro exposuisse, deprecante Porphyrio: in *Isaiam*, *Ezechielem*, *Ieremiam* et *Danielem* singulos singulis tomis commentatum esse, atque per hos finem imposuisse suis lucubrationibus in Vetus Testamentum: *Matthaeum* vno tomo explicauisse ad Iulium, *Lucam* et *Ioannem* duobus tomis ad Eusebium: in *Acta apostolorum* ad Basilium vno commentatum esse tomo: *Epistolam* quoque ad Romanos explicasse ad Eusebium: et *Duas epistolas ad Corinthios* duobus tomis elucidasse, deprecante Diodoro: <sup>nn)</sup> ad *Galatas*, *Ephes.* *Philipp.* et *Coloss.* Petro: ad *Titum*, *Philemonem* et *Hebraeos* Cyrino cuidam dedicasse, tomis quinque. [Tomis quinque finem imposuisse Theodor. commentariis suis in totum Apostolum, scripsit Ebediesu.]

*Fragmenta* Theodori, reprobantis librum *Iob*, et docentis quod pagana sapientem ille habeat auctorem, exstant in collatione IV. Concilii V. tom. III. Harduin. pag. 86. seq. In Catena ad Iobum edita nullam Theodori mentionem reperi. [In catena autem in Iobum *Venet.* in cod. Marc. XXI. v. cat. codd. gr. Marcian. pag. 29.] Memoratur ille inter scriptores, e quibus catena Vaticana ined. de qua Posseninus in voc. *Iob*, tom. I. Apparatus, pag. 95.

Ex Commentariis eius in *Psalms* fragmenta plurima in Catenis a Dan. Barbaro et Balthasare Corderio editis. Nonnulla etiam apud Facundum IX. 1. et in actis Concilii V. Collatione IV. et V. atque in Vigiliis papae constituto, cap. 20. sqq. apud Baron. ad a. C. 553. num. 97. seq. Quando porro Theodorus praef. in *Psalms* ait, *quosdam prophetiam ita historiis adaptasse, ut Iudaeis potius interpretatio suffragaretur quam fidei alumnis*, videtur Theodorum perstringere, de quo Hesychius presbyter Hierosol. in historia eccles. <sup>oo)</sup> *Prima autem elementa suae doctrinae ex Iudaico vaniloquio incipiens codicem in prophetiam Psalmorum conscripsit, omnes de Domino praedicationes abnegantem. Culpatus vero et periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate sed compulsus omnium querimoniis, et codicem ipsum delere pollicitus, lateenter conseruabat iudaicae impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur. Eum itaque, licet aliquando sequutus sit idem quem dixi Theodorus, deserit tamen ut plurimum (Io. Garnerii verba sunt in auctario operum Theodoriti p. 184.) idque iussis de causis. Nam primo multa in [P] *Psalms* de Christo dicta detorquet alio: deinde adolescens duodeviginti annorum Dauidem interpretatus est, quum plus haberet audaciae, quam eruditionis. Postea eiusmodi expositione inuidiam multorum sibi conuulit quasi Iudaeis faueret; denique ipse suum iuuenile opus non admodum probabat, ut infectum mallet. Ingenue tamen fatendum, quod res est, ea nonnumquam in Catenis legi ex Theodoro in *Psalms*, quas ostendant, ab ipso litteralem sensum feligiter expostum fuisse, ut mirabile sit in adolescente tantam scripturae intelligentiam existere potuisse. Ideoque dolent viri docti <sup>pp)</sup>, quod eruditi hulus scriptoris, qui sub egregio magistro, Dio-*

nn) [Rogatus Theodori, ap. Asseman. *Harab*]

oo) In actis synodi V. Collatione V. tom. III. edit. Harduin. p. 104. [add. Schroech p. 193. sq. l.]

pp) Rich. Simon lib. III. Hist. Criticae Noui Test. cap. 31. p. 446. il est si hienx que nous n'ayons rien aujourd'hui des commentaires de ce savant homme, qui a été étudié sous un si bon maître

doro Tassens vna cum S. Chrysostomo condiscipulo sensum literalem S. Scripturae adeo studiose scrutari didicit, nihil amplius ex commentariis illis ad nos pervenit quam quae a Catenarum collectoribus sunt excerpta ac servata. Quod autem non euacuaverit omnes in Christum factas prophetias, nec iudaicae impietati aut Manichaeorum errori voluerit suffragari, qui Iudaeos etiam diserte in commentario ad Psalmos oppugnavit, docere instituit Facundus loco citato. Apud Tho. Galeum fuit MS. argumentum prolixum Theodori Mopsuesti. in Psalmum XLV. in quo teste Caueo breuiter percurrit historiam Iudaeorum a tempore captivitatis usque ad Antiöchum et Oniae fugam in Aegyptum. Idem Caueus ex Catena MS. in Psalmos, in qua saepe idem Theodorus vocatur ad partes, notat, illum valde diligentem fuisse in conferendis veteribus versionibus et exemplaribus, utilemque valde fuisse eius operam. Locum ex commentario in psalmum octauum addit Leontius lib. 3. contra Nestor. p. 704.

Ex commentario in Canticum canticorum fragmenta leguntur in Collatione IV. quintae synodi tom. III. pag. 88. seq. edit. Harduini, ex quibus confirmatur, quod praeter Leontium, cuius verba superius adduxi, Pelagius II. papa, siue, qui illius nomine epistolam tertiam ad Eliam et episcopos Istriae scripsit, Gregorius Magnus, quum Theodorus, inquit, Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Aethiopissae reginae blanditum esse professus est, quod Theodorus reprehendens, nomen quidem Theodori (P) suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. Et Georgius Pachymeres ad Dionysii Areopag. epistolam IX. p. 169. ait, Mopsuellenum αφρονος το αμα διαβεβλημεναι imprudenter Canticum calumniatum esse. In Ieremiam Nic. Aleimannus ad Procop. p. 167.

In duodecim prophetis \*) commentarius Theodori Antiocheni integer foliorum 223 servatur graece MS. in bibl. caesarea teste Lambecio tom. IV. p. 160. [p. 359. seq. ed. Kollar in cod. CLXIII.] Θεόδωρος Ἀντιοχείως ἐρμηνεύει ας τες Προφῆτας. Ἐρμηνεία Ὡση Προφῆτα. Εἰς ἐλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβαλδεν τῶν προφητικῶν ἐπιχερῶντων φωνῶν, καὶ μὴ καὶ πρὸς κατασκευὴν τῶν ἐξῆς, ἀρχόμεθα τῆς τῶν προφητικῶν σαφηνείας Θεὸς δίδοντας, ἀπὸ τῆς Ὡση τὴν ἀρχὴν ποιήσαμενοι, ὃν καὶ πρῶτον εἶναι τῷ χροῶ συμβέβηκε τῶν λοιπῶν προφητῶν. Τὸ γὰρ μακαρίῳ Δαυὶδ etc. In Malachiam de-

tre avec S. Chrysostome le sens literal de l'écriture, que ce que nous en ont laissé les compilateurs des chaînes grecques dans leurs recueils. Vide sis etiam Villalpandum ad Ezechielem, tom. I. p. 3. seq. et Rich. Simonem lib. I. Hist. crit. de Nouv. Test. c. 22. p. 270. seq. et réponse à la défense des sentiments de quelques Theol. de Hollande p. 36.

gg) Nempe ad Theodorum respiciunt verba Theodoretii praef. in Canticum tom. I. ed. Sirmondianae p. 984. Ἐπὶ ταῖς δὲ τῶν τὸ αμα τῶν φωνῶν διαβαλδων, καὶ πνευματικῶν ἀνὰ τὸ βιβλίον εἰσάγοντες, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

yy) Theodori commentarium in Hoseam deprehendisse se narrat Sam. Tennulius ep. ad Nic. Heinsium, tom. II. syllog. Burmann. p. 801. — In Aggaeum citatur a Turriano II. 20. pro epponticum pag. 254. sq. Theodori, Tyrii in XII. prophet. gr. MS. in bibl. patriarchali Mosquae. Excerpta ap. Turrian. II. 5. ad Constitut. apostol. — Theodoro Daphinopatae sine causis tribuit Oudin. tom. II. pag. 451. — In cod. Mediceo non exstat comment. Theodori Mopsuesti. xv. ad Rich. Simonis censuram bibl. eccles. Dupiniana tom. I. p. 677. vid. etiam Memoir. de Trev. 1705. Sept. p. 238. Iunioris Theodori esse contendit Abbas de Lange.

finit his verbis: *Ὁς ἂν μὴ μένοντες ἐπὶ τῆς ἀσθενείας φοβησάμενοι τῆς παροικίας περὶ ῥαθύνειν ἐπὶ ἀφανισμῷ πάντεσσι τῶν μοχθηρῶν γινόμενης.* Habuit eundem in sua gaza etiam abbas *Gerafinus Blachus*, et Venetiis vidisse se testatur *Scipio Maffei* in epistola ad Blanchinum. Exstat etiam in bibl. Medicea<sup>ss</sup>), atque iam ante aliquot annos editionem eius sperare iussit *Anselmus Bandirius*, Magliabecchi successor dignissimus. [v. supra, vol. VII, p. 611.] Vide Diarium Italicum Montfauconi pag. 39. seq. et 46. *Fabr.* — Loco priore de cod. Veneto in bibl. *Griniana*: at cuius Theodori sint commentaria illa bonae aetate, nec sciri, ait Montfauc. [sed in Bibl. biblioth. MSS. pag. 478. *A.* eundem codicem sub nomine *Theodori Antiocheni* citat:)] — loco autem posteriore de cod. Veneto in bibl. *Meletii Typaldi*, Graecorum antistitis, archiepiscopi Philadelphiae. — De comment. in Iesaiam v. supra, vol. VIII, pag. 284. nr. 6. — Commentaria in XII prophetas minores, *Vindobon.* in cod. caesar. XVIII. nr. 4. de quo, simili alteri cod. Vindob. a Fabricio citato, et de erroribus Theodori, qui in illis commentariis deprehendi dicuntur, multus est *Forlósia*, qui quaedam loca excerptit, et *Kollarus* in Supplem. I. ad Lambec. commentar. pag. 167-174. *Harl.*

In *Matthaeum* liber *quartus* citatur in collat. quarta synodi quintae p. 84. edit. *Har. duin.* Alia ex eodem opere fragmenta p. 79. 82. 85. et in Vigili constituto apud *Baron.* ad a. 553. et apud *Facundum* III. 4. et IX. 2. Plura etiam in *Catenis* ad *Matthaeum* ineditis, etiam in editis, *Polliniana* praecipue, in qua etiam *Theodorus Antiochenus* epistola ad *Anastadium* consulem citatur ad *Matthaei* XV. 28. *Fabr.* *Theodori Mopsuest.* explicatio evangeliorum superest syriace, teste *La Croze* Hist. christ. Indiae, libr. 3. p. 241. *Heum.* Idem *La Croze* in litteris ad *Theophr.* *Sigfr. Bayer.* in *Thes. epistol.* *Lacroziano*, tom. III. pag. 30. seq. scripsit, in Synodo *Diamperana*, actione III. decreto XIV. inter alios libros syriacos recenseri et damnari expositionem evangeliorum, quam *Theodori Mopsu.* esse suspicatus est. — Add. *Mittarell.* catal. MSS. Venet. S. Mich. p. 1115. *Harl.*

In *Marcum* *Catena Polliniana* *Theodorum Mopsuestenum* laudat p. 62. 91. et 279. fortasse ex iis, quae ad *Matthaeum* scripserat, aliqua excerptens.

In *Lucam* *Catena Corderiana* ad cap. XI. sect. 60. [MS. *Lambec.* III. pag. 166. *Kollar.*] Acta synodi quintae collat. IV. pag. 77. edit. *Harduin.* et eundem locum notans *Vigilius* in constituto apud *Baron.* ad a. Chr. 553. *Fabr.* *Cl. Frid. Münter* edidit *Fragmenta patrum* graecorum, fascic. I. Hafniae 1788. 8. et in hoc pag. 72. vsque ad finem octo fragmenta *Theodori Mopsuest.* in *catenis* in *Lucae* evangel. servata doctisque illustravit adnotationibus. In introductione copiose agit de *Theodoro Mopsuest.* eiusque eruditione, disciplina, auctoritate atque inusitis aduersariis. Tum sequuntur fragmenta ipsa, a *Müntero* ex MSS. bibl. caesareae *Vindobon.* partim ex apographo viri cuiusdam docti, quem *Fogginum* fuisse ille suspicatur in bibl. *Corsiniana* *Romae* exscripta. Primum fragm. ad *Lucam* II. 31. et 32. ex confutatione accusationis christianorum *Juliani apostatae*, est ex cod. *Palat.* XX.

et

ss) Et catena, et Theodoretomarinae contexta. v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Lamb.* I. p. 516. *Harl.*

et apographo eiusd. Vaticanæ MCMXXXIII. catenam patrum in Lucam exhibente. Inscriptio autem operis, hætenus plane incogniti fuisse videtur Münstero: Θεωδώρου Μοψουεστίας Κατηγορίας πρὸς τὰ κατὰ Χριστιανῶν Ἰουλιανῶ τῷ παραβάτῳ. Fragm. II. et III. ad Luc. IV. 4. ex eod. cod. eodemque aduersus Iulianum opere. Tertium, in quo Christum Deum verum, θεὸν λόγον, prædicat, esse contra Theodori calumniatores pro eius orthodoxia notandum, fusius docet Münsterus; IVtum fragm. ad Luc. XXII. 40. sqq. contra Iulianum est desumptum ex schedis bibl. Corsinianæ. Quintum fragmentum aduersus Iulianum ad Lucam XXI. 8. Sextum fragm. ex cod. Vindobon. LXXI. Kollar. catenam in Lucam continente, ad Luc. III. Septimum fragm. ex eod. cod. ad Lucam III. 20. 23. et Ioann. I. 32-34. quod fragm. aliis iam verbis dedit Corderius in catena patrum in Ioannem, Antwerp. 1630. Vltimum fragm. ad Lucam XXIII. 10. ex apographo bibl. Corsiniae. Conf. censuram in ephemer. litter. Gotting. a. 1788. plag. 124. pag. 1245. seq. Io. Gottfr. Bichhorn allgemeine Bibliothek der biblischen Litteratur, tom. I. Lips. 1787. 8. p. 618. sqq. inprimis pag. 623-629. de fragment. Theodori Mopsuesten. Docta vero censura, in qua Theodori melior interpretandi codicis sacri ratio laudatur, et plura fragmentorum loca emendantur atque illustrantur, legitur in D. Io. Chrystoph. Doederlein theol. Bibliothek, tom. IV. part. 7. Lips. 1788. 8. pag. 490. sqq. et adde Le Bret de fragmentis Theodori Mopsuesteni, progr. Tubingæ 1790. 4. Harl.

In Ioannem plurima exstant Theodori fragmenta in Catena Corderiana<sup>ii)</sup>, quorum nonnulla etiam examinat Rich. Simon lib. 3. Hist. Criticæ Noui Test. cap. 31. pag. 446. seq. Nonnulla etiam ex libro sexto et septimo adferuntur in actis quintæ synodi pag. 75. 76. 81. et a Vigilio. Vide etiam Facundum IX. 3.

De miraculis Christi, eis τὰ θαύματα λόγοι, quorum secundus citatur a S. Maximo tom. II. Opp. p. 91. et in concilio Lateranensi a. 649. actione V. tom. 3. edit. Harduin. pag. 895.

[P] In Acta apostolorum ex libro primo Commentarior. Theodori locus adfertur in actis synodi V. pag. 76. et apud Vigilium in concil. Baluz. pag. 1579. In Catenis ineditis ad Acta et epistolas catholicas inter eos, e quibus collectæ illæ sunt Theodori Ancyran, Theodori Heracleotæ et Theodori presbyteri ac monachi nomen reperio, non Theodori Antiocheni siue Mopsuesteni.

In epistolas Pauli, Catenæ ineditæ patrum graecorum, nomen Theodori Mopsuesteni laudant. Vide Montfauconi catalogum bibl. Corsin. pag. 273. 274. Atque nominatim ex commentario in epistolam ad Romanos quædam adferuntur<sup>iii)</sup> a Facundo III. 6. et Vigilio: in I. ad Corinthios, et I. ad Timotheum ab eodem Vigilio: in epistolam ad Hebraeos, in Vigilio constituto et in Actis synodi V. pag. 81. et 83. tom. III. Conciliar. edit. Harduin. Quod

ii) MS. in cod. Veneto Marc. XXVII. v. catal. eodd. gr. Marc. p. 24. et cl. Morelli bibl. MS. gr. et lat. I. p. 49. Harl.

iii) In catena s. interpretat. ep. ad Rom. Vin-

dob. in cod. caesar. XLVI. v. Lambec. III. p. 173. sqq. ibique Kollar. Plura ex codd. et catenis patrum Vaticanis exscripsit N. C. Hallius. v. Münster. fragmenta patrum graecor. fol. L. p. 72. H.



Quod vero epistolae Pauli omnes fuisse explicatas a Theodoro scripserit Theodoritus, in eius praefatione commentarii in epistolam apostoli, quam laudat Gaueus, non reperio, licet Rich. Simoni \*) adfentiar, qui Theodori Commentarios ab eo consultos perinde, ut Chrysostomi non dubitat. Memorat etiam Leontius libro 3. contra Nestor. eius interpretationem in epist. ad Galatas, loco illo, quod in alia etiam Theodori scripta inuehitur, p. 699. Si quis vero non adhibuerit fidem et ei vocat et est animus, quaterat, quae vane elaborauit in Genesim, et in librum contra Iob, et prauam interpretationem in epistolam ad Hebraeos, et in epistolam ad Corinthios et ad Galatas, et quae contra Magusacos scripsit, et praemeditationem excoecantem in sacros Psalmos, et quae pro Eunomio contra Basilium scripsit; sic ego voto totam eius apologiam omni accusatione plenam. Itam enarrationes turbidas et blasphemias in euangelium Matthaei, Ioannis et Lucae et ipsorum sanctorum apostolorum et euangelistarum superbas quas assus est reprehensiones et alia eius opera, ne singula enumeram.

Ex interpretatione Symboli (Nicaeni) CCCXVIII. sanctorum patrum locus adfertur in Actis synodi V. collat. IV. pag. 81. et Vigilii constituto. Leontius vero arguit eum fidem synodi Nicaenae non solum mutilasse, sed omnem penitus destruxisse et aliam praeter illam tradidisse pag. 697. B.

Ad Baptizandos liber, e quo plura fragmenta in Actis synodi V. collat. IV. pag. 82. seq. Vide etiam Facundum IX. 3. qui ad baptizatos vocat, et Garnerium ad Marium Mercatorem tom. II. pag. 261. [conf. Jablonski in Thesauro epistol. La Croziano tom. I. p. 196. Affemann. ad catal. Ebediesu, l. c. pag. 33. Harl.]

[C] Symbolum siue expositio fidei, exstat in Actione sexta concilii Ephesini tom. I. edit. Harduin. pag. 1515. et Actione 1. concilii Chalced. tom. II. pag. 247. et collatione quarta synodi V. tom. III. p. 89. et cum Marii Mercatoris versione tom. II. edit. Garnerianae pag. 251. adde 284. et tom. I. p. 95. Theodori esse, negauit Facundus III. 2. et Nestorio tribuit Manuel Caleca lib. 2. contra Graecos, Bellarminus III. 5. de Christo et Petauius lib. X. de incarnat. c. 9. §. 4. Sed Theodorum auctorem faciunt praeter Marium Mercatorem Leontius l. c. et Iustinianus imp. libro pro Acephalis apud Facundum III. 5. Confer Garnerium tom. II. p. 256. seq. et Leonem Allatium in Vindiciis synodi Ephesinae et S. Cyrilli c. 17. pag. 66. sqq. Fabr. Ebediesu quoque in catal. scripsit, exstare eius librum, qui de Fide inscribitur. v. ibi Affemann. p. 33. Inter Iustini martyris opera perperam editur. v. supra, vol. VII. p. 65. et quae in nota v. scripsi. — Nestorio eum tribuit De la Croze, sed Theodoro Mopsuest. vindicat Paul. Ern. Jablonski in dissertat. de origine et fundamento Nestorianismi pag. 18. sq. et vberius exposuit, nouisque argumentis stabilivit suam sententiam in epist. ad De la Croze in Thesauro epistol. Lacroziano, tom. I. pag. 194-201. add. cel. Morell. in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 41. — In prius Walth. in hist. haeresium laudata, tom. V. p. 354. qui cum Fabricio nostro, Garniero, Basnagio in praef. ad tom. I. Thes. Monument. p. 24. et Zornio in opusculis sacris, tom. I. p. 202. vindicat eum Theodoro Mopsuest. Exstat id symbolum, eodem Walchio

\*) Lib. III. Hist. crit. N. T. c. 22. p. 314.

chio adnotante, in *Menſſ* collect. concil. tom. IV. p. 1347. gr. ac lat. *Ibid.* tom. VI. pag. 889. in actis concil. Chalced. latine, et lat. in tom. IX. pag. 271. nec non gr. ac lat. in Mercatoris opp. II. p. 251. Denique prope *Walch* ad suam biblioth. symbol. vet. — Neque tamen confundendus est noster cum Diodoro l. Theodoro, episc. Tarsensi. v. supra, vol. IV. pag. 380. sq. et vol. IX. p. 277. sq. ibique notas, *Harl.*

*Tomi V. contra allegoricos* ab Ebed Iesu metropolita Sobensi in catalogo librorum Chaldaeorum memorantur <sup>ww)</sup>, atque ad eosdem respicere videtur *Liberatus*, quando c. 24. breuiarii ait, Theodorum multa opuscula edidisse contra Origenem, exorsumque inde et accusabilem habitum ab Origenistis. Vide *Tho. Ittigii* appendicem diss. de haeresiarchis pag. 471. *Librum ad Cordonem de allegoria et historia contra Origenem*, vocat *Facundus* III. 6. in odium inde Origenianorum incurrisse similiter testatus. Nec dubium est, Theodorum in commentariis etiam suis ad libros sacros sensui literali adeo studiose adhaerentem, Origenis allegoricas explicationes passim repudiasse ac reiecisse.

*Missae* sine *Liturgia* ex Syriaco versa latine exhibetur ab *Eusebio Renaudoto* tom. II. collectionis *Liturgiarum Orientalium* <sup>xx)</sup> pag. 616–621. <sup>yy)</sup> Etiam Leontius Theodorum reprehendit eo nomine lib. 3. contra Nestor. et Eutychen pag. 697. C. quod *aliam Missam effutit praeter illam, quae a patribus tradita est ecclesiis, neque reueritus illam apostolorum, nec illam magni Basilii, in eodem Spiritu conscriptam.* Sed si non aliam vidit Liturgiam Theodori Leontius, quam qualem Renaudotus edidit: certe falsum est, quod illi impingit, *blasphemiis non precationibus mysterium sacrae eucharistiae oppleuisse.* Hunc puto esse librum de *Sacramentis*, ab Hebed Iesu memoratum.

Caetera, quorum Hebed Iesu meminit, sunt, *tonus de sacerdotio, duo de Spiritu S.*, unus ad monachos, unus de obscura locutione, unus de perfectione regiminis: [*Assemann.* vertit de perfect. operum:] alius de *assumente et assumpto*, item *liber margaritarum*, qui continet eius

<sup>ww)</sup> Apud *Assemann.* l. c. pag. 34. *Ibid.* pag. 19. *Ebediesu* cap. XI. de Eusebio Caesariensi pag. 19. hunc, tradit, composuisse *librum apologeticum pro quodam Origene, qui exponit* (script. sacram) *allegorice, et coarguitur a Theodoro.* *Harl.*

<sup>xx)</sup> Prodiit Paris. 1716. 4. [conf. infra, vol. XIII. p. 322. nr. 2. et 323. nr. 4. *Harl.*]

<sup>yy)</sup> Conf. *Assmanni* not. ad cat. *Ebediesu* p. 30. qui obseruat, in cod. XVIII. Syriaco bibl. Vaticanae exsare Theodori Liturgiam: et tom. I. bibl. or. p. 581. ac 583. prodit, inter codd. Amidenſes esse Liturgiam Theodori Mopsuest. et Nestorii:

et in alio cod. Liturgiam apostolorum, Theodori Mopsuest. et Nestorii. Copiose agit idem in Tomi tertii parte secunda p. CCXXVIII. in diss. de Syris Nestorianis, et retractat quaedam, quae in parte prima p. 36. et p. 302. nr. 11. de Liturgia scripserat, et addit, Theodori Liturgiam exsare in omnibus Missalibus Nestorianorum libris. Hymnum, qui canitur a Syris et incipit, *Lux, quae orta est*, Theodoro Mopsuest. ab aliis tribuitur; sed negat *Assemann.* p. 60. bibl. orient. tom. I. — Fragmenta ex Liturgia syriace et lat. ap. Rich. Simon. ad Gabriel Philadelphum p. 148. seq. — Conf. etiam *Walch.* in Historia haereticum cit. tom. V. p. 353. seq. *Harl.*

eius *epistolas*, demum *tractatus de latrone Legis*, quo finem suis lucubrationibus imposuit. En τῆς πρὸς Δόμον Ἐπιστολῆς nonnulla affert Anastasius in ecloge *χρήσεων δογματικῶν*, et ex illa Sirmondus ad Facundi IX. 3. Ex epistola ad Artemium presbyterum Alexandrinum Facundus III. 5.

[P] Restat, ut pauca dicam de opere, in *quinque libros* distributo, quo Hieronymum (illum enim sub nomine Ἀράμ<sup>22</sup>), velut Syrum Orientalem, ex Occidente haec oriundum, at in Syria aduersus Pelagianos commentatum perstringit), Augustinum aliosque peccati originalis defensores Theodorus<sup>a)</sup> oppugnavit. Πρὸς τὰς λέγοντας φύσιν καὶ ἡγούμενην πταίειν τὰς ἀνθρώπους. *Aduersus eos, qui natura, non voluntate, peccare homines affirmant.* De hoc opere videndus Photius cod. CLXXVII. cuius verba magnus Salmasius pag. 177. libri de Hellenistica perperam ita accepit, ac si Theodorus Mopsuestenus aliam versionem bibliorum graecam post veteres interpretes molitus fuisset. Sed de Hieronymo ibi sermo, cuius versionem bibliorum latinam Theodorus apud Photium perstringit. Fragmenta ex hoc opere occurrunt apud Marium Mercatorem tom. I. pag. 97. sq. tom. II. p. 257. Hebed Iesu [p. 34. ed. Assemanni, cuius longam notam consules. Harl.] quos libros memorat *aduersus eos, qui asserunt peccatum situm esse in natura.*

III. Theodori Mopsuesteni frater POLYCHRONIVS, Antiochiae natus atque aetate Cyrensis, S. Zebini discipulus aemulusque<sup>b)</sup>, ecclesiam dehinc Apameensem in Syria episcopus<sup>c)</sup> egregie administravit, emendatae vitae splendorem cum doctrinae gratia et sermonis venustate coniungens. Defunctus est ante Concilium Ephesinum a. C. 431. habitum, cui successor Polychronii Alexander episcopus Apameensis subscripsit. Non plane certum videtur, hunc esse Polychronium, cuius commentarii in Iobum multa ac praeclara fragmenta servata exstant in Catena patrum graecorum in Iobum graece et latine vulgata a Patricio Lundo Lond. 1637. fol. [v. ad vol. VIII. pag. 661. not.] Meminit et codex graecus MS. de quo Lambecius III. p. 188. [p. 465. Kollar.] Polychronii in illud Iobi XXXVIII. 7. Ὅτε ἐγένεθ' ἡ θύρα αἴθρα, ἤνεσάν με μεγάλη φωνὴ πάντες ἄγγελοι μου. Fabr. [Monac. in cod. Bavar. CXLVIII. est Iobi iusti vita a Polychronio exposita. Verum non esse Polychronii commentarium, sed catenam ex Polychronio aliisque contextam, monet cel. Hardt. in Aretini Beyträge etc. 1804. part. 10. pag. 39. vbi plura de eo disputat. — In codd. Venet. bibl. Marc. occurrunt fragmenta in catenis in Oclateuchum, in libros Regum, in Prouerbia et Ecclesiasten, in Iobum. v. cel. Morelli bibl. MS. gr. et lat. I. pag. 29. sq. 31. sq. 37. 38. et 39. vbi alios praeterea

22) Vide H. Noris lib. 1. hist. Pelagian. c. 9. et tom. IV. Opp. Norisii, p. 864. Tillemont. tom. XII. p. 443. seq. Garnerium ad Marium Mercatorem tom. I. pag. 99. Guil. Caveum in historia literaria script. eccles. vbi de Theodoro, Tho. Ittigium adpendice de haeresiarch. p. 469. 476. seq. et Rich. Simonem lib. 3. Hist. critic. Noui Test. p. 444. seq. Steph. de Altimara in Panoplia adu. schismata Graecor. p. 413. sq.

a) Θεόδωρος Ἀντιόχειος, ὁ Μοψουστῆς δὲ ἵκον, ὡς ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν ἰμαζόμεν. Phot. cod. CLXXVII.

b) Theodorus Hist. religios. cap. 24.

c) Theodorus Hist. eccles. lib. V. cap. ult. Niphorus XIV. 30.

praeterea laudat codd. ac viros doctos. *Harl.*] Prologum in Lobum medietum cum supplementis *ὑποθέσεως* edere promisit *Magnus Crusius* in sua epist. p. 27. Incipit is: *ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σαφίνα.*

In *Promethia* passim Polychronii expositiones occurrunt in *Catena* patrum graecorum ad Prouerbiaque librum, quae latine ex Theodori Bezae versione prodierunt Antwerp 1614. 8. *Fabr.* In codd. *Th. Bodl.* XXXIV. et XXXV. f. nom. 3023. et 3024. catal. MSS. Angliae tom. I. sunt; 1) *Catena* in Prouerbia, collectore *Polychronio diacono*, 2) eiusdem exegesis in Canticum canticorum, gr. atque in cod. LXXXIV. f. nom. 3073. catal. *Polychronii catena* in Prouerbia. *Harl.*

[P] In *Ecclesiastem* Polychronius diaconus gr. MS. in bibl. Baueraica [cod. L. in catal. codd. gr. Bau. p. 14.] teste Ioanne Meurfio. Fuit etiam in *Biblioteca*, teste *Labbio* p. 177. et 386. bibl. nouae MSS. Exstant et Polychronii fragmenta quaedam in *Catena* ad *Ecclesiastem*, graeca inedita, quam Oxoniae bibliotheca seruat Bodleiana: [in *Taurin.* cod. XCVII. v. cat. codd. gr. Taur. p. 186.]

In *Canticum Canticorum* cum Eusebii et Plessi expositionibus Polychronianam graecam edidit Io. Meurfius Lugd. Bat. 1617. 4. [rec. in Meursii opp. Florent. 1746. tom. VIII. pag. 289. *Harl.*] Inscribitur: *Ἐξηγῆσις διὰ Πόχρονον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ τῶν ὑποφωτιστῶν ὑποθέσεως.* [v. *Morrell* bibl. cit. pag. 37.]

De Polychronii *Ἐξηγήσεις* in *Ieremiam*, *Ezechielem* et *Danielem* non repetam, quas dixi Volumine VII. huius bibl. pag. 753. <sup>a)</sup> vbi etiam de Polychronio presbytero CPol. apud Sozom. IX. 2. Polychronio *Hierosol. episcopo*, cuius meminit Petrus Damiani Opusc. VI. cap. 17. tom. III. p. 46. et de Polychronio *Monothelita* etc. Hisce ex Actis Conciliorum addi possunt Polychronius episcopus *Antipatridis* in Palaestina, qui synodo Chalcedonensi a. 451. interfuit, Polychronius *Arcopolitanus*, itidem Palaestinae episcopus, qui a. 536. subscripsit epistolae missae ad Ioannem CPol. Polychronius *Dablis*, episcopus in Hellade, qui interfuit Concilio Rom. a. C. 503. Polychronius *Epiphaniensis* in Cilicia, qui Concilio Chalcedonensi subscripsit a. 451. Polychronius *Heracleas* Cariae, qui interfuit Concil. Ephesino a. 431. Polychronius episcopus *Prasas* in Bithynia, qui interfuit sextae synodo a. C. 681. Polychronius denique presbyter ac prior monasterii *Aethrii*, qui subscripsit Concilio sub Mena a. 536. *Fabr.*

[Polychronii loca producantur in *Sententiarum* quadam collectione, ordine alphabetico, *Florent.* in cod. Laurent. XV. plut. 7. de quo vide *Bandin.* in catal. MSS. Laur. I. p. 252. sqq. et *Venetis* in cod. Marciano XXIII. de quo plura adnotauit cel. *Morrell.* in Bibl. MSS. gr. et lat. I. pag. 43. seq. *Harl.*]

Z z a

IV. Theo-

a) [Vol. VIII. p. 660. sq. nou. edit. vbi plura adscripsi Prophetar. maior. et minor. loca cum periochis Hesychii Hierosol. Theodoret, *Polychro-*

*nii* etc. in cod. Augst. Vind. v. *Raiseri* indic. MSS. Augst. bibl. p. 6. *Harl.*]



a. C. 756. defuncti <sup>1)</sup>, discipulus: Theologiae ac Philosophiae <sup>4)</sup> arabicaeque peritus linguae, et scriptis aduersus Iudaeos, Muhamedanos, Nestorianos et Iacobitas Severianos et Origenistas clarus fuit circa a. C. 770. adeoque a Theodoro Cariae <sup>1)</sup> in Thracia et Laodiceae postea episcopo, Photii amico primum <sup>2)</sup>, deinde desertore et in synodo octava a. C. 869. Ignatii sequuto partes, haud dubie distinguendus, perinde ut a Theodoro Rhaituensi, <sup>3)</sup> qui circa a. 660. claruit, et a Theodoro Hagiopolitano siue Antiocheno, <sup>5)</sup> sub cuius nomine opuscula quaedam Abucarac Canisius publicauit.

[P] *Edita Theodori Abucarac opuscula.* <sup>6)</sup> *Maiores numeri praemissi Gretserianam, minores editionem Genebrardi respiciunt.*

15. I. Ὅτι πέντε ἐχθροὶς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐλυτρώσατο. *Dialogus de quinque inimicis, morte, diabolo, maledicto Legis, peccato et inferno, a quibus nos Christus.*  
Z z 3

orient. p. 292. not. 3. De hac Charan siue Caris Mesopotamiae, erudite b. *Tho. Ittigius* diff. ad Theodori Abucarac opusculum XVII. §. V. et VI. v. etiam *Er. Spanhemium* ad orat. I. Iuliani p. 170. *Zaccagnium* ad Archelai Acta cum Manete, et Millelium ad Cyrill. Hierosol. p. 95.

<sup>1)</sup> De Damasceno dictum superiore volumine VIII. p. 772. seq. [vol. IX. p. 682. sqq. nou. ed.] Abucara autem in titulo opusculi XVIII. profiteatur, se illud accepisse διὰ Φωτῆς Ἰουάννα Δαμασκηνῆ. Neque hoc solum, sed alia quoque, ut XXXV. et XXXVII. quemadmodum palam est, illa confertenti cum Damasceni scriptis, et disceptatione cum Saraceno tom. I. edit. clarissimi Lequinii p. 467. seq.

<sup>2)</sup> Inscriptio opusculi XXVII. Θεόδωρος φιλόσοφος Ἐπισκόπος Καρῶν etc. Opusculi XXXIV. τὸ Θεολόγος περὶ χρόνου, τὸ αὐτὸ Ἀβυκαρᾶ.

<sup>3)</sup> Cum hoc Theodoro nostrum confundere primum docuit Gretserus ad opuscula Abucarac a se edita, quem sequuti sunt *Ducgens* in Auctionario bibl. Patrum, *Lambec.* V. p. 77. et 358. [pag. 33. 168. not. ad nr. 7. et in ind. I. ad illud vol. pag. 737. sq. Kollar.], *Nesselius* part. I. p. 254. IV. p. 153. VI. p. 113. *Causus* in Historia literaria scriptorum eccles. ad 2. 867. *Hendreichius* in Pandectis Brandeburg. p. 24. alique.

<sup>4)</sup> Vide Nicetam in vita Ignatii T. V. Concil. edit. Harduini p. 980. seq. et Concilium a. 869. CPoli celebratum actione II. p. 1035. et IV. pag. 1050.

<sup>5)</sup> Cum hoc confunditur ab Antonio Possellino in adparatu sacro, ubi de Theodoro Abucara dicere quum coepisset, *vide autem*, inquit, *in verbo Theodorus in cœnobio Raithu, est enim idem.* Dubius etiam haerebat Gretserus in nota ad opusculum XXVI. quod in altero codice Bauarico tribuitur Theodoro Raithuensi. Haec sententia etiam placuit viro docto, de quo Andreas Arnobius praefat. ad S. Athanasii syntagma doctrinae: *Redit in memoriam virum doctum in Anglia ad saeculum septimum retulisse Abucarac etc.*

<sup>6)</sup> Ut Theodorus Hagiopolitanus non diuersus est ab Antiocheno, (Antiochia enim passim Ἀντιόχεια vel Θεόπολις,) ita Antiochenus idem cum Mopsuesteno, de quo supra abunde dictum. Quare vero sub Theodori Hagiopolitani nomine latine exhibuit *Henricus Canisius* tom. IV. Antiquae Lect. part. I. p. 281. sqq. tria opuscula, a Turriano e graecis translata atque sub eodem nomine recusa in bibliothecis Patrum Paris. 1654. tomo IV. et Colon. 1622. in supplemento, siue tomo XV. illa inter Theodori Abucarac scripta nam. XXVII. XXVIII. XXIX. fide MSS. codicum, edere non dubitarunt Gretserus ac Ducaeus, primum *de nomine Dei*, alterum *de Deo et Deitate*, et tertium *contra Nestorianos*. Fessellit memoria Io. Mollerum, qui in homonymoscopia pag. 521. illa tria opuscula sub Theodori Raithuensi nomine a Canisio publicata fuisse adfirmat.

<sup>7)</sup> Opuscula varia Abucarac, et de Christianorum haeresibus sunt in cod. *Escorialensi*. v. *Plücker* in

*stus liberauit.* Edit. Ingolstadt p. 376. Vertit praeter Genebrardum Franciscus Turrianus. Incipit: *Πέντε θανατηφόρος έχθρες έχουεν.* [In cod. Vindobon. observante Koll. ad Lambec. VII. p. 292.]

II. *Διάκρισις τε καὶ διασάφισις τῶν περὶ αὐτοῖς φιλόσοφοι καταγίνονται Φαῶν καὶ ἑλεγχες τῆς τῶν Ἀκεφαίων, Σευηριανῶν ἢ τῶν Ἰακωβιτῶν ψυχολογικῆς αἰρέσεως.* (Explanatio vocum<sup>9</sup>), quibus philosophi utuntur, et confutatio haereseos Acephalorum, Severianorum, id est Iacobitarum. pag. 286. Incipit: *Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογματικῶν ἐρασαῖς τε καὶ πρᾶσπισαῖς.* Vertit Turrianus. [In cod. Vindob. LXXVII. v. Kollar. I. modificato, et Monachas in cod. synodali XXXII. vid. Matthaei notit. p. 291. nr. 6. in 8. Harl.]

I. III. *Διάλογος γενομένης πρὸς τὴν τῷ δέμῳ ἑμῆς (λογοθέτην) αἰτησόμενον ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμὸν ὅτι ὁ Θεός.* *Dialogus cum praefecto curiae publici Eusebio qui petierat ut rationatione demonstraret, Deum esse.* pag. 414. Incipit: *ἀπόδος, ὦ ἄνθρωπε, ἀποδοξίν.* Verterunt Genebrardus et Turrianus. De MS. caesareo vide Lambecium V. p. 78. [p. 168. nr. 7. ed. Kollar. et VII. p. 289. notante Koll.]

IV. *Ἐπιστολή περιέχουσα τὴν ἐρθὴν καὶ ἀμώμητον πίσιν.* *Epistola continens de Christo fidem orthodoxam Chalcedonensis concilii, missa a B. Thoma patriarcha Hierosolymitano ad haereticos in Armenia, arabice vero dictata (ἀπαγορευθεῖσα Ἀραβισί) a Theodoro Abucara, et in graecum sermonem translata a Michaële presbytero et synello ecclesiae Hierosoly-*

in itinere per Hispan. p. 191. coll. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 624. B. ac p. 706. D. in duobus codd. bibl. Sfortianae Abucarae dialogus, in quo demonstrat syllogismis, deum esse; atque aliae variae responsiones ad quaestiones Arabum, s. Saracenerum et Nestorianorum. — *Varia Vindobon.* in codd. caesar. v. Lambec. cum Kollarii not. V. p. 168. et VII. p. 135. sqq. atque p. 289. sqq. — *Paris.* in cod. MCCC. sunt secundum Fabric. ordinem nr. 1. 3. 6. 7. 9. 11-14. 16. 22. 29. 31. tum colloquium de christiana religione et mosaica lege; item responsio ad quamdam quaestionem, et dialogus nondum editus, quo ostenditur, *Christi hypostasin in passione solutam non esse*: in cod. MCXI. sunt eiusd. opusc. quae a Fabricio notantur, nr. 2. 9. (qui dialogus est quoque in cod. MCLVIII.) nr. 5. 6. 7. 10. (et in cod. MCCCLXXII.) nr. 18. (ex disputationibus adversus Saracenos, referente Io. Diacono,) nr. 20. 22. 25. tum nr. 14. 16. 11. item interrogatio a Saraceno quodam adversus christianam religionem proposita, et tertius, haecenus ineditus dialogus cum Nestoriano: in utroque cod. collo-

quium de non comedenda suilla. Monac. sunt in codd. Bauar. (ex quibus ediderat opuscula Greterus,) LXVI. et CIV. Singula, quae in illis existant, distincte sciteque receperat cel. Hardt. in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 3. pag. 18. sqq. ac 27. sqq. et part. 7. p. 4. sqq. Multi Abucarae libelli sunt in cod. Mosquensi synod. XXXII. quos recenset Matthaei in notitia codd. gr. Mosq. p. 291. sqq. ed. in 8. Harl.

q) Distinguit Theodorus inter vocabula philosophice accepta et logice. *Φιλοσοφικά ὀνόματα* appellat, quae rem ipsam denotant, ut sunt, Petrus, homo, animal: *λογικά*, quae conceptionem logicam, ut individuum, persona, species, genus, natura etc. Sic, opusc. XXVIII. pag. 514. distinguit inter *καταγορεύματα ἀνωτάτω* et *κατωτάτω*.

r) Est quoque *Mosquae* in cod. synod. XXXII. nr. 7. v. Matthaei in notit. codd. MSS. gr. Mosq. p. 291. ed. in 8. Is vero loco *ἑρῆμα* coniecit *ἑρῆμα*, et accipit de sede episcopali, seu de episcopo Eusebio. Harl.

*Hierosolymitanae.* pag. 428. [P] Incipit: Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. De MS. caesareo vide *Lambec.* V. p. 13. [p. 33. nr. 2. et VII. p. 290. sq. Kollar. *Mosquae* in cod. syn. XXXII. v. *Matthaei* nofit. p. 291. nr. 1. ed. in 8.] Vertit Turrianus.

V. Responsio brevis ad quaestionem, διὰ τί λέγομεν, ὅτι, etc. Quare, sicut dicimus, humanitas Christi est ipsa humanitas Petri et Pauli, et uniuscuiusque hominis, non sic dicimus, corpus Christi, quod sumimus et participamus, idem est Petri et Pauli et cuiusvis corporis? pag. 451. Etiam hoc memorat MS. *Lambec.* V. p. 78. \*) Vertit Turrianus.

VI. Παράδειγμα. Exemplum quo ostenditur quomodo macula peccati Adami, et per incarnationem Saliuatoris nostri, expiatio ad uniuersum genus humanum peruasit. Vertit Turrianus. p. 452. Incipit: Φασὶν οἱ γεηρόνοι, siue, vt in MS. caesareo apud *Lambecium* [V. p. 169. nr. 9. et VII. p. 290. adnot. Kollar.]: Οἱ γεωργμοί.

4. VII. Περὶ τῆς πάλης τῷ Χριστῷ μετὰ διαβόλου. Dialogus de luctatione Christi cum diabolo. Incipit pag. 452. Χριστὸς Θεὸς ὢν καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας. Verterunt Turrianus et Genebrardus. MS. Graece *Lambec.* V. pag. 78. [pag. 169. 10. et VII. pag. 291. Kollar.]

3. VIII. Ἑρώτησις Ἀράβων πρὸς Χριστιανόν. Interrogatio Arabum contra Christianum. p. 458. Incipit: Εἰπέ μοι, Χριστὸς Θεὸς σε εἶναι. Vertit Turrianus, itemque Genebrardus. [in cod. Vindob. ap. Kollar. ad *Lambec.* VII. pag. 291.]

7. IX. Ἑρώτησις Ἀγαρηνοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. Quaestio, ab Agareno eidem Christiano proposita. p. 460. Incipit: Εἰπέ μοι, εἰ Ἰδαῖος τὸν Χριστόν. Verterunt Turrianus et Genebrardus. [v. Koll. ad *Lambec.* l. c.]

7. X. Πρὸς Ἰδαῖον, *Aduersus Iudaeum dissertatio.* p. 462. Incipit: Ὁ Ἰδαῖος, ἔγωγε σοι, Φησὶν. [v. Kollar. l. c.] Vertit praeter Genebrardum Turrianus.

9. XI. Πρὸς Νεστοριανόν. *Aduersus Nestorianum*, de eo, Matth. XXVIII. 18. Data est mihi omnis potestas. p. 466. Vertit Turrianus et Genebrardus.

XII. Ἑρώτησις πρὸς Νεστοριανόν. Interrogatio contra Nestorianum. p. 468. incipit: Τίς τὸ καὶ ἡμῶν χειρόγραφον. Vertit Turrianus.

11. XIII. Ἑρώτησις. Interrogatio altera aduersus Nestorianum. Incipit: Τέσσαρες εἰσιν τὰ τῷ Χριστῷ. Verterunt Turrianus, et Genebrardus.

12. XIV. Διάλογος πρὸς Νεστοριανόν. *Dialogus cum Nestoriano.* Incipit: Διὰ τὴν Σοφίαν

\*) In ed. Kollar. p. 168. nr. 8. it. notante Kollar. vol. VII. p. 289. nr. 7. de cod. LXXVII. in quo etiam est quaestio, Abucarae proposita: *ἰνὴν πάλαι διαμαρτυρίαν, δὲ καὶ ἡ σωτηρίαν χριστοῦ ἔχει.*



θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὀνομάζετε; Vertit Turrianus, p. 470. [Quinque libelli Abucaræ contra Nestorianos sunt in cod. Vindob. LXXVII. notante Koll. ad Lambec. VII. p. 291. sq. Harl.] itemque Genebrardus.

XV. Πρὸς Νεστοριανόν. *Ad Nestorianum.* p. 472. Incipit: Διὰ τί λέγεται ὁ Χριστὸς Χριστός; Vertit Turrianus.

2. XVI. Ἑρώτησις ἀπίστου. *Quaestio ab infideli Abucaræ proposita.* [P] p. 474. Incipit: ἔχῃ, φησι ἐν πᾶσι καὶ πανταχῶς τὸν θεὸν εἶναι λέγεται. Vertit Turrianus, et Genebrardus. [v. Kollar. ad Lambec. VII. p. 137. et 291.]

XVII. Ἠρωτήθη παρὰ πεισθ. \*) πῶς τῷ Χριστῷ τεφανῶς ἀποφνημαμένους etc. *Quaestio a fidei proposita, quomodo, quum Christus clare pronunciet (Ioh. III. 5.) qui non est natus ex aqua et Spiritu S. non intrabit in regnum caelorum: fieri potest, ut qui ante aduentum eius fuerunt iusti, non baptizati in id ingradientur?* Vertit Turrianus. Incipit: Ὅτι ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη. pag. 476. Abucara respondet, Christum pro illis baptizatum esse, et aquam e latere Christi fluentem eos sanctificasse. Quam ipsius responsionem singulari diatriba ad examen reuocauit b. D. Thomas Ittigius *de baptismo fidelium ante Christi aduentum defunctorum per aquam quae ex eius latere fluxit.* Lipsiae 1698. 4. atque in Enneade eius dissertationum ibid. 1702. 8.

XVIII. Ἐκ τῶν πρὸς τὰς Σαβρακηνὲς ἀντιρρήσεων, διὰ Φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνῆ. *Ex concertationibus cum Sarracenis, ex ore Iohannis Damasceni.* Hoc opusculum graece et Latine primus edidit *Michaël le Quien* Paris. 1712. tom. I. Operum Io. Damasceni pag. 472. Nam Gretserus tantum ediderat pag. 478. ex versione Turriani, cum graecum in codicibus Bauaricis non reperisset. Incipit; Εἰπέ μοι, ὦ Ἐπίσκοπε. [v. supra not. *num.* ad vol. VIII. p. 86. et IX. p. 709. n. 8. Harl.]

XIX. Ὅτι ὁ Μωῦσεθ \*\*) ἐκ ἑστὶ ἐκ τῷ Θεῷ. *Mahometem non esse ex Deo.* pag. 480. Incipit: Ἐθὺς τοῖς τῶν Σαβρακηνῶν ὑποκριταῖς. Vertit Iacobus Gretserus.

XX. Ὅτι ὁ Μωῦσεθ ἐχθρὸς ἦν τῷ Θεῷ καὶ ὑπὸ δαίμονος ἠνοχλεῖτο. *Quod Mahometus fuerit hostis Dei et a Daemone obsessus,* p. 482. Incipit: εἰ πάσης τῆς ὑπ' ἐναντίον κτίσεως. Vertit Gretserus.

XXI. Ἑρώτησις ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων κηρύγματος βεβαιεῖται τὸ Χριστιανῶν δόγμα. *Dogma ad confirmationem Christianismi ex vocibus humilibus et abiectis praedicationis euangelii.* p. 484. Vertit Turrianus. Incipit: Τῶν ἐλλογίμων Σαβρακηνῶν.

XXII. Τὸν εὐλογούμενον ἄρτον εἶναι σῶμα Χριστοῦ. *Dialogus cum Sarraceno, ostendens Panem mystica benedictione fieri corpus Christi.* pag. 490. Vertit Turrianus. Incipit: Διὰ τί, ἐπίσκοπε, ἐμπνέετε ὑμεῖς; *Fabr.* Idem Fabric. noster in Delectu argumentorum et syllab. scriptor. qui veritatem religionis christianae — adseruerunt, pag. 119. sq. haec, quae

\*) Ita codex Bauaricus, Gretsero teste. [et in cod. Vindob. LXXVII. notante Kollar. ad Lambec. VII. pag. 292. Harl.] Al. καὶ ἀπίστου. u) In cod. cit. Mosquensi XXXII. legitur: καὶ v. Matthaei l. c. p. 293. ur. 21. Harl.

quae sequuntur, addidit. „Opusculum XXII. constituit partem priorem dissertationis, quam diu post cum *Almede Saraceno* a. 1050. habuisse fertur *Samonas*, archiepiscopus Gazensis, ut notatur a *Michaelis le Quier* ad Damascenam tom. I. p. 655. Illum *Samonam* *Nicolaus Comnienus* Papadopoli p. 407. praenotionum mystagogicarum martyrem adpellat. Illa cum *Almede* disceptatio de veritate corporis et sanguinis Christi graece sub *Samonas* nomine prodit vna cum liturgiis SS. Iacobi, Basilii, Chrysostomi p. 133. Paris. 1560. fol. Latine in liturgiis SS. patrum ex *Claudii de Saintes* edit. p. 79. Antwerp. 1562. 8. et in bibliotheca patrum ed. Lugdun. tom. XVIII. pag. 577. Graece et lat. in auctario Ducaceno tom. II. p. 277. et in bibl. patrum, Paris. 1644. 1654. tom. XII. p. 522-526. „*Hactenus Fabrici* Tum breuiter reconditas alia ex Theodori opusculis, quae spectant ad vindicias doctrinae christianae. *Fabr.*

10. XXIII. Ὅτι ὁ Χριστὸς γεγενῶς ἀνθρώπος, Θεὸς ἀληθινὸς ἐστίν. Quod Christus homo factus sit simul uerus Deus. p. 492. Vertit Genebrardus. Incipit: Ὁ Χριστὸς ἔπεν ὅτι ὁ δυνάτω ὁ υἱός.

[P] XXIV. Περὶ μονογαμίας. De una uxore ducenda. p. 492. Incipit: Πόθεν ἡμῖν, ὡ ἐπίσκοπε, φαίνεται ἡ μονογαμία. Vertit Turrianus.

5. XXV. Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱόν, ὁμοῦσιον, συνάναρχόν τε καὶ συναΐδιον. Demonstratio, quod Deus habeat filium consubstantialem, ut ipse coaeternum principio et coaeternum. Hoc opusculum primus graeco et latine edidit *Io. Baptista Cotelernus* ad lib. V. Constitutionum apostol. cap. 7. tom. I. patrum apostol. pag. 307. Nam *Gretserus* tantum latine p. 497. ex Turriani versione dederat. Incipit: Τῶν ἀγαθῶν τὸ φρόνημα. Vertit etiam Genebrardus.

XXVI. Διάλεξις ἀποδεικνύουσα ὅτι ὁ Πατὴρ αἰὶ γεννᾷ, ὁ δὲ υἱὸς αἰὶ γεννάται. Dialogus demonstrans quod pater semper generat, Filius autem semper generatur, p. 500. In altero codice Bauarico perperam tribuitur Theodoro presbytero τῆς Παύδ. Incipit: ποτερον σοι δονῆ; Vertit Turrianus. *Fabr.* Vindob. in cod. XXVI. adnotante *Kollar*io ad Lambec. VII. p. 136. — In cod. Taurin. CCCXVI. est hoc et sequens opusculum. V. cat. codd. gr. Taurin. p. 395. *Hart.*

XXVII. Περὶ Θεῶ ὀνομάτων. De nominibus Dei. p. 502. cum Turriani versione, quam perinde, ut duorum, quae sequuntur, opusculorum vulgauerat *H. Canisius* tom. IV. Antiquae Lect. retuleratque ad Theodorum Hagiopolitanum, Incipit: τὸ Θεὸς ὄνομα τίνος ἐνεργείας αἰεταί; Theodorum τὸν Ἀββακαρὰν ἐν τοῖς περὶ Θεῶν ὀνομάτων λόγοις αὐτῷ citat *Io. Vercus* in *Allatii* graec. Orthod. tom. II. pag. 244. *Fabr.* — Exstat Vindobonae in codd. caesar. XXVI. et LXXVII. obseruante *Kollar*. de utroque codice ad Lambec. VII. p. 163. et 292. — In bibl. Vaticana, in cod. reginae quondam Sueciae, nr. 1095. et in cod. Sfortiano, velle *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSar. p. 37. A. et 707. B. Add. *Molleri* Homonymoscoria p. 521. *Hart.*

XXVIII. Διάλεξις αἰρετικῶν πρὸς ὁρθόδοξον περὶ Θεῶ καὶ Θεότητος. Dialogus haereticis et orthodoxis de Deo et Deitate. p. 506. Incipit: Ποτερον σοι δονῆς τριπλὸν ἐστὶ Θεός; Vertit Turrianus, sed ita ut postremam partem, quam ex codice Bauarico addidit vertitque

τὸ ἕλὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀθανασίας, καὶ τὸν γλυκασμὸν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ ἀμύχανον, καὶ ἀπεριώητον κάλλος τῆς εὐχρείας τῶν ἀβρότῳ ὁρωμένων, καὶ ἀθεάτως θεωρημένων αἰωνίων ἀγαθῶν ὑμῖν τὸ ἀπολαύειν καὶ τρυφαῖν ἐκείσε ταμιεύεται· ἐκεῖ φθάζοντες ἐκεῖ μικρὸν ὅσον διὰ θανάτου, φάγεσθε καὶ πιεσθε ἀκορέτως καὶ αἰωνίως· καὶ γὰρ ἔνταῦθα, τέκνα μὲν, εἰάν ἐπ' αὐτῶν τῶν βασιλευνόντων λάβωμεν, ἢ τρυφῇ, ἀλλὰ τρυφῇ [P] σκολήκων ἢ ἀπόλαυσις αὐτῶν, ἔδὲ εὐζωίᾳ, ἀλλὰ δυσζωίᾳ ἢ ἀνεσις αὐτῶν, ἔδὲ χαρᾷ, ἀλλὰ λύπῃ ἢ χαροποιήσις αὐτῶν, ἔδὲ κατὰσχέσις, ἀλλὰ ἀπόσχέσις ἢ κληρονομία αὐτῶν, καὶ ὄντως ματαιότης ματαιότητων ἢ εὐδαιμονία αὐτῶν<sup>g)</sup>. Οὕτως ὁ μείζων αὐτῶν βασιλεύσας, καὶ τῶν ἡδέων τοῦ κόσμου ἀπολαύσεων προώρηκε Σολομών· ἔχετε δὲ ὑμεῖς τὴν Φίλην ὑμῶν ἐγκρατείαν, τὴν σύζυγον ὁπακοῇν, τὰς θυγατέρας τοῦ Κυρίου, τὴν ἀγνείαν, τὴν παρθενίαν, τὴν ἐλεημοσύνην, τὰς ἱεράς νεανίδας, τὴν κατάνυξιν, τὴν ταπείνωσιν· ἀναβλέψατε εἰς τὸν ἔρανον ἄνω, καὶ ἴδετε πῶς ἡ κατοικία ἡμῶν, καὶ πῶς ἡ κεφαλὴ ἡμῶν ὁ Χριστός, καὶ ὁ κοινὸς Πατὴρ πάντων, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ<sup>h)</sup>, ἡ μήτηρ Παύλου καὶ Πέτρος, καὶ τῶν κατ' αὐτὰς ἀγίων· ὄντως εἰάν ἐπιμένητε, ἐνίκησατε, εἰάν διαρκέσητε, ἐσφρανώθητε, εἰάν ἔτω τελειωθῆτε, ἀνοιγήσονται ὑμῖν αἱ πύλαι τῆς βασιλείας τῶν ἑρανῶν, καὶ τότε μὲν μνημονεύετε τοῦ τάλαντος καὶ ἀσώτου, ὅπως ὁρῶντες, μὴ εἰς κρίσιν ἀποπεμπόμενοι, ἀλλὰ δέδητε καὶ ὑπὲρ ἑμῶν, ὡς τέκνα μὲν, ἵνα με ὁ Θεὸς σὺν ὑμῖν διασώζων διασώσῃ, καὶ δῶ πνεῦμα συνέσεως, καὶ καταρτισμὸν ψυχῆς, εἰς τὸ ἀνα μέσον ὑμῶν θεοπρεπῶς ἀναστρέφασθαι· ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως ἐλαλήσαμεν, ἔπειτα καὶ ὁ οἰκονόμος, ὃς προέγραψεν, ἐξελεύσεται· ὑμεῖς δὲ εὐρίσκοντες τινὰς γραμμοτοφῶρας, μὴ διαλίπητε, ἀν' τι πέμποντες ἡμᾶς τὰ κατ' ὑμᾶς ὅπως ἔχει, καὶ ἀγωνίσασθε τέκνα μὲν εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς ἐπιμέλειαν τῶν κτηνῶν, τῶν χωρῶν, τῶν ἀμπελῶν, πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τὰς ἐντολὰς ποιῶντες<sup>i)</sup>. ἤγε καλῶς τέκνον Ἀκάκιε, ἅπαντες ὑμεῖς, οἱ πιστοὶ ἀδελφοί μὲν, ἐν-θίως ἔπεσθε τῷ προάγοντι, ἵνα εὐ ὑμῖν γένηται πᾶσιν, καὶ ἔσεσθε τέκνα φωτός· ἄρτι δὲ σὺν τῷ ἀββᾷ Ἀμμωνίῳ ἀπεσείλαμεν καὶ τὸν ἀββᾶν Βαρδολομαῖον, καὶ ἐπιτηρητὴν ὡς τέκνον ἡμῶν ἐπὶ ταῖς παρισταμέναις χρεαίαις· συμφθάσει δὲ μικρὸν τι ποτ' ἐξελθεῖν καὶ τὸ σκάφος μετὰ τῶν χρεῶν ὑμῶν· ἵνα δὲ γινώσκητε, ὅτι καὶ ἀδελφὸς ὑπεδεξάμεθα, ἢ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ἔχοντες, ἐξ ὧν εἰς ἐξὶ καὶ ὁ ἀββᾶς Ἀβραάμιος τῆς πόλεως γεγονώς ἐπιφανὲς ἄνθρωπος, καὶ ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ ζητῶν τὸν Θεόν· εὐχασθε, ἵνα ἐν Κυρίῳ καταρτιζώμεθα· περσαγορεύει ὑμᾶς ὁ κύριος καὶ πατὴρ μὲν, καὶ πατὴρ ὑμῶν ὁ οἰκονόμος, ὁ παροικονόμος, ὁ πρωτοπρεσβύτερος Ἀθανάσιος, ὁ ἐπιστημονάρχης Βαρσανυφίας, ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀδελφότης· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν.

24. Πανηγυρικὴ Βίβλος etc. *Panegyricum volumen in dies festos domini, nec non deiparae, et S. Iohannis baptistae.* Ita auctor vitae p. 27. e. Huc refertur possunt fortasse, I. Λογοὶ κατηχητικοὶ τῇ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. *Sermo catecheticus magna dominica die paschae:* qui exstat in Vaticano graeco codice MDLXXXVII. vnde ab Arcadio descriptum habuimus. II. [P] Ἐγκώμιον ὡς τὴν κοίμησιν τῆς ἀγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

g) Ecclesiast. Salom. I.

h) Gal. IV. 26.

i) 1. Cor. XIV. 40.



τόκῃ. *Encomium in dormitionem sanctae dominae nostrae deiparae*; quod exstat in Vaticano graeco codice MDCLXXI. vnde Arcudii manu pariter descriptum vidimus. III. *Λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ἁγίας προφῆτης, προδρόμου καὶ βαπτιστῆς Ἰωάννου*. *Sermo in natalem sancti prophetae, praecursoris et baptistae Ioannis*<sup>1)</sup>. Exstat in Sfortiano codice LXXXVI. vnde ab Arcudio transcriptus. Eundem sermonem Sirmondi quoque manu graece descriptum habemus. IV. *Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τῆς μεγάλης βαπτιστῆς* etc. *Encomium in decollationem magni baptistae ac praecursoris Christi*: quod exstat in Vaticano graeco codice MDCLXXI. vnde descriptum ab Arcudio. Sirmondi etiam manu exaratum habemus. V. *De inuentione capitis S. Ioannis baptistae*, in codd. regis LXVI. et MXLV. VI. *Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὐρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τῆς ἁγίας προδρόμης*. *Encomium in tertiam inuentionem venerandi capitis sancti praetursoris*; quod exstat in regio codice CCLXXIII. et in Sirmondi apographo. Editum est, vt dixi, graece et latine, Francisco Combesio interprete, in libro gallico Du-Cangii, de S. Ioannis baptistae capite. VII. *Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον*. *Encomium in S. apostolum et euangelistam Ioannem theologum*<sup>2)</sup>: exstat in regio codice CCLXXIII. vnde a Sirmondo descriptum habemus. VIII. *De veneratione crucis*, in codd. regis CXLIII. et CCLXXVI.

25. *Ὁ περὶ τὴν μητέρα ἐπιτάφιος*. *Theodistae matris laudatio funebris*. In Vita Theodori pag. 4. b. Exstat in Metaphrastae codice MS. Colbertino CCCCL. in mense Decembri.

26. *Ἐπιτίμια κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος*. *Poenitentiae communes uniuersae fraternitatis*: meminit Auctor vitae pag. 25. c. Exstant autem in Vaticano graeco codice CCCXXX. tum in apographis Sirmondi et Arcudii: [et in cod. Coisl. CCXII. v. *Monistauc.* cat. codd. Coisl. p. 272. *Harl.*]

27. *Σχόλιον εἰς τὰ μερικὰ ἀσκητικὰ τῆς μεγάλης Βασιλείας*. *Scholium in particularia ascetica magni Basilii*. Graece descriptum habemus manu Sirmondi. Descripsit etiam Arcudius ex Vaticano graeco codice CCCXXXI. *Fabr.* v. *Lambec.* III. p. 315. nr. 4. edit. Kollar. et p. 317. de cod. caef. LXV. — *Paris*, in bibl. publ. codd. CDLXXVI. DCCCXCVI. nr. 3. accedit etiam latina interpretatio, et MCCII. nr. 5. — *Mosquae* in codd. CCXLI. CCXLII. et CCXLIII. cum Basilii M. asceticis. v. *Matthaei* Notit. MSS. Mosquens. synod. pag. 156. et 157. ed. in 8. *Harl.*

28. *Ἐκ τῆς ὅρας*<sup>1)</sup> *περὶ τῆς εβδομάδος τῆς τυροφάγας*. *Ex regula de hebdomade Tyrophagii*. Graece descripsit Sirmondus ex Canonario bibliothecae cardinalis Columnae.

29. Σύρ-

k) *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 4. v. *Bändini* cat. codd. gr. Laur. p. 446. *Taurini* in cod. LXX. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 166. *Harl.*

\*) V. supra, nr. 21. *Harl.*

1) Apud *Lambecium* VIII. p. 451. [f. p. 947.

ed. Kollar.] *Ἐκ τῶν ὅρων τῆς ἱεῖς πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρας καὶ Ὁμολογητῆς, τῆς Σταδίτης, περὶ τῆς εβδομάδος τῆς τυροφάγας, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μετέχοντες τυρῶ, ἀνεδίκατοι καὶ δυκοβύβοντες*. *Fabr.* *Lambec.* laudat *Leon.* *Allatum* in diss. de Dominicis et hebdomadibus recentiorum Graecorum, §. XI. col. 1422. et *Io. Meursii* Glossarium graeco-barbarum, sub titulo, *Τυροφάγας*, *Harl.*

29. Σύντομος διδασκαλία τῷ Στυδίτῃ Θεοδώρῳ. *Brevis institutio Theodori* [P] *Studitas*. Exstat in graeco libro MS. 32. collegii Iesuitarum Parisiensis, cui titulus: Διδασκαλία πᾶν ὠφέλιμος ἐκτεθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, *Institutio valde utilis exposita a SS. patribus. Fabr.* In cod. *Mosquensi* synod. V. Titulus: Θεοδώρῳ τῷ στυδίτῃ σατηρίας σύντομος διδασκαλία. inc. Χριστιανὸς, μᾶλλον δὲ μοναχὸς εἶναι ὀμνύει. v. *Matthari* l. c. pag. 17. *Harl.*

30. Τποτύπωσις τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στυδίτων. *Constitutiones monasterii Studitarum*. Graecum viri docti apographum habemus. *Fabr.* Adnotante *Iriart.* in catal. codd. gr. *Matrit.* pag. 19. sunt in fin. cod. IV. quatuor folia, quibus contineri videntur monasticorum praeceptorum fragmenta ex constitutionibus monasterii Studitarum, 1) mutilum sine titulo et initio; 2) de sancta Quadragesima, inc. Ψάλλομεν. 3) de quantitate in cibis et potionibus et recto in mensis ordine: (observante *Iriart.* in *Nesfeliano* bibl. *Vindobon.* catal. part. V. pag. 139. nr. 3. memoratur Theodori Studitae de quantitate ciborum asceticus; at is longe aliter incipit, ac caput in cod. *Matrit.* 4) de proportionem in monasteriis, et alia duo capita, quorum vero tituli et contextus, partim lacerati, partim vetustate detriti, legi non possunt. Ad illas constitutiones pertinere videtur de praefectis monasteriorum, non irascendum in cod. *Mazarin.* v. *Montfaucon.* *Bibl. biblioth. MSS.* II. p. 1316. *A. Harl.*

31. Πραγματεία περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας. *Opus de dispensatione in uniuersum.* Contra *Moechianos* <sup>mm</sup>) haud dubie. Meminit ipse *Theodorus* lib. I. epist. XLIX. p. 349.

32. Τετραδες siue Σύνταγμα, μηδὲν ἐξ ἑαυτῆς etc. *Quaterniones* siue *Syntagma* (aduersus *Moechianos*.) in quo nullam prorsus sententiam propriam, sed duntaxat diuinorum patrum documenta et praecepta profert contextitque *Theodorus*, sicut ipse ait lib. I. epist. XLIII. pag. 333.

33. Τετραδία etc. *Quaterniones*, in quibus impia iconomachorum dogmata exponuntur confutanturque; missi a Theodoro ad patriarchas Alexandrinum, Antiochenum et Hierosolymitanum, atque ad varia monasteria: sicut liquet ex *Theodori* lib. II. epist. XIV. pag. 401. d. 404. e. 407. d. 411. b.

34. Στηλιτευτικός etc. *Inuestiua aduersus iconomachos*. Meminit huius operis sui *Theodorus* ipse initio *Antirrhetici* primi, pag. 89. b.

35. Βιβλιδάριον καὶ τετραδες δεκατέσσαρες, ἐφ' οἷς εἰσι λόγοι καὶ βίοι τῶν ἀδελφῶν, ἐμμέτροις σίχοις. *Libellus et quaterniones quatuordecim*, quibus continentur sermones et vitae fratrum, versibus metricis. Memorat *Theodorus* lib. II. epist. LXI. pag. 484. d.

36. Τριῳδία τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ etc. *Triodia in sanctam quadragesimam*. Mentio fit in vita pag. 69. a.

37. Βί-

<sup>mm</sup>) *Moechianos* adpellat *Theodorus* eos, qui adulterio copulatas *Constantini VI.* imperatoris nuptias dispensatione factas legitimas adfirmabant.

Vol. X.

000

37. Βιβλὸς διὰ τῶν ἰάμβων, τὴν τε πλάσιν τῆ γενέσεως etc. *Liber versibus iambicis, de primi hominis creatione et lapsu, deque Caino, Enoch, Noë etc. et de universa iconomachorum haeresi.* Auctor Vitae, pag. 28 a.

38. Τῶ οἷς πατέρος ἡμῶν Θεοδώρου τῷ Στάδιτε, περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος, *S. patris nostri Theodori Studitae de quantitate et qualitate ciborum.* In cod. XLVI. nr. 3. graec. hist. eccl. MSS. bibliothecae caesareae Vindobonensis. Vide *Eambecium* lib. VIII. pag. 456. [p. 957. Kollar. Add. ad nr. 30. ex Inart. cat. adscripta. Harl.]

39. *Hymnus de vita et solitudine S. Ioannis baptistae.* Meminit Michael in Theodori vita pag. 28. a.

[P] 40. *Pericopae quaedam breuiores: una, De poenis quibus parentes multandi sunt, si infans intra septimum, aut si intra quadagesimum diem, mortuus sit absque baptismo.* In Canoniaro Collegii Iesuitarum Parisiensis. Aliae duae, in veteri collectione Graeci cuiusdam de *Processione Spiritus sancti contra Latinos*, quae in cod. reg. inscribitur *Confessio de Trinitate.* Haec duo fragmenta graece Sirmondus descripsit ex codice Vallicellano.

*Hic addi potest doctiss. Baunio praeterita*

41. *Oratio de vita et laudibus magni Arsenii*, ex qua locum adfert *Allatius* libro de purgatorio p. 733. Vita S. Arsenii anachoretæ, in monte Scethi Libyæ circa a. C. 455. Incipit: Ἀσὴς ἀειφάνης ἡμῖν, cum versione Io. Pinii S. I. tom. IV. Act. Sclor. Iulii 19. p. 617-631. Plura de hoc Arsenio ibid. p. 605. MS. in bibl. Bodlei. v. cat. MSS. p. 418. *V. E. Loescheri* edle - - Früchte, III. pag. 459. *Fabr.* In cod. Coisl. CCCIII. fin. v. *Montfaucon* bibl. Coisl. p. 418. Harl.

[In catal. MSS. Angliæ etc. tom. I. nr. 280. in cod. *Cromwell*. CHL. Theod. Studitæ *Testimonium*. inc. ἀκούων τῷ Θεῷ Δαβὶδ, λέγωντος, — in cod. *Barocc*. XCI. et cod. *Th. Rœ* XVIII. f. nr. 264. catalogi, *Quæstiones et responsa: περὶ τῶν χειροτεχνούντων πρεσβυτέρων.* — in cod. *Laudi* XXXVI. f. nr. 688. catal. Excerpta ex Studita. — In *Montfaucon* bibl. Coisl. p. 113. cod. XXXIX. ad Naucratiū de *polygymia*: ib. fragmenta f. excerpta, p. 191. 198. bis, et 412. — Fragmentum in codd. *Paris*: bibl. publ. MDCCLXV. vbi de Artziburio disseritur; et MMMC. — *Florentiæ* in codd. Laurent. XXXVI. 5. plutei 5. et XII. 3. plut. 9. fragm. de Spiritu S. v. *Bandin*. cat. codd. gr. Laur. I. p. 61. (vbi is adnotat, fragmenta exhiberi a *Leone Allatio* aduersus Hottinger. c. 19. p. 421. et de consensu libr. II. cap. 13. §. 4.) ac p. 407. — cod. VI. 8. plut. 86. fragm. de prædeterminatione et præscientia dei ex τῶ εἰς τὰς αἰὲς αἰώνων κεκοιμημένους τροπαίῳ. v. *Baudin*. l. c. III. pag. 295. Idem tom. I. p. 99. 348. et 434. adnotat, Theodorum citari in expositione factor. præceptorum; tum a Io. Cantacuzeno contra Palamam, et in thes. orthod. fidei. Add. supra, in h. vol. p. 280. Harl.

Alius Theodorus Studita iunior, ad quem Germanus II. patriarcha CPolit. (a. 1240. defunctus,) de azymis scripsit. Vid. Stephanum de Altamura in panoplia aduersus schisma Graecorum p. 249.

[Theo-

[Theodori *Stratelatas* vita v. *Lambec.* VIII. p. 173. ibique Kollar. et saepius. v. supra, in elogiis Sctor. voc. *Theodori, militum praefecti. Harl.*]

Theodorus *Stypiodes*, Manuelis perfidus minister, de quo *Ioan. Cinnamus* libr. IV. histor. p. 200.

Theodorus, presbyter et *Syncellus* magnae ecclesiae. Eius sermo de revelata veste S. Deiparae, MS. in bibl. Bauar. p. 19. sq. catal. *Fabr.* In *Hardt.* cat. in Aretini *Beyträgen etc.* a. 1804. part. 10. p. 34. numeratur cod. CXLVI. v. supra p. 285. in *depositionem vestis etc. H.*

Theodorus *Syceota* siue Syceonis archimandrita, cuius vita citatur in actis synodi secundae Nicaenae pag. 574. tom. III. Concil. edit. Binianae. Vide supra, pag. 148. [in elogiis Sctor. sub illius nomine.]

\* Theodorus Laicus, *Synnadas* in Phrygia concionatus, vt narrat Eusebius VI. 19. Hist.

Theodorus *Syracusanus*, scriptor *τακτικῶν*. Laërt. II. 104. Incertum, an idem, de quo *Liuius* XXIV. 5. et *Valerius Max.* III. 3. in *Theodoro, viro gravissimo, Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigavit.*

Theodorus *Syracusius*, cognomine *νεπίδωτος*, in Actis synodi secundae Nicaenae. 3. edit. Binianae p. 693.

De Theodoro *Tabennensi* monacho et abbate in Aegypto, *Tillemontius* tom. VII. memor. eccles. pag. 469-499. Idem de pluribus Theodoris solitariis videndus tom. XII. pag. 364. 369. 370.

Theodorus, *Tarsensis* episcopus, frequentius Diodorus, de cuius scriptis supra volum. VIII. p. 358. seq. [i. vol. IX. p. 277. sqq. nou. edit. add. supra in vol. IV. p. 380. sq. et infra de Photii cod. CCXXIII. *Harl.*]

Alius Theodorus *Tarsensis*, monachus, a Vitaliano pontifice Anglis episcopus destinatus, de quo *Baron.* ad a. 668. [Est Theodorus Cilix, archiep. Cantuarensis, mort. a. 690. auctor Capitulorum selectorum, in *Dachery Spicil.* I. 486. sq. et libri poenitentialis cuius excerpta Petitus [Parisi. 1679. edidit. B.]

\* Theodorus *Thebanus*, ἀνδριαντοποιός, sculptor, apud *Laërtium* II. 104.

Theodorus *πομπῆς τεταγμένος* apud *Laërtium* II. 104. *Τεταγμένος Pausan.* p. 90. edit. Lipsiensis. Idem *Τεταγμένῳ ὑποκειμένης* apud *Aristotelem* VII. vlt. *Politicon.* et *Plutarchum*. Vide *Perizonium* ad *Aelian.* XIV. Var. Histor.

\* Theodorus *tribunus*, ad quem scribit S. Nilus.

\* Theodorus *trichinas*, ab aspero cilicio, quo tegebatur, appellatus, idemque thaumaturgus, de quo martyrologia et menologia 20. April. *Fabr.* Canticum sacrum in Theodorum *trichinatem s. pilosum*, eremitam, in Thracia prope CPolin, d. 20. April. et in S. Theo-

S. Theodorum *Sycastrum*, episcopum Anastasiopolitanum in Galatia, d. 22. April. in cod. caesar. XII. v. *Lambec.* VIII. p. 210. *Harl.*

Theodorus, *Trimithuntis* Cypri episcopus, cuius Homilia in laudem Io. Chrysostomi memoratur ab Allatio, quae incipit: ἀγαπητοί, ἀψευδὴς Θεός. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. codd. MCDLXVIII. nr. 43, et MDLI. nr. 8. conf. supra, vol. VIII. p. 459. et in h. vol. p. 210. *Harl.*

Theodorus *Tripolites*, Sphaericorum scriptor vocatur a *Menagio* p. 119. ad Laërt. qui aliis rectius *Theodosius*.

[Theodori *Tyronensis* martyrium, in cod. LXXXIV. 10. *Laud.* f. nr. 726. catal. MSS. Angliae etc. tom. I. *Harl.*]

[P] \*Theodorus *Tyanensis* in Cappadocia metropolitanus, ad quem videntur datae Nazianzeni epistolae. Vide *Tillemontium* memor. tom. XII. p. 437.

[Theodori τῆ τυράννης vita, d. 17. Febr. in vitis Sctor. init. τῆ ἀγίης Θεοδώρου πατρὸς μὲν ἐπευφαιῖος. *Oxon.* in cod. *Barocc.* CCXXXVIII. *Harl.*

\*Theodorus *Tyro* martyr sub Licinio. Vide supra p. 147. seq. in elogiis Sctor.

\*Theodorus *vicarius*, ad quem epistola Theodoretī quadragesima.

His porro accedunt Theodori *incerti*, vt, quem περὶ νομοποιῶν, de Terpandro et aliorum nomorum Musicorum scriptoribus: et alius, quem περὶ ποιητῶν scripsisse testatur *Laertius* II. 104. alius denique, quem ἐν τῷ περὶ αἰδέσεων laudat II. 65. *Fabr.* *Florentiae* in cod. *Laurent.* VI. 3. plut. 4. ex Theodori libro de S. Trinitate, vbi tamen alio loco pro Theodoro legitur Theodoretus, adnotante *Bandin.* in cat. codd. gr. *Laurent.* I. pag. 525. et p. 519. Theodorus quidam citatur in *Violario* compos. — In codd. X. 3. et 4. plut. 55. dialogus brevis inter Agorenū, et episcopum, nomine Theodorum, atque eiusdem forsan Theodori demonstratio, quod deus habet filium consubstantialem (ὁμοούσιον,) et coaeternum (συναιδιόν). *Bandin.* l. c. II. p. 273. — Theodori cuiusdam philosophi apophthegmata. *Bandin.* III. p. 319. sq. — Theodori cuiusdam protasecretis versus iambici sepulcrales triginta in *Palaeologinam*, quae sibi adhuc viuens epitaphium scribi curauerat, quos publici iuris fecit *Bandin.* l. c. pag. 236. c. cod. III. nr. 3. plut. 56. *Harl.*

Theodorus ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ citatur a scholiaste *Aristoph.* in *Nubes* v. 397. et ἐν εἰκοστῇ ἐννάτῃ a scholiaste *Apollonii* lib. IV. v. 264. fortasse Theodorus *Samothrax* intelligitur.

Theodorus citatus ab *Eustathio* ad *Odysseae* 9', p. 1602. 23.

Theodorus, laudatus a *Stobaeo* p. 149. et 403. florileg. et p. 429. pro *Elpidiphoriana*.

Theodorum ἐν τοῖς μεταμορφώσεων citat *Plutarchus* in parallelis minoribus p. 311.

Denique

Denique Theodoros vocant nonnulli, qui aliis rectius sunt *Diodori*, vel *Theodosii*, vt supra in Crono et Tripolite iam monui: vel *Theodoti*, vt Theodotus Ancyranus Gennadio, Honorio et Possuino est Theodorus: vel denique *Theoduli*, vt Theodulum presbyterum in Coelesyria, (cuius *de consonantia S. Scripturae* Gennadius c. 91. de S. E. memorat) Honorius Augustod. lib. 2. c. 90. vocat Theodorum, Trithemius autem confundit cum longe iunior *Theodulo*, de cuius *Ecloga* versibus scripta latinis hexametris Sigebertus c. 134. vt ad Trithemii cap. 185. adnotauit. <sup>nn)</sup> At Possuinus duos ex vno illo Gennadii facit Theodoros presbyteros. Caeterum Catena in *epist. ad Romanos*, quae latine ex *Io. Loniceri* versione exstat in Orthodoxographis vtrisque et in patrum bibliothecis sub Theoduli nomine, et graece in codice bibl. Coislinianae p. 267. nequiquam diuersa est ab illa, quam sub *Oecumenii* titulo graece et latine habemus.

<sup>nn)</sup> Vide, si velis, quae scripsi in breuiore notitia litteraturae rom. p. 780. et in Supplem. ad illam, part. II. p. 432. *Harl.*

## CAPVT XXXI. (olim XXXIV.)

DE PHILONE CARPATHIO, ISIDORO PELUSIOTA, NESTORIO,  
EVTYCHE ET ALIIS SAECVLI V. SCRIPTORIBVS ATQVE  
HAERETICIS.

*Scriptores saeculi V. de quibus iam dictum in hac bibl. I. De Philone Carpathio, II. De Isidoro Pelusiota, variisque Isidoris. III. De Antiocho Ptolemaidis episcopo, variisque Antiochis. IV. De Seueriano Gabalensi et Seuerianis aliis. V. De Theodoto Ancyrano, variisque Theodotis. VI. De Antipatro Bostrensi, Candido Isauro etc. VII. De Simeone Ieliste. VIII. De Ioanne Hierosolymitano. IX. De Nestorio eiusque sectatoribus et oppugnatoribus. X. De Eutyche. XI. Index scriptorum et epistolarum, quae in Actis concilii Ephesini et Chalcedonensis atque in Synodico aduersus tragoediam Irenaei occurrunt. XII.*

(Cum supplementis G. C. Harles.)

**Q**uam de quam plurimis scriptoribus graecis, qui saeculum a nato Christo quintum ingenio et doctrina sua illustrarunt, in hac bibliotheca alibi dixerim, de Adriano quidem hoc ipso volumine IX. p. 381. [ed. vet.] de Andrea Caesariensi VII. p. 791. [VIII. p. 696. sq. nou. ed.] Aniano chronologo VI. p. 135. [VII. p. 444. n. ed.] Asterio Amaseno VIII. p. 607. [IX. p. 513. n. ed.] Basilio Cilice VI. p. 114. [VII. p. 414. n. ed.] et Seleuciensi VIII. p. 130. [IX. p. 90. sqq. n. ed.] Io. Cassiani graeca epitome, VII. pag. 551. [VIII. p. 552. n. ed.] Cyrillo Alexandrino VIII. p. 553. [IX. pag. 446. n. ed.] Diadocho VIII. p. 348. [IX. p. 265. sq. n. ed.] Eudocia I. p. 357. [p. 553. sq. ibique not. o. et VIII. p. 55. sq. n. ed.] Eustathio Epiphaniensi VIII. p. 189. [IX. p. 150. sq. n. ed.] Euthalio Sulcenti, ib. p. 367. [p. 287. sq. ed. n.] Eutherio Tyanensi VII. p. 446. [VIII. p. 304. n. ed.] Firmo VII. pag. 189. Gelasio Cyziceno VIII. p. 371. [IX. p. 290. sqq. n. ed.] Gregentio IX. p. 14. [in h. vol. p. 115. n. ed.] Heliodoris Emeseno et Antiocheno VI. p. 784. 798. [VIII. p. 111. sqq. 126. sqq. n. ed.] Heraclide IX. p. 16. [in h. vol. n. ed. p. 117.] Ioanne Aegeate VI. p. 113. [VII. p. 419. ed. n.] Malcho Philadelphensi VI. p. 236. [VII. p. 540. n. ed.] Marco asceta VIII. p. 349. [IX. p. 266. n. ed.] De Nilo ad Allatii librum de Nilis vol. V. huius bibl. [in hoc vol. n. ed. p. 1. sqq.] de Palladio IX. p. 1. [in h. vol. n. ed. p. 98. sqq.] Panodoro, chronologo VI. p. 135. [VII. p. 444. n. ed.] Philippo Sidete VI. p. 112. [VII. p. 418. ed. n.] Philostorgio VI. p. 114. [VII. p. 420. n. ed.] Polybio, S. Epiphanii discipulo, VII. pag. 415. [VIII. p. 256. n. ed.] Polychronio VII. p. 753. et IX. p. 165. [VIII. pag. 660. not. e. ed. nou. et in hoc vol. cap. 30. sect. III.] Proclo CPol. VIII. p. 600. [IX. pag. 504. sqq. n. ed.] Socrate et Sozomeno VI. p. 117. 121. [VII. p. 423. et 427. sqq. n. ed.] Synesio VIII. p. 221. [IX. p. 190. ed. n.] Theodoro VII. p. 430. [VIII. p. 277. sqq. n. ed.] Theodoro Mopsuesteno IX. p. 153. [in h. vol. nou. ed. cap. 30.]

cap. 30. §. 1. sqq. ] *Videtur* Antiocheno VII. p. 769. [VIII. p. 679. n. ed.] et *Zosimo* historico VI. 605. [VIII. pag. 62. sqq. n. ed.]; lubet iam praesenti capite succincte completi eos, qui ad idem saeculum quintum pertinent, sed indicti haecenus a me praeteriti fuere.

[P.] II. PHILONIS Carpathii his verbis mentio fit apud Suidam: Φίλων Καρπάδιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ἄσμα τῶν ἁσμάτων. Philo Carpathius; *Scriptit commentarium in Canticum canticorum*. Qui autem S. Epiphanius discipulus, circa quinti saeculi initia floruit Philo, non Carpathi in Cycladibus, sed Carpassi siue Carpassae <sup>a)</sup> Cypri ciuitatis ab eodem ordinatus episcopus fuit. Polybius Rhinocurorum Aegypti episcopus in vita S. Epiphanius c. 49. <sup>b)</sup> Ἦν δὲ τις κληρικός ἀπὸ ρητόρων, τὸνομα Φίλων, ἀνὴρ ὁσίος. Χρῆσαν δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τῆ Καρπάσις καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τῷ θρόνῳ. Ἦν δὲ ἕτος διάκονος. Τῷ τὸν ἦν ἀπὸ ἀπικαλύψεως Θεοῦ χειροτονῆς ἐπὶ τῷ θρόνῳ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας τῆ Καρπάσις. *Erat quidam ex oratoribus clericus, Philo nomine, vir sanctus. Opus autem erat, in ciuitate Carpassi in sede collocare episcopum, eratque is diaconus. Hunc ergo ex Dei reuelatione episcopum ordinat Epiphanius in sede ciuitatis et ecclesiae Carpassi.* Sub eius nomine fertur *Commentarius in Canticum canticorum*, ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum, qui latine duntaxat lucem haecenus vidit e latina versione *Stephani Salutati* siue *Salutati*, Pisciensis, Paris. 1537. 8. apud Robertum Stephanum, atque inde insertus est bibliothecis patrum Parisiensibus, Coloniensi ac denique tomo V. edit. Lugdunensis. Recte movent viri docti, hunc Philonis foetum, si genuinum, ex parte saltem minus sincerum valdeque interpolatum a Salutato fuisse editum, quia multa illi inserta ex commentario Gregorii I. nec satis cum ceteris cohaerentia, ut iam Bellarmino obseruatum. Genuinum Philonis commentarium graece e codice Bigotiano editurum pridem in se recepit vir doctissimus Anselmus Bandurius, monachus Benedictinus, et post Magliabecium praefectus dignissimus thesauri librarii Medicei. Fragmenta complura Philonis huius occurrunt in expositione Cantici canticorum <sup>c)</sup>, quam Eusebii Caesar, nomine, (quum longe iunioris <sup>d)</sup> scriptoris sit,) graece editit *Ioannes Meursius* Lugd. Bat. 1617. 4. Nusquam autem Philo Carpathius, sed tantum Philo ibi adpellatur. Fragmentum Philonis in illud Matth. V. 13. *Vos estis sal terrae* e Catena MS. Mazariniana dedit *Combesius* in bibl. concionatoria. Citatur etiam Philo episcopus aliquoties in Catena patrum ad Pentateuchum, latine versa a Francisco Zephyro pag. 77. 82. b. 83. Haec de [P] scriptore isthoc paullo explicatius praesenti loco tradere volui, licet illius iam meminero lib. IV. cap. 4. <sup>e)</sup> quum Philones varios recenserem.

000 3

III. Prae-

a) Καρπάσια Stephano et aliis, Plinio *Carpassum*, in Notitia graeca episcopatum Καρπάσιος. Vide *Mursum* in Cypro pag. 28. *Harduinum* ad Plin. V. sect. 55. tom. I. p. 614. et *Holstenium* ad Stephanum Byz. p. 162. Olympius, Carpassiae episcopus, Philonis successor interfuit conciliabulo Ephesino a. C. 431.

b) Tom. II. Operum Epiphanius p. 560.

c) In cod. *August. Vindel. v. Reiseri* indic. MSS. Aug. p. 56. *Harl.*

d) Vide vol. VI. huius bibl. p. 95. [VII. p. 397. sq. ed. nou.] et VII. p. 753. [VIII. p. 660. nou. ed.]

e) Vol. IV. p. 751. nou. edit. vbi de nonnulla edit. *Giacomelli* et de Philonis commentario plura adnotaui. Conf. etiam *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 87, 1. *Harl. Giacomelli* editio Comm. in Cant. cant. repetita est in *Galland.* N. bibl. PP. tom. IX. p. 715. sq. et fragmenta Philonis leguntur ibid. tom. VIII. p. 256. seq. vbi in prolegg. p. 24-28. de Philone hoc egit *Gallandius. Beck.*



III. Praeclarissimis ecclesiae luminibus et vtilioribus scriptoribus merito accensendus venit ISIDORVS *Pelusiota*, monachorum in Pelusio Aegypti monte degentium abbas<sup>f)</sup>, constantiae, sanctimoniae et doctrinae laude pariter conspicuus, et non modo tempore<sup>g)</sup> concilii Ephesini a. 431. celebrati adhuc superstes, sed circa a. 449. demum<sup>h)</sup> vel 450. pro-  
vecta aetate, quum Aegyptum iam Eutychis turbasset haeresis, defunctus: post a. 433. nulla de eo mentio: de cuius vita et laudibus agunt Graeci in Menaeis 4. Febr. Acta Sanctorum tom. I. Febr. p. 468. seq. et, cuius industriae non habeo, quod addam, *Tillemontius* tom. XV. memor. p. 97. seq. Ammonium, Pelusiotarum episcopum iam defunctum, laudat lib. III. ep. 270. et 245. eiusque successorem impium Eusebium perstringit et his et pluribus aliis in locis. Io. Chrysostomi, doctoris sui a. 407. defuncti, ut strenuus aduersus Cyrillum Alex. aliosque defensor exstitit, et lib. 2. epist. 42. laudator, ita dicta eius et sententias libenter suas ipsum facere et passim imitari, notauit *Conradus Rittershusius* tam in notis ad Isidorum, quam in sacrarum lectionum libris, IV. 16. seqq. V. 13. VI. 13. VII. 7. De eo Suidas: Ἰσίδωρος πρεσβύτερος ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἐπιλογιμώτατος, φιλόσοφος τε καὶ ῥήτωρ. Ἐπιστολαὶ ἐκ-  
μνησθῆσας τὴν θείαν γραφὴν γ' ὑπερβαίνει, καὶ ἑτέρας δ', καὶ ἄλλα τινὰ. *Isidorus presbyter Pelusiota*, vir eruditissimus, philosophus et orator. Scripsit epistolas ter mille, quibus sacram Scripturam interpretatur, et alias septies mille, nec non alia quaedam. Sic habere co-  
dices emendatos testatur Sirmondus<sup>i)</sup> ad Facundi II. 4. cui pulcre conuenit, quod in Meno-  
logiis et apud Nicephorum X. 54. legas, Isidorum multa scripsisse ὡς πελείας ἀπ' αἰσῆς ἐμπλεῖς,  
omnigenas utilitatis plena, μάλιστα δὲ ἐπιστολαὶ χάριτος παντοίας μετὰς, θείας τε ἅμα καὶ  
ἀνθρωπίνης ὥσπερ χιλιάδας δέκα δι' ὧν πᾶσάν τε γραφὴν σαφηνίζει, καὶ σύμπαν ἥθος παι-  
δεύει, διδασκαλικώτερον ποιούμενος τὴν ὑφήγησιν. potissimum autem epistolarum omnis gene-  
ris diuina simul et humana gratia refertarum prope millia decem, in quibus Scripturam omnem  
clarius exponit, et hominum mores instituit, quippe qui dicendi genere ad docendum accommo-  
dato in eis utatur. Facundus vero bis mille tantum habuisse in suo codice se innuit lib. 2.  
cap. 4. Nam vir etiam sanctissimus et magnae in eccl. gloriae Isidorus presbyter Aegyptius Pe-  
lusiota, quem duo millia epistolarum ad aedificationem ecclesiae multi scripsisse nouerunt, qui  
etiam pro vitas ac sapientiae suae meritis ut pater ab ipso Cyrillo et honoratus est et vocatus, sic  
ei scribit<sup>k)</sup> etc. [P] adnotatque Sirmondus, Facundo fuisse eiusmodi codicem, qualem ve-  
tus interpretes epistolarum Isidori ineditus commemorat his verbis: *Has omnes B. Isidori pres-*  
*byteri et abbatis Pelusiotas recensui et transtuli ex epistolis eius duabus millibus, quae sunt per*  
*quingentas distributae in Acoemetensis monasterii (CPoli) codicibus vetustissimis quatuor.* Si-  
milem codicem epistolarum Isidori bis millenarum χιλιάδων δύο graecum in bibl. Caesarea  
Vindobonensi exstare testatur *Lambecius* tom. I. pag. 149. [p. 278. Kollar.] Neque dubito,  
adsentiri

f) Ἰσίδωρος ὁ τῆ Πηλουσίου ὄρος καθηγησάμενος. Niceph. XIV. 53. Pelusium a πηλῶ, quod lutum denotat: Chaldaeis Sin 10 vel 10. vid. *Lightfooti* Horas Talmud. p. 519. ed. Carpz.

g) Concilii Ephesini tempore scriptae sunt lib. 1. epist. 310. ad Cyrillum Alex. et 311. ad Theo-  
dorum.

h) *Tillemont.* tom. XV. memor. pag. 116. seq.

i) Tom. II. Opp. Sirmondi p. 458.

k) *Facundus* deinde producit latine, quae in-  
ter Isidori epistolas exstant lib. I. 370. et 310.

adferri praeclearo *Tillemontio*, <sup>1)</sup> qui in illa monachorum Acoemetarum collectione non alias existisse epistolas putat, quam quas libris quinque digestas et vtraque lingua editas habemus, in illis etiam primus liber quingentis absolvitur, et vniuersae sunt bis millenae ac duodecim. Hae duodecim autem plures numerantur, quia interdum vna in duas discerpta est vt lib. I. 271. 272. quae iterum repetita 303. nec non lib. IV. epist. 206. 207. Nonnullae etiam positae bis, vt lib. I. 29. et IV. 188. Idem *Lambecius* tom. V. p. 245. <sup>2)</sup> eodidem alium, epistolarum mille Isidori de interpretatione S. Scripturae commemorat, earundem cum editis. In bibl. *Bauar.* cod. XCV. epistolae 659. et eiusdem Isidori aliae epistolae 469. h. e. si iunctim

1) Tom. XV. inqmor. p. 847.

2) S. p. 509. sqq. Kollar. in cod. CCXCI. *Lambecius* p. 317. suspicabatur, in illo cod. quasdam latitare, haecenus nondum editas; sed Kollar. in nota A. collato cod. cum edit. *Moreli* 1658. deprehendit, ne vnam quidem esse ineditam, immo tres editas in cod. easque desiderari. Idem animaduertit, eodidem non agnoscere Isidori epistolarum in libros partitionem, neque vltra eam, quae in vulgatis est libro III. ducentesima, progredi. — In eodem *Lambecii* vol. pag. 521. in cod. CCXCII. nr. 1. sunt Isidori epistolae nonaginta tres de interpretatione SS. et *Lambec.* adnotat, inter has epistolas vnam esse, quam in edit. *Rittershusii* et *Schotti* non reperisset, a duodecimam ad Thalelaeum monachum, quae incipit: *Αὐτὸς ἐστὶν ὁ κύριος ὁ θεὸς ὁ ἀγαπῶν ἡμᾶς.* — Ibid. p. 85. in cod. CCXIII. nr. 9. sunt duodecim Isidori epistolae. — Isidorus citatur ibid. p. 135. in cod. CCXXXI. in catena in Iobum; p. 326. in Io. patriarchae Antiocheni eclogis asceticis, in cod. CCXLI. nr. 1. ibid. pag. 474. excerpta quaedam ex epistolis in cod. CCLXXXIII. nr. 2. — *Lambec.* in vol. VI. part. 2. p. 411. in nota r. illustrat locum epistolae 27. libri quarti. — In vol. VIII. p. 22. sq. Isidori epistola, nr. 225. libri quarti ed. *Rittershusii*, cui Flauii Iosephi testimonium de Christo insertum est, explicatur, corrigitur et suppletur; et pag. 637. sq. Isidorus inter eos, qui de vita Io. Chrysostomi scripserunt, numeratur. — In vol. IV. cod. CXLVI. nr. 35. CLXIV. nr. 6. et CLXXXVIII. nr. 22. p. 265. 365. et 457. sunt fragmenta ex Isidori epistolis. — In cod. CIV. nr. 3. epistolae 414. alia, n. 216. v. *Kollarii* supplem. ad *Lambec.* p. 644. sq. qui conferre iubet ed. *Venet.* 1745. fol. — *Florentinae* in cod. *Laurent.* V. nr. 2. plut. 6. epistola quae-

dam. — in cod. XVII. nr. 4. plut. 2. — decem epistolae cum grammatica expositione in cod. XVI. 3. plut. 60. — Excerpta, in cod. XXXVII. 3. plut. 31. — Epistolae 411. in cod. VIII. nr. 4. plut. 86. v. *Bandini* catal. codd. gr. *Laur.* I. p. 101. 338. II. p. 114. et III. p. 291-316. cuius ultimi cod. et epistolarum duplicem is dedit recensionem; alteram sec. ordinem epistolarum in cod. adpositis singularum initis; alteram secundum litteras alphabeti. — Praeterea loca in pluribus catenis MSS. occurrunt; et in expositione diuinarum praeceptorum; in florilegio sententiarum; in thesauro orthod. fidei et in viol. composit. v. *Bandini.* l. c. tom. I. p. 18. 20. 91. 101. 138. 161. 363. 99. 436. 254. 433. et 549. — libri II. *Romae* in cod. Clementino-Vaticano XXII. v. *Affmanii* bibl. orient. I. p. 595. et in vol. III. p. 45. sq. de fragmentis Syriacis. — *Taurini* in cod. CLXXII. epistolae. v. cat. codd. gr. *Taur.* p. 259. — *Paris.* in sex codd. bibl. publ. in cod. DCCCXXXII. sunt 1215. epistolae; aliquot in cod. CMXLIX. septem epp. in cod. CMLXXVII. 9. fragmentum de libris canonicis in cod. MCCLIX. Adpend. ad cat. codd. *Paris.* tom. II. p. 619. vna epistola in cod. MCCCLXXII. 33. epistola ad Cyrum, in cod. MMMXXVI. 6. Praeterea sunt secundum catal. tom. II. de resurrectione Domini post triduum epist. et de tribus diebus sepulturae dominicae in sex codd. — de Chrysostomi commentario in epist. ad Romanos epistola in cod. DIX. 6. — fragmentum de Matthaei loco, *Th es, qui venturus es*, in cod. LXXXIV. — Secundum *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. MSS. mille epp. sunt *Romae* in cod. *Ottobon.* (p. 185. A.) et in alia rom. biblioth. Isidori et aliorum epp. (pag. 201. D.) — epp. 1148. *Venet.* in cod. *Beffarion.* (p. 473. A.) — aliquot, *Lipsiae* in cod. bibl. *Paulinae.* (pag. 565. E.) — sex epp. in bibl. *Bodleyanae.*

Ppp

Pbl. X.

iunctim computemus, 1128. — In cod. XCVI. epistolae 489. conf. syllogen epistolar. Burmannianam, tom. II. p. 334. [Secundum cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc., a. 1803. part. 6. pag. 19. sq. prior numeratur XLIX. quarum epistolarum prima inc. *ἐπειδὴ κυλικόν ἐστι τὸ χεῖρον τὸ σχῆμα*, et illas epp. editas esse ex hoc codice in ed. Commel. 1605. gr. ac lat. in fol. in libro IV. contra Fabricium docet, et alia observat. Posterior ibid. numeratur L. de quo v. *Hardt.* ib. a. 1804. part. I. p. 3. *Harl.*] Similem collectionem epistolarum MCXLVIII. Venetiis in bibliotheca S. Marci vidisse se refert Sixtus Senensis libro IV. p. 339. bibl. Sanctae, quem eundem codicem saeculo decimo quarto exaratum memorans eruditiss. *Montfauconus* in Diario Italico pag. 42. [et in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 477. C. D.] testatur, continere epistolas MCC. ad interpretationem S. Scripturae facientes et digestas esse secundum ordinem librorum Veteris et Novi Test. quorum loca interpretatur. Addit, cardinalem Barbadicum morte praeventum edendi huius codicis provinciam alii reliquisse, quam a viro aliquo docto occupari tanto magis videtur exoptandum, quo magis est credibile, plures in hoc codice latere epistolas Isidori adhuc ineditas, quum primae etiam initium a Sixto Senensi proditum: *ἐπειδὴ κυλικόν ἐστι χεῖρον τὸ σχῆμα*, nulli ex editis congruat"), ut doctissimo *Cavoso* in Historia literaria scriptorum eccles. iam notatum. Aliam collectionem epistolarum Isidori MDC. in codice bibliothecae Cryptoferratae a. C. 986. scripto, idem *Montfauconus* reperit, ut p. 336. narrat. \*) Isidori epistolas plures laudat *Leontius Byz.* ut supra p. 174. vet. ed. adnotavi; in illis unam ad Theonem, quam in editis diu inaccessum quaeras. Michael quoque Glycas epistola LXXXIV. ad Ioannicium \*) citat Isidorum Pelus. *ἔως ἐν Ἐπιστολαῖς λέγονται*, qui ad hunc modum in epistolis loquutus sit: *ὥπερ τὸ σῶμα τῷ Κυρίῳ ὑποπέσεν τοῖς ὀδύσι τῆ ἀδῆς, φθορὰν μὲν τῇνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ ἐκ ἑδεν, ἔτω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τῷ Κυρίῳ τοῖς ὀδύσιν ὑποπίπτει τοῖς ἡμετέροις, [P] φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίσταται, διαφθορὰν δὲ ἐκ ἑγὼ, ἀλλ' αὐθις ἀφραγίζομενον τῇ τῆς ψυχῆς εἰς αἰδότην μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπτέμενες ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς. Quomodo enim domini corpus quum in inferi dentes cecidisset, corruptionem quidem admisit, non tamen omnigenam vidit: sic et in praesenti ipsummet corpus domini, dum dentibus nostris subicitur, pari modo atque corpora nostra corruptionem subit, sed non absolutam. Quin potius deposita statim corruptela, animae substantiae traditur: sed et non solum traditur, verum perpetuo perficitur cum animis iustorum.* Frequenter etiam loca ex Isidori epistolis adferuntur in Catenis ad libros

*Isidori*. (p. 645. D.) — In tribus codd. *Sfortianis* aliquot epp. (p. 699. B. D.) — Excerpta in collectionibus variis, in codd. *Coislin.* p. 186. 187. 188. 191. 193. 198. 246. 247. 248. 266. 294. 305. 390. 412. 421. ter et 577. — In cod. *Escozial.* epistolae 41. v. *Piller* itinerar. per Hispan. p. 178. — Sec. cat. MSS. Angliae etc. Excerpta in cod. *Barocc.* V. LXXVI. bis. et nr. 291. in cod. *Cromwell.* it. nr. 710. in cod. *Land.* sex epistolae in cod. *Barocc.* CXC VII. et in cod. CCXII. epistola, et pag. 259. in *Jamesii* collectionis. — In tom. II. p. 104. nr. 4034. in cod. ecclesiae *Welfensis.* — In bibl. *Leidensi* Isidori Pelus. frustra

quaedam graece descripta, et lat. versa, manu Bonaucut. Vulcanii. v. cat. bibl. Leid. p. 545. nr. 59. — Excerpta quaedam ex epistolis in cod. *August.* Vind. vid. *Reiseri* iadic. MSS. August. p. 40. — ibid. p. 85. epistolae quaedam. *Harl.*

n) Contrarium offendit ecl. *Hardt.* l. cit. H.

o) Add. *Montfaucon.* in Palaeogr. gr. pag. 45. et bibl. bibliothec. MSS. I. p. 199. B. *Harl.*

p) *Mich. de Quen* ad Damascenum p. 654.

libros S. Scripturae non editis modo, sed et illis, quae ineditae in Caesarea, \*) Bodleiana, Coislimiana et aliis bibliothecis adseruantur, nec non in Niconis aliorumque graecorum scriptorum collectaneis et inter apophthegmata patrum apud *Coteler.* tom. I. monument. p. 488. Epistolarum editarum Isidori praestantissima editio est graecolatina Parisiensis a. 1638. fol. quinque digesta libris, quorum *primus* epistolas 500, *secundus* 330, *tertius* 413. complectitur. Hos tres graece vulgavit cum *Iacobi Billii* versione et sacrarum observationum libris duobus Paris. 1585. fol. \*) Billii versio recusa in bibliotheca patrum edit. Colon. tom. V. parte 2. *Quartus* liber habet epistolas 230. cum tribus prioribus editus primum a *Conrado Rittershusio*, 1605. fol. ex offic. Commel. [eadem epistolae gr. et lat. quibus additur caput ex quaestionibus Io. Trithemii de S. sacra etc. ib. 1606. fol. in cat. bibl. Leid. pag. 52. *Harl.*] qui versionem quarto huic libro, et vniuersis quatuor, notas, indices, singularumque epistolarum argumenta adiunxit. \*) *Quintum* librum, epistolas 570. in quarum 130. praecipit de recta scribendarum epistolarum ratione, complexum debemus *Andreas Schotto* S. I. qui eum ex MSS. bibl. Vaticanae *graece* cum notis edidit Antwerp. 1623. 8. argumentaque epistolarum addidit et latine a se versum vulgavit Rom. 1624. 8. Graece etiam et latine, ut *Rittershusianae* editioni adiungi posset, recusum Francof. 1629. fol. Hinc, ut dixi, Parisiensis librorum quinque *graecolatina exdoris* vidit lucem a. 1638. fol. quae *Rittershusii* et *Schotti* notas ad voluminis calceem subiectas et argumenta operi praemissa exhibet. Libri quinque etiam ex *Billii*, *Rittershusii* et *Schotti* versione una cum argumentis recusi sunt in tom. VII. bibliothecae patrum Lugd. 1677. sed notas praetermissae \*). Aliquot locis epistolarum Isidori, libri primi maxime lucem adfert *Bonaventura Vulcanius* notis ad *Cyrillum Alex.* adversus *Anthropomorphitas* editum Lugd. Bat. 1605. 4. testatus, *Billium* doctissimum virum extremam versionem suae manus non adhibuisse, et postumum ipsius foetum adeo male habitum a lucipetate typographo in lucem extrusum esse. Longe plura autem adhuc emendanda supersunt in libri quinti versione, in quo *Schottus* interpretis passim a sententia Isidori recedit et aberrat. Cacterum si noua adornanda harum epistolarum editio fuerit, non omittenda est diligentior locorum S. S. quae illustrat *Isidorus*, adnotatio, nec non [P] parum nitore et ornamenti ad eam accedet ex labore *Francisci Arcudii*, Graeci Calabri, postea episcopi Nuscani; qui ab *Emin. Francisci* cardinalis *Barberini* liberalitate ad hoc inuitatus vniuersos quinque libros cum MSS. contulit, sex antiquis codicibus, scilicet duobus Vaticanis, totidem *Alcambicis*, quinto

P p p 2

Stortia.

q) V. *Lambec.* III. de codd. IV. X. XIV. XL. XLII. XLV. XLVI. add. de cod. LVII. nr. 2. De *Coislina.* y. *Montfaucon.* bibl. Coislina. p. 41. 42. 43. 45. 57. 64. 66. 67. 76. 82. 83. 84. III. etc. *H.*

r) In bibl. Leideni est exemplar manu *Bonavent.* *Vulcanii* notatum. v. catal. bibl. Leidenf. p. 52. *Harl.*

s) Inscriptio edit. est: — *S. Isidori Pelusiotae* de interpretatione diuinae scripturae epistolarum libri IV. quorum tres priores cum lat. versione cl. V. *Iac. Billii*, *Prunaei*, primum ante annos

XX. Parisiis prodire; iam vero sub prelo revocati, M6. cod. *Bauar.* ope, plurimis in locis insigniter aucti, suppleti, correcti sunt: *Quartus* nunc primum exit nouus, ex eod. cod. *Bauar.* cui *Venetus* in bibl. S. *Marci* respondet, descriptus et latinus factus a *Conrado Rittershusio*, qui et notas vberiores et summas et indices adiecit. Ex off. *Commel.* CLXCV. *Harl.*

t) Latina. ed. *Venetam* 1745. fol. memorat *Baudin.* in cat. codd. gr. *Laurent.* I. pag. 358. nr. 2. *Harl.*

Sfortiano et sexto Barberino. Collationes illas Isidorianas (quas laudat *Rich. Simon* III. biblioth. critique pag. 102.) a Carolo Morono, praefecto bibliothecae Barberinae secum communicatas e marginibus Parisiensis editionis, quibus illas Arcudius adscripserat, enotavit, et singulari volumine edidit *Petrus Possinus* S. I. Rom. 1670. 8. Excerpta insignia ex Isidori epistolis exhibet *Lud. Elia de Pin* tom. IV. bibliothecae scriptor. eccles. Indicem eorum, ad quos Isidorus scripsit, dedi volumine V. ad calcem libri Allatiani de Nilis. [Ego vero fini huius sectionis subiiciam] Ex scriptis Isidori deperditis fuit ὁ πρὸς Ἑλλήνας λόγος *liber adversus Graecos* siue *Gentiles*, cuius meminit libro 2. epist. 137. ubi v. adnotat. Rittershus.) et 228. priore loco testatus, in illo se soluisse quæstionem, cur bonis viuis mala fiant: in altero divinandi artem apud illos iactatam confutasse. Vnde verisimile est, diuersum ab hoc scripto; non, ut doctissimo du Pinio videbatur, vnum eundemque fuisse λόγον, siue, ut ipse ait, potius adpellandum λόγιον, lib. 3. epist. 253. commemoratum περὶ τῆ μὴ εἶναι αἰμακμήν, quod fatum non sit. Disputat autem contra fatum, III. 154. et brevius 131. 191. Quae vero Euagrius lib. 1. cap. 15. memorat scripta ad *Cyrillum* Alex. non alia, quam epistolas eius, quas scripsit Cyrillo, interpreter, a Facundo etiam II. 4. et Nicephoro XIV. 53. laudatas. Neque aliud quicquam ex illis inferre vult Euagrius, quam Isidorum et Cyrillum vno tempore vixisse. Γράσανται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν αἰοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δάσκαλοι τῆ θεολογίας συναρμύσαντες τοῖς χροίοις. Illud vero Euagrii de Isidoro ἡ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποιήσιν, cum Ioanne Lango non accipiendum de poetica illius laude, ac si poemata composuisset Isidorus: sed, ut a Billio iam adnotatum, verba ἡ κλέος εὐρὺ, cuius decus ingens, ex Homeri poësi mutuatus Euagrius est, ad Isidori virtutem celebrandam. *Fabr.* Vide *Io. Chataurdi* verba, edit. Rittershus. praefixa. *Haum.* Fragmenta in catenis etc. conf. cl. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 30. 32. et 40. — V. supra ad vol. I. pag. 700. §. XLIV. et de nostro Isidoro. *Guil. Caus* Hist. liter. SS. eccles. tom. I. p. 390. *L. Ell. du Pin* Nouv. bibl. tom. IV. p. 3. *R. Ceiller* Hist. gen. des Aut. eccles. tom. XIII. p. 600. *Hamberger* zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 153. sqq. *Saxii* Onom. lit. part. I. p. 497. Sequitur index epistolarum. *Hart.*

*Index eorum ad quos scripsit Isidorus Pelusiota qui eodem, quo Nilus, tempore in Aegypto vixit. Depromptus ex editione epistolarum Isidori Paris. 1638. fol.*

## A.

- |  |  |
|--|--|
| Abrahamio, lib. 2. 80.                         | Aemiliano, l. 5. 410. 411.                               |
| Abrahamo episcopo, lib. 5. 38.                 | Aesculapio, sophistae, l. 4. 28. 31.                     |
| Adamantio, lib. 1. 141. et 2. 4. 57. 211.      | Aëtio, l. 3. 159.  |
| Adamantio, l. 5. 258.                          | Aëtio, comiti, l. 3. 141. 328.                           |
| Adamantino, lib. 4. 75.                        | Agathio, l. 1. 270.                                      |
| Aedecio, comp. gerenti, l. 5. 14.              | Agathoni, presbytero, l. 3. 296.                         |
| Aemiliano, diacono, l. 2. 83.                  | Agatho, presbytero, l. 3. 18. 27. 84. 160.               |
| Aemiliano, presbytero, l. 4. 172.              | Agathodaemoni, l. 1. 435.                                |
| Aegyptio, presbytero, l. 5. 187.               | Agathodaemoni, grammatico, l. 5. 55. 334. 439. 444. 454. |
| Aeliano, episcopo, l. 5. 30. scholastico, 108. | Agathodaemoni, grammatico, l. 3. 303.                    |

Agelidi,

- Agelidi, Nouatiano, lex. 338. 339.  
 Alexandro, l. 2. 194. 195. 196.  
 Alexandro, poëtae, l. 2. 89.  
 [P] Alexandro, poëtae, l. 5. 332. presbytero, 523.  
 Alphio, l. 3. 153. et l. 4. 202.  
 Alphio, episcopo, l. 3. 150. 151. et l. 4. 230.  
 Alphio, presbytero, l. 1. 239. 252. 253. 254. 255. 256.  
 Alphio, subdiacono, l. 2. 56.  
 Alphið, lib. 5. 498. episcopo, 171. 1. 3. 296. presbytero, 521. 522.  
 Alphino, subdiacono (fort. Alphio) l. 5. 8. monacho, 386.  
 Alympio, scholastico, l. 4. 221.  
 Alypio, l. 2. 97. l. 3. 112. 180. 302. 398. et l. 4. 90. 118. 136. 148.  
 Alypio, episcopo, l. 2. 223. et l. 3. 254.  
 Alypio, l. 5. 234. 469. 506. scholastico, 253. 553. remp. gerenti, 42. episcopo, 347.  
 Amazonio, l. 1. 234.  
 Ammeni, l. 1. 351. 352. et lib. 3. 82.  
 Ammonio, l. 4. 48.  
 Ammonio, l. 2. 22. et lib. 2. 102. 189. 245. et l. 3. 3. 126. et lib. 4. 61.  
 Ammonio, scholastico, l. 1. 21. et l. 2. 166.  
 Ammonio, tribuno, l. 3. 308.  
 Ammonio, scholastico, l. 5. 9. 199. lectori, 533.  
 Ampelio, comiti, l. 5. 455.  
 Ampelio, presbytero, l. 1. 82.  
 Anatolio, l. 1. 328. 329. et l. 2. 10. 28. 29.  
 Anatolio, diacono, l. 4. 134. 137.  
 Anatolio, l. 5. 115. diacono, l. 5. 43.  
 Andromacho, comiti, l. 5. 173. 342.  
 Antiocho, l. 5. 1.  
 Anastasio, l. 1. 233.  
 Antiocho, l. 1. 447. 448. 449. 450. et lib. 2. 131. 267. et l. 3. 104. 231.  
 Antiocho, spadoni, l. 1. 36.  
 Antiocho, scholastico, l. 3. 7.  
 Antonio, scholastico, l. 3. 351. 352.  
 Anyfio, lib. 2. 271.  
 Aphrasio, presbytero, l. 2. 161.  
 Aphrodisio, monacho, l. 2. 61.  
 Aphrodisio, presbytero, l. 2. 99. 138. et l. 3. 8. 332. 271. 274.  
 Aphthonio, l. 3. 276.  
 Aphthonio, episcopo, l. 3. 28.  
 Aphthonio, l. 5. 218. 428.  
 Apollonio, l. 2. 54. 214.  
 Apollonio, diacono, l. 2. 243.  
 Apollonio, episcopo, l. 2. 31. 96. 198. 260. 270. et lib. 3. 58. 137. 138. 265. 273. 363. et lib. 4. 189.  
 Apollonio, l. 5. 556. agricolae, 98. episcopo, 169. 370. 395.  
 Aquilae, l. 1. 340.  
 Aquilae, l. 5. 195.  
 Arabiano, episcopo, l. 1. 82. et l. 2. 99. et l. 3. 206.  
 Arabiano, episcopo, l. 5. 309.  
 Archiae, lib. 2. 499. 500.  
 Archibio, presbytero, l. 2. 234. et l. 4. 366.  
 Archontio, l. 1. 272. 487. et l. 3. 76. 399.  
 Archontie, monacho, l. 3. 42.  
 Archontio, presbytero, l. 1. 30. 156. 161. 166. 374.  
 [P] Archontio rempublicam gerenti, lib. 3. 282. 301.  
 Archontio, presbytero, l. 5. 27.  
 Artemidoro, presbytero, l. 4. 161.  
 Artemidoro, l. 5. 82.  
 Artemio, l. 1. 88.  
 Artenuphio, lectori, l. 9. 171. 172. 173. et l. 4. 78. 80.  
 Asclepio, lib. 1. 188.  
 Asclepio, episcopo, l. 2. 88. et l. 3. 207. 319. 320. 321.  
 Asclepio, sophistae, l. 3. 23.  
 Asclepio, sophistae (seu Aesculapio), lib. 5. 76. 344. 458. 465. 546. 547. 548.  
 Athanasio, l. 1. 144. 408. et lib. 2. 7. 30. 69. et l. 4. 82. 190.

Ppp 3

Athana-

Athanasio, coenobiarchae, l. 1. 143.  
 Athanasio, presbytero, l. 1. 476. et l. 2. 45.  
 81. 128. 162. 182. et l. 3. 19. 62. 169. 258. l.  
 4. 25. 191.  
 Athanasio, diacono, l. 5. 95. 388. 396. pres-  
 bytero, l. 5. 138. 475. 330. 536. 541.  
 Ausonio, l. 1. 165.  
 Ausonio, correctori, l. 1. 116. 395. et lib. 1.  
 25. 120. et l. 3. 9. 220. 263. 264. 315. 359.  
 369.  
 Ausonio, l. 5. 204. 354. correctori, 212. 228.  
 418. 419. 420. 418.

## B.

Basilio, lib. 4. 142.  
 Benjamin, hebraeo, l. 1. 408.  
 Boëtho, monacho, l. 5. 282.

## C.

Caio, lib. 2. 22.  
 Callimachio, comiti, l. 1. 316.  
 Capitolino, l. 1. 388.  
 Calliopio, l. 1. 191.  
 Candido, l. 1. 399.  
 Candidiano, l. 1. 489.  
 Carpo, presbytero, l. 2. 114.  
 Casiano, diacono, l. 4. 121.  
 Cassio, presbytero, l. 3. 126. 111.  
 Cassio, scholastico, l. 2. 146. 149.  
 Cassio, magistratum gerenti, l. 3. 157. 158.  
 Cassio, scholastico, l. 5. 86. presbytero, 116.  
 Cassio, remp. gerenti, l. 5. 486. 381.  
 Cassio, presbytero, l. 3. 400.  
 Cassiano, l. 4. 71.  
 Cassiano, diacono, l. 3. 402. 403.  
 Cassiano, monacho, l. 1. 309.  
 Cassiano, l. 5. 203.  
 Catillano, l. 1. 470.  
 Caesario, comiti, lib. 1. 66.  
 Chaeremoni, l. 1. 170. 276. 304. et l. 2. 19.  
 et l. 3. 39. 295.

Chaeremoni, diacono, l. 3. 39. 319. 306. A  
 Chaeremoni, l. 5. 150. 151. 373. 413. 539. A  
 Chrysantho, l. 1. 280.  
 Chrysaë, clarissimo, l. 2. 78.  
 Chrystodoro, l. 1. 210. 211.  
 Cratino, l. 3. 266.  
 Cratoni, monacho, l. 1. 74. 119.  
 Cononi, praefidi, l. 1. 148.  
 Cesio, l. 1. 346. 431.  
 Cercyrio, l. 1. 251.  
 Clearcho, l. 1. 279.  
 Cleobulo, comiti, l. 1. 380.  
 Constantino, l. 1. 496.  
 Crispo, l. 1. 24. 434.  
 [P] Cynegio, l. 1. 336. 471.  
 Cyrecio, l. 1. 411. 420. 421. 429.  
 Cyrenio, l. 1. 240. 267. 495.  
 Cyrenio, dulci, l. 1. 174. 175.  
 Cyrillo, l. 1. 25. 393. 497.  
 Cyrillo, Alexandrino, l. 1. 310. 323. 324.  
 370.  
 Cyrillo, episcopo, l. 2. 127. et l. 3. 306.  
 Cyrillo, episcopo, l. 5. 79. 268.  
 Gyro, l. 1. 57. 163. 197. 198. 369. 375. 376.  
 428.  
 Gyro, scholastico, l. 5. 17. monacho, 256.  
 322.  
 presbytero, 412.  
Petrus Mungus, Severus ille Acephalus, Soterichus ex Caesarea Cappadociae, Philoxenus Hierapolitanus, Amphilocheus Pisidiae, Jacobus Syrus, et Iulianus: et si quis secundum hos talis fuerit.

Si quis nouam editionem huius pandectis curare velit, operae pretium fuerit conferre codices MStos, vt caesareum, de quo *Lambecius* III. p. 138. seq. <sup>99</sup>) et Coislinianos, quorum meminit *Montfauconus* pag. 139. 190. (vbi etiam prologum ab alio auctore praemissum exhibet

- <sup>99</sup>) S. p. 349-355. ed. Kollar. de cod. LXXIII. nr. 9. In illo codice, finito indice capitum, sequuntur *Constantini Tarsitae*, qui totum illum codicem sua manu exarauit, *Στίχοι* in laudem eiusdem operis, siue epigramma, quod *Lambecius* p. 350. euulgauit. Quod ad vitam S. Euphrosyni praemissam adinet, Kollarius ad pag. 352. postquam repetinerat Fabricii nostrum locum, contra illum ac *Lambec.* ea, quae sequuntur, adnotauit: „At vero multo cautius *Lambecius* egisse censendus est, quando vtramque hanc vitam Euphrosyni scilicet et Eucharisti in indice tertii huius libri non sub Antiocho, verum sub anonymo locauit: nam coniectura eius omnino incerta est, et multo incoertior illa, qua [*Lambec.* p. 351. in nota 3.] coniecit, librum quintum et sextum de vitis patrum esse Antiochi opus, quum historia de Antiocho exstet etiam in Apophthegmatis, a *Cotelerio* monumentor. eccles. gr. editis; tom. I. serie alphabeti. Porro, quod ad Pandectem Antiochi, vt fertur, huius adinet, is siue codicum etiam Coislinianorum ope in bibliotheca nostra pulcherrime vulgari iterum posset, vbi pluribus exemplis in diuersis codicibus exstat, quemadmodum etiam vita S. Euphrosyni.“ Haecenus Kollarius. In eodem codice sequitur nr. 10. anonymi cuiusdam auctoris narratio breuis de vita memorati Antiochi, quam *Lambec.* p. 354. sq. graece publici iuris fecit. — Insuper in cod. vol. pag. 480. in cod. Vindobon. LXXXIX. nr. 8. est anonymi cuiusdam *breuiarium* (ἐκλογὴ) *diuinarum scripturarum*, paragraphis trecentis distinctum, quod Kollario in nota A. compendium Pandectis S. scripturae Antiochi monachi esse videtur. — In vol. IV. pag. 380. in cod. CLXV. nr. 8. sunt *Pandectae* S. scripturae orat. triginta tres. — In vol. V. p. 460. et 461. codd. CXCI.

(simili cod. LXXIII.) et CXCI. *Pandectas* etc. et in posteriore, notat *Lambec.* προσευχὴν ἐξομολογησὺς, s. orationem confessoriam, quae capiti 130. s. ultimo adnexa est, numerari caput centesimum tricesimum primum. — In vol. V. p. 629. in cod. CCCXXVII. nr. 4. Antiochi narratio vitae S. Euphrosyni. — In vol. III. p. 102. in cod. XXV. nr. 3. sunt Antiochi et aliorum sententiae. — Monacii in cod. Bavar. XLVII. Antiochi ad Eustathium capita diuersa CXXX. praemissis epistola Antiochi ad Eustathium, et prologo. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1803. part. 6. pag. 4. sq. qui etiam adnotat, capita quaedam in indice et in ipso codice differre. — Venetiis in cod. Naniano CXXXVIII. nr. 1. 2. sermones Antiochi. v. cat. codd. gr. Nan. p. 297. — in cod. Marc. CXXXIV. praemissis epistola ad Eustathium et prologo integro, atque adiecta exomologesi, cum breui narratione de Antiocho: insuper addito *Arsenii*, monachi, epigrammate in Pandectem, versibus 130. iambicis. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 77. — Florentiae in cod. Laurent. XXVIII. plut. 4. optimae notae et saec. XI. exarato, praemissis epistola ac prologo: deest vero Exomologesis, s. περί προσευχῆς. Eadem opp. cum exomologesi ibid. in cod. XIII. nr. 1. plut. 60. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 551. et II. p. 602. — Paris. in quindecim codd. bibl. publ. adde *Montfauc.* in Palaeogr. gr. p. 72. — In cod. *Vossiana* varia capita. v. cat. bibl. Leidens. p. 402. nr. 12. — Mosquae in cod. synod. III. Pandectes capp. 130. praemissis epistola et prologo, atque in fine προσευχὴ ἐξομολογησὺς. Post istam leguntur variorum patrum graec. ἀποσπασμάτια, in formam orationis, forsan ab eodem Antiocho digesta, indice *Matthaei* in Notit. MSS. Mosquens. p. 13. sq. qui multus est de cod. — Secundum cat. MSt. Angliae



exhibet graece et latine) et pag. 297. etc. *Lambecius* in caesareo illo codice etiam reperit Pandecti praefixam *βίον σύντομον Εὐφροσύνης μαγείας*, narrationem compendiarum vitae S. *Euphrosyni*, coqui cornobialis, incertum, quo auctore, et necdum editam, et aliam *περὶ Εὐχαρίστη κοσμικῆς* de *Eucharisto*, Aegyptiaci cuiusdam vici accola, quam latine dedit *Herib. Rosweidus* in libro sexto de vitis patrum pag. 496. Duo quidam patrum rogabant Deum, ut ostenderet eis etc. quem totum sextum librum Antiocho nostro velut auctori *Lambecius*tribuendum incerta coniectura coniicit. Fuit etiam MS. in bibl. Petri Francii pag. 18.

Alius ab his *Antiochus*, ad quem varia opuscula feruntur sub S. *Athanasii* nomine, ut quaestiones ad Antiochum, quas *Athanasio*, qui ab a. 1302. ad 1313. patriarcha Alex. fuit, scriptas adfirmabat *Oudinus* in triade dissertationum diss. II. pag. 83. seq. 97. 100. et diss. III. pag. 50. seq. in eo haud dubie falsus, quin quaestiones ad Antiochum a Mich. Glyca, qui ante a. 1150. scripsit, [P] pag. 91. et 97. annalium memorentur. *Διδασκαλία* ad Antiochum edita primum graece et latine ab *Montfaucono* tom. III. Opp. *Athanasii*, pag. 252. et scriptum de poenis inferni pag. 264. inscribitur *πρὸς Ἀντίοχον Δεσπῶν*. [conf. Thesaur. ep. Lacrozian. tom. III. pag. 128.]

### *Alii Antiochi.*

[*Antiochus*, rex, Apollonii liber: est historia romanensis de rebus gestis Apollonii, regis Tyrii, et *Antiochi* regis, e graeco in lat. per anonymum translata, in cod. *Laudi* XXXIX. siue nr. 1302. cat. MSS. Angliae etc. I. (et *Parisi.* in bibl. publ. de quo fabuloso libro multus est *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. MSS. II. pag. 754. qui notat in imo margine auctorem nominari *Godofr. Vrbinatem.*) — ib. nr. 2689. in cod. *Bodlei.* XC. 14. historiola de rege *Antiocho*, cum adplicatione. — Ibid. *Cantabrigiae* in cod. CCLXXXIII. 30. collegii S. *Benedicti*, et tom. II. nr. 3021. in cod. CXXII: bibl. *Norfolciana*, de *Antiocho* rege. *Harl.*]

*Antiochus Aegaeus*, siue *Aegeates*. Infra, in *Sophista*.

*Antiochus Alexandrinus*, cuius *περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμωδουμένων ποιητῶν* laudat *Athenaeus* XIII. pag. 482. idem fortasse auctor libri *περὶ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν*, cuius librum secundum laudat *Ptolemaeus Hephaest.* apud Photium cod. CXC. [conf. supra, vol. II. pag. 413. *Harl.*]

*Antio-*

Angliae etc. in cod. *Barocc.* XXX. fin. capita 116. et cod. XXXII. sermones 31. — nr. 733. in cod. XCI. *Laudi* homiliae 132. — nr. 5771. in cod. *Huntington.* XXIII. capitula 130. *Antiochi* monachi S. Sabae aliorumque, gr. — Secundum *Montfaucon.* bibl. bibliothecar. MSS. praeter memoratos in diuersis bibliothecis codd. p. 134. B. in bibl. *Vaticana*, homiliae etc. pag. 234. B. in bibl. *Neapolit.* ascetica. — p. 492. E. *Mediolani* in bibl. *Ambros.* Epistolae ad *Eustathium* (sic) abbatem, eiusd. sermones CXCI. capita ascetica

XXXI. ad abbatem *Sabbā*, (sic) forsan ibid. p. 494. E. 130. capp. ascetica sunt *Antiochi* nostri. p. 1306. E. in duobus codd. *Mazarin.* iterum p. 1313. Pandectae in duobus codd. *Mazarin.* (aut collectio asceticorum ex pluribus auctoribus, qualis est in cod. *Coislin.* CXVIII. in quo etiam *Antiochus* occurrit et vocatur ὁ πανδότης. v. *Montfaucon.* bibl. *Coislin.* p. 192. add. pag. 197. de cod. CXXII.) conf. *Cane* hist. litt. SS. eccles. I. pag. 575. ad a. 614. *Harl.*

**Antiochus Areae**, Ἀρκάδιον in Phoenicia episcopus, interfuit concilio Chalcedonenſi a. 451. Interdum vitioſe Alocenſis pro Arcenſi ſcribitur, vt Harduino notatum.

**Antiochus Aſcalonita**, cognomento *cygnus*, quem ſecum habuit Lucullus, audiuerunt Cicero, Varro, M. Brutus; quintae auctorem academiae, in quam Stoicorum placita tranſtulit teſte *Sexto Empirico* lib. 1. Pyrrhon. c. 33. vnde Stoicis a quibusdam accenſetur; ab aliis rectius academicis. De illo dixi lib. 3. cap. 3. et 15. <sup>22)</sup> et ad Empiricum, qui etiam laudat eius libros τῶν Κανονικῶν.

**Antiochus aſtologus**, cui Iſagogen in Ptolemaei tetrabiblum graece et lat. cum Hieronymi Wolfii verſione Baſil. 1559. fol. ſub Porphyrii nomine editam tribuit *Thomas Gale* pag. 304. ad Iamblichum de myſteriis Aegyptiorum, citans MS. illius iſagoges codicem, e quo corruptiſſima, inquit, multa in editis emendare licet. [conf. ſupra, vol. V. p. 741. nr. 14. et vol. IV. pag. 151. *Hart.*] In illa iſagoge p. 194. Antiochus de nomine laudatur. Antiochi apotelesmatica ſive theſaurus apotelesmatum MS. in variis bibliothecis. Vide *Lambetium* VII. p. 257. <sup>24)</sup> *Labbeum* bibl. nou. MSS. pag. 121. 385. etc.

**Antiochus Aureliopolitanus** in Lydia episcopus, qui cum Antiocho episcopo *Capitoliodorus* Paſſoſlinae et Antiocho *Memphite* interfuit concilio Nicaeno a. C. 325.

[**Antiochus Baſſano**, de quo vid. *Fabric.* infra in vol. XII. pag. 403. et *Suareſii* Notit. Baſilicorum, §. 9. p. 28. ed. Chriſti. Frid. Pohlii. De Antiocho *Leſto*, cuius opera et miniſterio poſſimum codex legum *Theodoſianus* a. C. 438. eſt vulgatus, v. *Saxii* Onom. lit. part. I. pag. 504. ſeq. et quos ille laudat. *Hart.*]

**Antiochus Boſtrenſis**, in conciliabulo Ephreſino a. 431.

**Antiochus Cilix**, infra, in Sophiſta.

[**Antiochus**, *Conſtantiae* episcopus. vid. *Aſſemanni* bibl. orient. vol. II. pag. 295. *Hart.*]

**Antiochus cynicus**, infra, in Sophiſta.

**Antiochi**, nescio cuius, *epigrammata* graece, vnum in ſophiſtam oſtentatorem lib. 1. *Anthologiae* pag. 186. alterum in hominem animo et corpore turpiſſimum lib. 2. p. 244. et tertium ibidem, in Galatia nihil non exitioſum hominibus naſci.

[**Antio-**

<sup>22)</sup> S. vol. III. p. 161. nou. ed. — ibid. pag. 537. Conf. *Plutarch.* in vita Ciceron. cap. 4. p. 52. ed. Hutteri, et *Perizon.* ad Aelianum V. H. libr. XII. 25. *Hart.*

<sup>24)</sup> Pag. 192. in cod. XLVII. 4. ex *Antiochi* theſauris capita 44. de aſtologia iudiciaria, v. *Kollar.* Atque in cod. CXXXVII. nr. 1. (*Lambec.* VII. pag. 549.) iſta excerpta diſerte tribuuntur

*Rhetorio.* In cod. cod. nr. 14. (*Lambec.* I. c. p. 198.) *Antiochi* prognosticon de calendis menſium. — In cod. CXLI. nr. 2. in anonimi cuiusdam auctoris ſyntaxmate aſtologico ſunt etiam *Antiochi* apotelesmatica. *Lambec.* VII. p. 557. ſeq. — *Antiochus* aſtologus de ortu heliaco Caniculae, in cod. CCXLII. *Th. Gale.* f. hr. 6076. cat. MSS. Augliae, tom. II. *Hart.*

[Antiochus, *Damasci dux*, Sabini filius: de quo v. *Assmann*. bibl. orient. vol. I. pag. 247. *Harl.*]

[P] Antiochus *historicus*. Vide in Sophista et Syracusano.

Antiochus *Laodicenus*, scepticus, qui Zeuxidem audiuit. *Laërt.* IX. 106. 116.

Antiochus, *Macrae* in Lydia episcopus, qui interfuit synodo Photii a. 879.

Antiochi, *medici*, diaetam, qua octogesimum aetatis annum integris sensibus viribusque superavit, laudat Galenus libro V. *ύγιεινών* tom. IV. edit. Basil. pag. 269. seq. Citatur Antiochus saepius ab Aëtio, Aegineta et eodem Galeno. *Fabr.* De quinque Antiochis *medicis*, in his de Antiocho *martyre*, v. infra in Elencho medicor. veterum, f. vol. XIII. pag. 64. ed. vet. vbi quoque pag. 316. in nota, et pag. 355. de *Paccio*, f. *Pacio*. siue *Pacchio Antiocho*, ophthalmico, agitur. *Harl.*

Antiochus, *Memphites* episcopus, interfuit concilio Nicaeno a. C. 325.

Antiochus *Pacius ophthalmicus* Galeno memoratus.

Antiochus, *Rhesaenas* in Mesopotamia episcopus, qui interfuit concilio Nicaeno a. C. 325. et Antiocheno a. 341. [sed v. *Assmann*, in bibl. orient. III. p. 588.]

Antiochus *Samosatenus*, qui interfuit concilio CPol. a. 381.

Antiochus *scepticus*. Supra in Laodicensi.

Ad Antiochum *scholasticum* exstant Isidori Pelusiotaepistolae.

[Antiochus *Silentiarius*, ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 148. et 318. *Harl.*]

Antiochi *sophistae βιβλίον, ἀγορὰ ἐπιγραφόμενον*, citatur a *Phrynicho* pag. 32. Eiusdem, ut videtur, Antiochi mentio apud *Pollucem* VI. 99. et in graecis ad Hermogenem scholiis pag. 13. De hoc Aegeate Cilice sophista et cynico videndi *Philostratus* lib. 2. de *Sophist.* pag. 568. seq. qui praeter declamationes alia eius *φροντισματα* et, (quam laudat in primis,) *Historiam* commemorat, tum *Dio Cassius* lib. LXXVII. pag. 878. et ex eo Suidas in *Ἀντίοχος αὐτόμολος*. *Fabr.* Add. *Eudociam* in *Ἰωνιᾷ* p. 58. *περὶ Ἀντιόχου τῆς ἑήτορος*. *Harl.*

Antiochus *Syracusanus*, Xenophanis F. scriptor πάνν ἀρχαῖος et Timaeo antiquior, qui rerum sicularum historiam libris IX. a Cocalo ad Olympiadem LXXXIX. et σύγγεγραμμα περὶ Ἰταλίας composuit. De eo *Vossius* lib. IV. *Hist. graec.* pag. 456. sq. Eius nonus historiarum citatur etiam a *Clemente Alex.* pag. 22. protreptici, et *Theodorito* in curatione graecar. adfect. pag. 115. In bibl. graeca doctissimi Meursii Antiochus Xenophanis a Syracusano male distinguitur, quod ipse haud dubie, si librum viuis potuisset edere,

edere, emendasset. *Fabr.* Vide plura supra, in vol. II. p. 352. seq. et in *Mongitor.* bibliotheca ficala, tom. I. pag. 40. seq. *Harl.*

*Antiochi Syriae reges* fuere duodecim, de quibus Io. Vaillantius in Seleucidarum imperio ex numismatibus illustrato, ut Visserius aliosque annalium V. T. scriptores et interpretes librorum Maccabaicorum praeteream. I. *Soter*, Seleuci F. ante Christum natum ab a. 283. ad 262. II. *Θεός* ab a. 262. ad 247. III. Magnus, qui etiam *Philometor*, Seleuci secundi frater ab a. 224. ad 187. IV. *Επιφανης* ab a. 176. ad 164. V. *Eupator* ab a. 164. ad 162. VI. *Balae F.* ab a. 145. ad 143. VII. *Antiochus Sidetes* ab a. 138. ad 131. VIII. *Grypus* ab a. 123. ad 97. [P] IX. *Cyzicenus* ab a. 114. ad 97. X. *Pius* a. 95. XI. Seleuci sexti frater a. 94. XII. *Dionysus* a. 87. seq. ante Christum natum. Ex his tertius, cuius theriacam laudant ex Eudemo Galenus lib. 2. de antidotis c. 14. Plinius lib. XX. cap. ult. et Plinius Valerianus de re medica IV. 18. [Addendus est Antiochus XIII. Asiaticus, a Lucullo a. V. C. 685. in autum regnum restitutus, a Pompeio a. V. C. 690. Syria priuatus, Commagene ei relicta. v. Eckhel. Doctr. Num. Vet. tom. III. p. 248. *Beck.*]

[*Antiochi Tiburtii* (sic) Chiromantia *Romae* in bibl. Vatic. inter codd. Alexandri Petauii. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 87. C. sed a *Ios. Maria Mucciolo* in catal. MSS. tom. *Malatestinae Caesenatis* bibl. tom. I. p. 111. sq. *Antiochus Tibertus* dicitur. Nam *Mucciolo* §. VII. postquam antea *Darii Tiberti*, (circ. a. 1492.) equitis Caesenatis libris quaedam memoriae prodiderat, nr. 33. „*Antiochus*, ait, etiam ex illustri illa familia, (*Tiburti*) libros scripsit *Physiognomiae* et *Chiromantiae* festiuissimos, ut de rebus scilicet prorsus ineptis,) de quibus copiose loquitur *Varilas* in *Anecdotis Florentinis*, lib. 7. pag. 18.“ *Harl.*

*Antiochiani*, Corinthi Hieronicae Apollinis τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδία Ῥωμαίοις προαχθέντων ἀφ' ἡγασιν narrationem de rebus ipsius aetate in Armenia, Mesopotamia et Media a Romanis gestis ut ineptam perstringit *Lucianus* libro de scribenda historia tom. II. pag. 623. seq. edit. *Amst.*

V. SEVERIANVS Gabalorum in Syria episcopus, Iohannis Chrysostomi amicus primum, mox aemulus et inimicus <sup>b)</sup>, quo ipso non leuem maculam adpersit nomini suo, laudisque haud parum amisit, licet ob eloquentiam et ipse a quibusdam Chrysostomus <sup>c)</sup> adpelletur. Obiit Theodosii iunioris, quem sacro baptismo tinxerat, temporibus <sup>d)</sup>, adeoque post a. C. 408. *Fabr.* Conf. *G. Caue* Hist. litt. SS. eccles. tom. I. pag. 375. — *L. Ell.*

Ss: 2

du

b) *Socrates* VI. 11. et 24. *Sozom.* VIII. 10. *Niceph.* XIII. 9. *Palladius* in vita Chrysostom. E recentioribus *Tillemont.* tom. XI. memor. pag. 171. seq. *Gotfridus Hermantius* in Io. Chrysostomi vita etc.

c) *Rich. Montacutius* tom. I. Orig. ecclesiast. pag. 112.

d) *Gennadius* c. 21. de script. eccles. in codice vetustissimo Corbeicensi: *Seuerianus Gabanae.*

*ecclesiae episcopus — moritur minores Theodosio, filio suo in baptismo, imperante. Fabr.* *Seuerianus* a *Gennadio* l. c. vocatur vir in diuinis scripturis eruditus, et in homiliis declamator admirabilis, et additur, eundem ab *Arcadio* et *S. Io. Chrysostomo* ad faciendum sermonem frequenter vocatum esse *CPolin.* At stilum ei parum felicem, ieiunium et flaccidum esse, nec graeci sermonis elegantiam adtigisse, notat *Caue* I. p. 375. *Harl.*

*de Pin* Nouv. bibl. tom. III. pag. 75. *Ceillier* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. IX. pag. 7. 217. 380. seq. *Hamberger*. zuverl. Nachricht. tom. III. p. 29. seq. — *Saxii* Onom. lit. part. I. ad a. 402. *Harl.*

Huius Seueriani Homilias XIV. in *Genesin* MStas se habere testatus est Alexander Brassicanus praef. in Saluianum. Ex illis sermones VI. *Eis κοσμοποισις* de mundi creatione graece edidit *Henricus Saulius* inter S. Chrysostomi scripta tom. VII. pag. 587. fqq. Graece et latine *Franciscus Combefis* in auctario nouissimo bibl. patrum tom. I. pag. 211. Paris. 1672. fol. [Idem sermones et homilia de serpente, gr. cum vers. lat. *Bern. de Montfauc.* in huiusce edit. opp. Chrysostomi, tom. VI. p. 459. fqq. add. supra, vol. VIII. p. 535. *Harl.*] Ex his desumpta fragmenta obseruat *Caucus*, quae in Catena patrum in Pentateuchum, a Francisco Zephyro vulgata latine, ad historiam creationis adducuntur. Nam cetera pleraque ad reliquos Moysis libros Seueri potius sunt, quam Seueriani. *Fabr.* Cfr. *Lambec.* IV. pag. 62. fqq. de cod. CVII. nr. 4. qui adnotat, primam orat. in MS. cod. CX. (apud *Lambec.* IV. pag. 127.) et in ed. Sauliana in principio esse aliquanto auctiorem: add. Kollarii notam, quam conferes, contra *Caucum* de cod. Brassicano. — *Ibid.* pag. 262. in cod. CXLVI. nr. 21. sunt excerpta miscellanea ex Eusebii Pamphili, S. Cyrilli Alex. et *Seueriani* nostri expositionibus in V. T. — *Ibid.* pag. 364. in cod. CLXIV. nr. 6. est interpretatio variarum V. et N. T. quaestionum ex Theodoro Cyrensi, *Seueriano* nostro et aliis diuersis patribus. — *Ibid.* in vol. VI. part. 2. pag. 269. in cod. XXV. nr. 7. est inter collectanea medica graeco-barbara fragmentum *Seueriani* nostri de nomine primi hominis, Adami. — et de hominis adpellatione, in cod. *Escorial.* teste *Pluero* in itiner. per Hispan. pag. 189. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCLVI. nr. 2. *Seueriani* homilia in mundi creationem. — *ibid.* in cod. DCCLVIII. ac DCCLXXVII. 1. (in adpendice ad catal. II. p. 613.) homiliae sex, (sed in priore mancae) in eadem. — in cod. CCCXLIII. nr. 4. fragmentum, quo explicatur illud *Genes. fecitque deus duo luminaria magna.* — *Florentiae* in cod. Laurent. XXVII. nr. 3. plut. 4. sunt *Basilii* in Hexaëmeron homiliae IX. in quod opus nonnulla adpersa sunt scholia marginalia, in his *Seueriani* nostri. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 550. seq. qui non solum scholion quoddam ad principium homiliae I. de Moyse adfert; sed in nota quoque 2. suspicatur, illa scholia excerpta esse ex eius homiliis in *Genesin*, quas mstas se habere testatus est Alex. Brassicanus praef. in Saluianum. — *Ibid.* in cod. L. nr. 14. plut. 57. excerptum ex *Seueriano* circa mundi creationem et alia theologica: praeterea de XXII. litteris Hebraeorum Moyse traditis a deo in monte Sina; de XII. magnis montibus; de mensibus ap. Iudaeos, Macedones, et Aegyptios; de asse, s. de nummis ac de triginta denariis, quibus venditus est Iesus Christus. v. *Bandin.* l. c. tom. II. pag. 433. — *Sec. Montfaucon* bibl. biblioth. MSS. in bibl. *Vaticana*, (pag. 133. A. et p. 139. B.) in septem codd. — in *Bibl. Cassinensi* (pag. 222. B. ac pag. 225. B. nr. 305.) homiliae. — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, (pag. 523. D.) serm. oacs. *Harl.*

Homilias LXXXVIII. *Seueriani* in homiliario quodam MS. bibl. Ambrosianae exstare testa ur *Mabillonius* tom. I. Musci Italici pag. 13. alias etiam in codice bibl. Casinensis, de quo idem pag. 124. Apud *Decumenium* in 1. ad Corinth. VI. pag. 416. edit. Veronenf. citatur

citatur ὁ ἐν αἰγίοις Σευερίανος τεύχει 15. λόγῳ γ' καφαιλαίῳ 19. Idem in cap. VII. p. 423. ὁ Σευερίανος ἐστὶν ἑταῖρος.

Eis τὸν ὄφιν τὸν χαλκῆν, *in serpentem aeneum*, homilia incipit: Ὁ τῷ Θεῷ λόγος ἀδελφοί, et graece edita inter tributas Chrysostomo tom. VII. Sauii. [P] pag. 448. Oratio secunda e decem, quas Chrysostomi nomine in lucem dederat card. Sirletus. Sed Seueriano adserunt Io. Damascenus, Hadrianus papa cum synodo Parisiensi, vt notatum Sirmondo ad Ennodium Tricensem pag. 88. [v. supra, vol. VIII. p. 506.]

Eis τὰς σφραγίδας τῶν βιβλίων *de sigillis librorum*, homilia, quae incipit: μέγα τῆς ψυχῆς ἔφοδιον, et legitur tom. VI. Ducaci pag. 138. cum versione Io. Iac. Beureri, et graece tom. V. Sauii. pag. 689. Seueriano vindicatur Theodoretī et Hadriani papae auctoritate. Fabr. Gr. cum lat. versione Bern. de Montfaucon, in huius edit. Opp. Chrysost. tom. XII. p. 402.

Sermo *de pace*, in ecclesia CPol. habitus a. 401. quum a Io. Chrysostomo susceptus est, tantum latine exstat tom. VII. Sauii. pag. 948. Incipit: *In aduentu domini et saluatoris nostri.*

Eis τὴν ἐνανθρώπησιν, *in incarnationem Christi*, homilia, quae incipit: ἐμνήσθη τῷ Θεῷ, edita graece tom. VII. pag. 307. videtur Seuerianum auctorem habere et sub eius nomine latine exhibetur a Combessio in bibl. concionatoria. Seueriano etiam tribuunt viri docti homiliam *de natiuitate Christi*, quae occurrit graece tom. V. edit. Sauii. pag. 846. et incipit: *μυστήριον ζῆνεν καὶ παραδόξον.* In neutra harum leguntur, quae ex Seueriani homilia in natiuitatem adfert Theodorus dialogo secundo.

*De cruce* homiliam et in illud, *tu es, qui venturus es*, vulgavit graece Sauilius inter debia Chrysostomi tom. V. pag. 898. Incipit: Καλῶς ἡμῖν καὶ σοφῶς. Eam MS. Mazariiano vsus idem Combessius ex Damasceni auctoritate Seueriano vindicauit et latine a se versam edidit tom. I. bibl. concionariae pag. 36. qui vtraque etiam lingua vulgavit Paris. 1656. 4. cum aliis quibusdam Chrysostomi. Idem testatus est, homiliam *in dedicationem crucis*, ex qua fragmentum produxit Gretserus, integrum exstitisse in bibl. Seorialensi. Quantum Seueriani λόγον εἰς τὸν σταυρὸν citat Damascenus 3. de imagg. tom. I. pag. 385. et εἰς τὰ ἔγκαίνια τῷ σταυρῷ pag. 327. 343. 365. Fabr. In encaenia crucis. Fragn. in cod. Vindobon. CCXLVIII. nr. 10. Lambec. IV. pag. 291. — Paris. in cod. DCCLII. 9. bibl. publ. ibid. in cod. CMLXXIX. nr. 15. Seueriani homilia in coecum a natiuitate. — ibid. in cod. MCVII. 4. et in cod. August. Vindel. (teste Reiser, in ind. MSS. August. pag. 12. nr. 32.) it. in cod. Mosquensi X. in 4. (v. *Matthaei* notit. MSS. Mosquens. p. 307. nr. 45. ed. in 8.) homilia in illud apostoli: *in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis.* — Collectanea ex eo aliisque, in cod. August. Vind. pag. 39. v. Reiser. l. c. pag. 39. Harl.

Sss 3

[Eis

e) Inscriptio libri est: *Chrysostomi liber aureus de educandis liberis.* Eiusdem tractatus alii quinque. *Seueriani*, Gabal. episc. liber in S. crucem, Basilii etc. graece ex vetustis codd. card. Mazariini,

cum interpretatione lat. Franc. Combess. Paris. Am. Bertier. 1656. 8. homilia eadem lat. in bibl. PP. max. tom. V. p. 1229. Harl.

[Eis τὰ θεοφάνειον in cod. Mosquens. synod. CCLXXI et edita est hæc homilia a cl. Matthæi in Lectionibus Mosquensib. vol. II. Lips. 1779. 8. p. 1. sqq. — [Incipit: Ἀπο- γλωσσω σήμερον πᾶν ἕμα πρὸς θεολογίαν. Repetita est in Append. ad Gallandii bibl. PP. tom. XIV. p. 145. sq. ibi primum addita lat. versione, cf. Prolegg. ad App. p. VIII. Beck. In cod. Mosquens. CCXLVII. Φῶτις καὶ ὁλοκάρ' ἔδεν διαφύγει. v. Matthæi hoc. cit. p. 193. Harl.]

Ex illi similitudine homilias longe plures Seueriano, sed non satis tuta conjectura tribuunt viri docti, ut videre licet apud *Ehlm du Pin* tom. III. bibl. eccles. et *Tillemontium* tom. XI. memor. pag. 587. seq. Illam vero de morte innocentum homiliam, quae incipit: *Zelus quo tendat, quo profiliat liuor*, et inter sermones Petri Chrysologi legitur CLII. atque inter Patrum homilias ab Alcuino collectas, neutiquam Seueriani esse, sed latini scriptoris, ex ipso filo orationis arguit Combefisius, qui tamen homiliam de SS. Trinitate, quae incipit: *οὐ κατὰ τῆς ἁγίας* et inter suppositas Chrysologo, exstat tom. I. edit. nouae p. 832. (Saul. tom. VI. p. 955. et Ducae VI. pag. 160.) nec non alias plures tomo sexto Ducae obuias, Seueriano potius, quam Ioanni Hierosolymitano tribuendas contendit.

[*Definitiones Seueriani*, Florent. in cod. Laurent. XI. 6. plut. 74. Sed cuiam Seueriano sint adscribendae, *Bodm.* in cat. codd. gr. Laur. III. pag. 99. sibi compertum non esse, fatetur. Harl.]

[P] Seueriani κατὰ τῶν αἰρετικῶν citat *Damascenus* in parallelis sacris tom. II. p. 385. seq. 789. *Contra Nouatum Gelafus* lib. de duabus Christi naturis. At *Gennadius* c. 21. de script. eccles. *Legi*, inquit, eius expositionem in epistolam ad Galatas, et de baptismo et epiphaniae sollempnitate libellum *gratissimum*. Citatur etiam Seuerianus apud *Oecumenium* in cap. 1. epist. ad Galatas. Et in *Anastasio Sinaitae* hodego cap. 16. pag. 302. adfertur locus Seueriani in Coloss. II. 2. \*) Alia ex *Catenis* in V. T. libros fragmenta illius graece et latine

f) Atque in cat. MSS. Angliae etc. tom. I. part. 2. p. 68. nr. 2044. de cod. *Oxon.* collegii Iesu citatur *Seueriani episcopi Caralitani* de innocentia: sed tom. I. part. 1. p. 116. nr. 2213. de cod. *Bodlei.* V. *Seueriani* de innocentibus, et tom. II. part. 1. p. 11. nr. 550. de cod. eccles. *Dunelmensis*, *Seueriani* sermo in festo natiuitatis de innocentibus. Teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. II. p. 1253. A. in cod. monast. B. M. de *Becco*, *Seueriani* et aliorum in festo SS. innocentium. Harl.

g) Seueriani, a Seuero monacho nominati, in haereticis sacc. VI. numerantur. Secundum *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 645. A. in bibl. *Bodlei.* excerpta ex Philoponi libro de dogmate Seuerianorum, et ibid. pag. 647. D. Leontii monachi opuscula varia contra *Accephalos*, *Seuerianos* etc. ac pag. 777. D. in cod. card. *Radulphi* *Anastasio Sinaitae* syntagma inscriptionum *ἑρμῆς*, et contra *Seuerianos* aliosque

haereticos. — *Vindobon.* in cod. LXXVII. *Abucarae* confutatio haeresis *Accephalorum*, *Seuerianorum*, i. e. *Iacobitarum*. v. *Kollar.* ad *Lambee.* VII. p. 292. — De secta *Iacobitar.* v. *Affemann.* B. O. tom. I. p. 424. II. p. 67. et tom. III. pag. 305. sq. 355. 379. 385. sqq. etc. ac tom. IV. multis locis. Item *Schroeckh* christl. Kirchengesch. tom. XVIII. p. 631. sqq. — De *Seuerianis* add. *Affemann.* bibl. orient. tom. III. pag. 379. 384. 457. 543. confutantur a *Nathanaele* et *Gabriele Tauraha*, ibid. p. 224. 457. Harl.

h) Add. paullo ante de illa aliisque ineditis homiliis adnotata. In *Theodoriti* dialogis fragm. *Seueriani*. v. supra, vol. VIII. p. 291. — Fragmenta in permultis restant *catenis* patrum aliisque collectionibus: sic in cod. CXII. *Cromwelli*, f. nr. 291. cat. MSS. Angliae etc. in codd. *August. Vindel.* v. *Reiseri* indic. MSS. p. 9. et 39. In codd. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* pag. 41. 42. 67. 76. 82. 85. 84. 263. 264. et saepius. — Venet.

latine dedit Combefisius Auctar. nouiff. pag. 291-297. poteratque longa plura adferre nisi iure metuisset pleraque quae in Catenis sub *Σεβας. Αβριος*. nomine exstant, vt in illa ad lobuin, Seueri potius esse quam Seueriani.

### Seueriani alii.

Seuerianus in Africa episcopus et confessor sub Genferico. Vide Prosperi Chronicon p. 746.

Aëtio II. et Sigisualto COSS. (a. C. 437.) — Alius Seuerianus in Africa episcopus, qui interfuit concilio Sardicensi a. 347. — Nec non Ceramussensis itidem Africanus, qui interfuit collationi Carthag. a. 411. *Fabr.* Martyrium *Seueriani*, conscriptum a Symeone metaphraste, in cod. XVI. Vindob. nr. 12. vid. *Lambec.* VIII. pag. 506. seq. et Acta Sanctor. ad d. 9. Sept. tom. III. p. 355. et 360. — et de cod. Vindob. XIX. nr. 6. v. *Lambec.* ibid. pag. 567. ibique not. Kollar. — In bibl. *Bodlei.* nr. 485. f. cod. CVI. 10. Cromwell. — *Florent.* in cod. Laurent. XX. 8. plut. 11. d. 9. Sept. diuersum ab edito in Act. SS. ad dictum diem. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 514. — in cod. *Mazarino.* — Vita *Mediolani* in cod. Ambrosiano; — in cod. *Sfortiano*, de quibus v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSStar. pag. 504. E. 702. B. et 1315. D. *Harl.*

Seuerianus, *Africae* proconsul, cuius virtutes impense laudat Apuleius in *Florida*.

Seuerianus, Aphrodisiadis in Caria episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 553.

Seuerianus, Aethusius in Syria episcopus, qui subscripsit epistolae missae ad concilium CPol. sub Mena a. 536.

Seuerianus *Damascius*, eruditione et critica laude insignis, cuius e Damascio meminit Suidas in Νόμος, et Σεβαστιανός. Photius cod. CCXLII. Zeno, imperator, summas ipsi pollicitus est dignitates, si, ethnicorum superstitione relicta, Christianus fieri vellet: quod ille renuit.

[Seuerianus, episc. Caralitanus, cui in cod. Oxon. (vt paullo ante adnotauimus,) fermo de innocentibus adtribuitur. *Harl.*]

Seuerianus Gabalensis in Gallia episcopus, quem aiunt fuisse ante medium saeculi III. et celebrari in quibusdam martyrologiis 25. Ianuar. Ei sunt, qui tribuant sermonem de *paralytico*, qui est inter Petri Chrysologi sermones quinquagesimus. Incipit: *Christum in humanis artibus*. Alius Seuerianus in Gallia episcopus subscripsit concilio Regiensi a. 439.

[*Isidorus* Seuerianus de disciplinis variis, Romae in cod. monasterii Cryptae Ferratae, teste *Montfaucon.* in Bibl. bibliothec. MSSStarum I. pag. 200. B. *Harl.*]

*Venet.* in cod. Marcian. v. catal. codd. gr. Marc. 254. 363. 545. nr. 1. — In cod. *Mazarin.* vid. pag. 17. bis. et 22. et cel. *Morelli* in bibl. MSta *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSSStar. pag. 1309. C. gr. et lat. I. p. 30. et 32. — *Florent.* in codd. *Harl.* Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 102.



*Julius Seuerianus*, rhetor, de quo dixi in bibl. latina med. et inf. aet. *Fabr.* in ed. *Mansf.* tom. IV. p. 203. Add. *Julii Seueriani* symptomata rhetorices, per *Lucam Fruterium*, Antwerp. 1589. 8. in cat. biblioth. Leidenfis, pag. 270. — *Julii Seuer.* de VII. disciplinis liber, MS. in 4. *Perizon.* *Leidenf.* v. catal. bibl. cit. p. 494. nr. 11. et *Oxon.* in cod. C. collegii corporis Christi, siue nr. 1567. cat. MSS. Angliae etc. I. 2. pag. 51. *Harl.*]

*Seuerianus*, *Pelagianus* episcopus, cuius filius *Agricola* in Angliam haeresin illam intulit, vt narrat *Prosper* ad a. 429. *Florentio* et *Dionysio COSS.*

Omitto *Seuerianum*, (*Seruianum* alijs,) quem paullo antequam moreretur, *Hadrianus* occidi iussit nonagenarium, teste *Dione*; nec non *Seuerianum*, *Gallum*, temporibus *Marci Antonini* caesum omnibus cum copiis ab *Othryade*, *Perfarum* duce, de quo *Lucianus* in *Alexandro Pseudomante*, tom. I. pag. 764. seq.

VL THEODOTVS in *Gennadii* et *Honorii* codicibus, atque inde apud *Possennium* male *Theodorus*, *Sophronio* Hierosol. patriarchae apud *Photium* cod. CCXXXI. ὁ ἐν αἰγίοις Θεόδωρος, vbi *Photius* addit, ne de alio *Theodoto* accipias, Ἀγνύρας ἑὸς ἐπεσάρτησεν, *Ancyrae* (*Galatiae* vrbi) ille praefuit<sup>1)</sup>, *S. Cyrilli* Alex. συναγωγῆς dicitur in *Actis* septimae synodi *Aet.* [P.] VI. Certe inter fortes *Nestorii* aduersarios strenue decertauit a. 431. in synodo *Ephesina*, in cuius actis parte IV. habentur graece et latine hae tres eius homiliae:

I. In die natiuitatis Christi. Incipit: λαμπρὰ καὶ παράδοχος. tom. III. *Labbé* pag. 988. et tom. I. *Harduin.* pag. 1644. et 1668. *Fabr.* In Christi natiuitatem, et in *S. Dei* genitricem, in cod. bibl. *Mazarin.* teste *Montfau.* in bibl. biblioth. MSSarum, II. pag. 1317. C. Hanc et sequentem orat. exstare in Concil. tom. III. pag. 988. et 1008. testantur *Cayl.* et *Oudin.* II. cit. *Harl.*

II. In natalem Saluatoris. Incipit: λαμπρὰ τῆς παρέσης ἑορτῆς. tom. III. *Labbé* pag. 1008. et tom. I. *Harduin.* p. 1654. memoratur in *Actis* synodi septimae actione 6. *Fabr.* *Paris.* in cod. MCLXXI. nr. 14. bibl. publ. duae homiliae in natiuitatem Domini, et nr. 29. ac 30. eiusd. homil. in SS. *Theophania*, atque in festum praesentationis, quae homilia, praefixo *Amphilochii* *Iconens.* ep. nomine, edita est. — Ibid. in cod. DCCLXVI. nr. 2. et MMDCCLI. nr. 14. (vbi dicitur *Theodotus Monremita*) orat. in adnuntiationem *disparae*. — In cod. *Vindobon.* IX. nr. 12. adscribitur homilia illa in natiuitatem Christi *Cyrillo* *Alexandr.* archiepiscopo. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 82. sq. ibique *Kollar.* not. et quae supra ad vol. IX.

<sup>1)</sup> Conf. de eo *Gennadius* de scriptor. eccles. cap. 55. et *Fabric.* ad illud in bibl. eccles. *Guil. Cave* in Hist. lit. de scriptor. eccles. I. ad an. 430. p. 415. (quo iudice, stilus eius est facilis ac perspicuus, in disputando cum haereticis acer et vehemens, aduersarios punit simul et adlicit, et orationis vehementiam admirabili quodam situatatis temperamento lenire solet; isque subiicit iu-

dicium *Hollsteti* praefat. ad expositionem symb. *Nicaeni*.) *Tillemont.* Mem. eccles. vol. XIV. ad vitam *Cyrilli* *Alexandr.* art. 11. *Du Pin* Hist. eccles. vol. IV. p. 46. f. in *Nouv. bibl.* p. 69. *Oudin.* comment. de scriptt. eccles. I. col. 1172. sqq. *R. Ceillier* Histoire gener. des AA. eccles. tom. XIII. p. 448. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 125. ad a. 431. *Harl.*

vol. IX. pag. 493. nr. 175. adnotauit; add. in cod. vol. pag. 507. nr. 4. de *Proclo*, cui eam attribuit *Vincentius Riccardus*, in ed. Romae 1630. 4. pag. 143. animaduertente Kollario, l.c. — Sed *Theodoti* Ancyrani nomen prae se fert in cod. *Vindobon.* LXXVI. nr. 43. in quo numero tres *Theodoti* homiliae nominantur: 1) contra *Nestorium*; 2) in natalem soteris nostri; 3) die natali soteris nostri habita, et in concilio Ephesino lecta. v. *Lambet.* III. pag. 391. ibique not. Kollar. *Harl.*

III. *Contra Nestorium*, in die S. Ioannis euangelistae. Incipit: Ὅπερ ἐστὶ τοῖς σῶμασι ἡμῶν ἱερέας. tom. III. *Labbei* pag. 1024. et tom. I. *Hardum.* pag. 1665. Huic homiliae quadrat, quod *Gennadius* c. 55. de *Script. eccles.* ait, *Theodotum*, quum adhuc Ephesi versaretur, scripsisse aduersus *Nestorium* librum *redargutionis et refutationis dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sacrarum scripturarum detextum. Multis enim adser-tionibus usus est, antequam Scripturarum testimonia poneret* \*). Praeterea ex illius scriptis exstant:

IV. Εἰς τὸ Σύμβολον τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων τῶν τῆς. *Expositio Symboli sanctorum CCCXVIII. patrum concilii Nicaeni.* Hic titulus est in codice MS., ex quo primum latina versione donatum a *Luca Holstenio*, vtraque lingua vulgavit, et *Clementi IX.* pontifici max. dicauit *Franciscus* cardinalis *Barberinus*. Rom. 1669. 8. v. libr. diurn. de letterati di Roma, 1670. pag. 29. *Franciscus* vero *Combesis*, qui cum noua versione et notis suis, subiuncta S. Germani patriarchae CPol. homilia in *Mariae dormitionem*. iterum edidit Paris. 1675. 8. pag. 1. sqq. maluit inscribere librum *aduersus Nestorium* siue *Nestorii ex Scriptura et fide concilii Nicaeni confutationem.* (v. *Journ. des Sav.* 1675. pag. 249.) Scriptus est ad *Lausum*, vt suspicor, qui ipsi pag. 90. *Φίλη κεφαλή.* Ex hoc libro locus, qui exstat pag. 11. edit. Rom. citatur in *Catena MS. bibl. Barberinae* ad *Actor.* III. 15. Etiam in *Aetis Synodi VII.* actione 6. inter *Theodoti* huius scripta memoratur *ἐρμηνεία εἰς τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων.*

V. Εἰς ἁγίαν Θεοτόκην καὶ εἰς τὸν Σιμεῶνα. In *S. deiparam et Simeonem.* Incipit: προφητικὸς ἡμᾶς καὶ τήμερον. Edita ab eodem *Combesio* graece et lat. inter *S. Amphilo-chii* Iconiensis opera pag. 36. At neque huius est, neque, vt *Sirmondo* et *Labbeo* vi-sum, *Amphilo-chii* *Sidetae*, sed, vt ex *Nicephori* CPol. antirrheticis adhuc ineditis viri docti obseruauere, *Theodoti* Ancyrani, sub cuius nomine eandem latine ad MS. *Mazarinianum* recensitam exhibet idem *Combesius* in bibl. concionatoria. [v. supra, vol. VIII. p. 376. nr. 4.]

[*Theodoti* ep. Ancyrani, Opuscula nunc primum collecta et digesta in *Gallandi* bibl. vett. PP. tom. IX. p. 423. sqq. scil. *Expositio symboli Nicaeni* p. 425. sqq. *Homiliae, sermones, orationes* (sex) p. 440. sqq. add. *Prolegg.* p. XXVII. sq. Tres *Homiliae* ex actis concilii Ephesini, reliquae tres, quarum duae postremae latine tantum editae, e *Combesio* petitae sunt. *Beck.*]

[P] *Scripta Theodoti deperdita vel certe inedita.*

VI. *De Spiritu S. Deitate libri III.* *Theodotus* ipse in symbolum Nicaenum p. vlt. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν παρέργῳ νῦν εἰρησθῶ περὶ τῷ πνεύματος τῷ ἁγίῳ, ἐντελέζον ἡμῶν

k) Edita est in *Io. Patusae* encyclopaedia philologica, vol. II. p. 366. et pag. 369. *Theodoti* homilia in natiuitatem soteris. *Harl.*

ἡμῶν περὶ τῆς Θεοῦ δεσποτείας αὐτῷ δηλεγμένων ἐν τρισὶν ἑτέροις βιβλίοις, οἷς ἐντυχῶν, ζυνοδοξάζμενον πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τῆς Θεᾶς διδχθήσῃ γραφῆς. *Verum illud obiter nunc dictum sit de Spiritu S. de cuius diuina maiestate plenius in aliis tribus libris disputauimus: quos si legeris, Spiritum S. pari honore cum patre et filio conglorificatum in sacris litteris, discer.*

VII. Οἱ πρὸς Λαῦσον λόγοι κατὰ Νεστορίαν, ἐν τῆμοις ἔξ. *Contra Nestoriam libri sex ad Lausum. Memorantur in Actis septimae synodi, actione VI. tomo IV. edit. Harduin. pag. 405.*

VIII. Λόγοι siue *Homiliae* sex in iisdem Actis septimae synodi, siue secundae Nicaenae a. C. 787. celebratae memorantur. 1. εἰς τὰ Φῶτα in *sacra lumina*. [v. ad nr. 2.] Hanc una cum aliis tribus ineditis habuit ex membranis antiquis et probatis descriptam *Combesius*, ut ipse in notis ad Theodotum pag. 77. testatur.

2) Εἰς τὸν Ἠλίαν καὶ τὴν χήραν. *In Eliam et viduam.*

3) Εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον καὶ Ἰωάννην. *In S. Petrum et Iohannem.*

4) Εἰς τὸν χωλὸν τὸν καθημένον πρὸς τὴν ὀρεαίαν πύλην. *In claudum sedentem ad speciosam portam.*

5) Εἰς τὰς τὰς τάλαντα λαβόντας. *In eos, qui talenta acceperant.*

6) Εἰς τὰς δύο τυφλὰς. *In duos caecos.*

Iconoclastiae aduersus iconolatrias hoc Theodoti Ancyranum laudabant testimonium: Τὰς τῶν ἁγίων ἰδεῖας ἐκ ἐν εἰκόσιν ἐξ ὑλικῶν χρωμάτων ἀναμορφῶν παρελήφαμεν, ἀλλὰ τὰς τέτων ἀρετὰς διὰ τῶν ἐν γραφαῖς περὶ αὐτῶν δηλεγμένων, οἷον τινὰς ἐμφύχας εἰκόνας αἰαμάττωται, ἐκ τέτων πρὸς τὸν ἴμοιν αὐτοῖς διεχειρόμενοι ζῆλον. Ἐπὶ ἐπάτωσαν οἱ τὰς τοιαύτας ἀνασηλῶντες μορφὰς, πρίαν ἐκ τέτων ἀρεὰ καταπολαύοιεν ὠφελεῖας, ἢ ἐν ποῖα διὰ τῆς τέτων ἀναμνήσεως ἀνάγονται πνευματικῇ θεωρίᾳ, ἀλλ' εὐδελον ὡς ματαῖα ἢ τοιαύτη ἐπίνοια καὶ διαβολικῆς μεθοδείας εὐρημα. Postrema verba etiam esse Theodoti, notat, ut *Dallaeus* II. 5. de imaginibus pag. 227. suspicabatur, patrum CPolitanorum, patet ex *Nicephori* CPol. antirrheticis et *Theodori Studitae* epistola II. 36. ad Naucraticum tom. V. opp. *Sirmondi* p. 442. ubi ad eundem Theodoti locum conantur respondere, non synodi septimae patres, negare illum esse Theodoti. *Fabr.* — *Eclogae Theodoti, Cantabrig.* in cod. X. coll. S. Trinitatis, f. nr. 479. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. part. 3. pag. 99. — ibid. nr. 1054. in cod. XXIV. coll. Caio-Gonvillens. *Theodotus*, (nescio, quis?) de veritate et falsitate. — *Fragmenta in Catenis patrum.* v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 77. et 137. in cod. LXX. — eundem in bibl. biblioth. MSS. pag. 702. E. supra, in vol. VIII. pag. 695. fct. XX. *Harl.*

Alia

[C] *Alii Theodoti.*

Theodotus *Alabandensis* in Caria episcopus, qui cum Theodoto Claudiopolitano a. 451. interfuit concilio Chalcedonensi.

[Theodotus, *anagnostes*. Ad eum scripsit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 570. 572. *Harl.*]

Theodotus ab a. C. 421. *Antiochenus* episcopus, quem Apollinaristas non paucos ad ecclesiam reduxisse testatur *Theodoritus* V. 38. Hist. de illo videndus *Henricus Noris* in historia Pelag. lib. II. cap. 4. *Fabr.* Vid. Photii cod. LII. et infra de h. cod. in capite de Photio. Adde infra vol. XI. p. 395. vet. ed. de synodo Hierosolymitana, cui Theodotus Antiochenus praefedit.]

[Theodotus, *archiepiscopus*. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 294. et indic. ad illam, h. voc. *Harl.*]

Theodotus *Cassiteras*, Flavianus Melissenus, patriarcha CPol. ab a. 815. ad 821.

Theodotus *Chius*, rhetor, qui Ptolemaeum ultimum Aegypti regem docuit, eique fuit auctor, ut Pompeium nec reciperet apud se, nec dimitteret, sed interficeret, caputque Pompeii Caesari hoc auersanti obtulit, ipse postea interfectus iussu Bruti. Vide *Plutarchum* Pompeio pag. 660. Caesare pag. 730. et Bruto pag. 999.

Theodotus, *Claudiopolitanus* in Ponto episcopus: supra in Alabandensi.

Theodotus *coriarius*, patria Byzantinus, auctor Theodotianorum, qui saeculo secundo haeresin suam sparsit, de qua adpendix *Tertulliani* in praescriptione aduersus haeret. cap. ult. *Hippolytus* contra Noëtum. *Eusebius* V. 28. Hist. *Hieronymus* contra Heluid. *Epiphanius* et *Damasceus* de haeresibus 54. *Philastrius* c. 50. *Augustinus* et auctor praedestinati c. 33. etc. E recentioribus *Io. Pearsonius* Vindic. Ignatii parte 2. p. 23. *Sirmondus* tom. II. Opp. p. 474. seq. *D. Mich. Waltherus* diss. *Iesus ante Mariam*, §. 10. seq. et *Thom. Ittigius* *ὁ μακαρίτης* de haeresiarchis apostolicae et apostolis proximae aetatis pag. 259. seq. *Fabr.* conf. supra, vol. VII. p. 124. sq. in primis not. e. p. 149. not. g. et pag. 180. *Harl.*

[Theodotus, *diaconus*, et Theodotus *exconsul*. Ad eos scripsit Io. Chrysostomus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 568. 569. et 570. ter. *Harl.*]

[Theodotus, *dux exercitus*. Ad eum scripsit Theodorus Studita. v. *Montfaucon.* l. c. p. 324. *Harl.*]

Theodotus, *Eurocas* in Epiro episcopus, qui interfuit concilio CPolitano sub Menna a. 536.

[Theodotus, *Gangrensis*, in Paphlagonia, et eius vxor, *Rufina*, pietatis laude insignes. v. plura apud *Kollarium* in nota ad Lambecii commentar. VIII. pag. 469. *Harl.*]

Theodotus, *Gordenorum* episcopus in Lydia, qui subscripsit Synodico Sardenfis concilii misso ad Leonem imp. post a. 451.

Theodotus *grammaticus*, citatur in Etymologico magno, voce 'Οἰγῶτες.

Theodotus, *Hierapolitanus* in Syria episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 381.

[Theodotus, *Laodicensis* episcopus et medicus. v. infra in elencho medicor. vett. vol. XIII. pag. 433. *Harl.*]

[Theodotus, *Manichaeus*, compescuit bellum et caedem exortam inter Baanitas et Sergiotas. v. Photii narrationem in epitome de Manichaeis repullulantibus, in *Montfauc. bibl. Coislin.* pag. 371. seq. *Harl.*]

Theodotus, *medicus* Atheniensis, cuius apud *Aristidem* rhetorem mentio tom. I. pag. 485. 502. 525. etc.

Theodotus *Montanista* apud *Eusebium* V. 3. et 16. hist. Pacianum epist. 1.

[Theodotus, *patricius*. Ad eum scribit Theodorus Studita. v. *Montfauc. bibl. Coislin.* pag. 324. *Harl.*]

Theodotus *philosophus*, cuius quartus aduersus Epicurum liber citatur a Laërtio X. 5. Alius philosophus hoc nomine, cuius vitam tribus libris scripsit Tribonianus Sideres, Triboniani Icti Iulianiano imperitante aequalis, de quo Suidas in *Τετθ.* [Alius, v. supra, vol. III. pag. 190. *Harl.*]

[P] Theodotus *Phoenicius* Historicus, cuius scripta in graecam linguam transtulit *Laetus*, scriptor *Φαινικίων*, teste *Tatiano* pag. 171. *Clemente Alex.* I. Strom. pag. 326. ex *Eusebio* X. 12. praeparat euangel. et si in Tatiani codicibus pro Laeto est *Χαίρος*, in *Eusebii* *Ἀσπρος*. Huius Theodoti mentionem facit *Iosephus* 1. contra Apionem pag. 1051. [v. supra, vol. I. pag. 326. sect. IV.]

Theodotus pictor, de quo *Naeuius* apud *Festum* in *Penum*.

Theodotus, *poëta* graecus, quem ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων laudat *Eusebius* IX. 22. praeparat. et ex eo nouem hexametros adfert de vrbe Sicima, qui emendatius leguntur apud *Grotium* ad *Iohann.* IV. 5. [add. *bibl. patr. Paris.* 1624. vol. VIII. p. 158. fol. supra, vol. VIII. pag. 625. *Harl.*]

Alius Theodotus *poëta*, de quo *vetus* interpres ad *Ouidii* *Ibin* V. 467. *Theodotus poëta fuit, qui cum liberius in Mnesarchum regem scripisset, ab eo crudeliter in Apollinis aede caesus est. Alii dicunt Tyrrhenos, cum cepissent Liparium castrum, fortissimum illorum de caastro, Phoebos mactasse, unde Gallus:*

*Theudotus in bello Phoebos datur hostia, quamuis  
Nequaquam fit homo victima grata Dei.*

Verba

Verba: Opidiū in. Ibi, v. 467. fuit: *THEODOTUS*

*Victima vel Phoebō sacras matris ad aras*

*Quem talit a sacis Theodotas hoste necem.*

vbi Domitius Calderinus adnotat, se reperisse Theodotum Bactrianorum regem ab Arface rege Parthorum fuisse inactatum. Sed *Iustinus* XLI. 4. Theodotum illum, (qui Straboni *Διόδωρος* lib. XI. p. 515.) mortuum scribit, ab Arface fuisse inactatum, non scribit. [v. supra, vol. II. p. 324. ibique not. III. *Harl.*]

Theodotus, *Palactenſum* Cypri episcopus, interfuit synodo Nicaenae secundae a. 787.

[Theodotus, *presbyter* monachus, ad quem scribit Io. Chrysostomus, v. *Montfauc. bibl. Coislin.* pag. 569. 570. *Harl.*]

Theodotus *pythagoreus*, qui, ne conscios coniurationis pröderet, linguam dentibus demorsam in tyranni faciem inspuat, vt ex Timothei Pergamēni libro de philosophorum fortitudine narrat *Clemens Alex.* IV. Strom. p. 496. et *Theodoritus* VIII. de curat. graecar. adfect. p. 120. [v. supra, vol. I. p. 876. *Harl.*]

Theodotus, *Seleuciensis* in Isauria episcopus, interfuit concilio CPol. a. C. 553.

Theodotus *Sidonius* (Straboni XVI. p. 757. *Διόδωρος*). frater Boethi peripatetici philosophi, philosophus et ipse.

Theodotus *sophista*, qui Lolliani et Herodis Attici pridem auditor, deinde aemulus, primus Athenis docuit stipendio ab imperatore Marco Antonino accepto decem mille drachmarum, ab eodem celebratus *ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων καὶ ἱστορικῆς ὁφέλες*. Vide *Philostratum* lib. 2. de Sophist. cap. 2. pag. 566. seq.

[Theodotus, *strategus*, (alii codd. Theodorus strategus;) ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc. bibl. Coislin.* pag. 144. *Harl.*]

[P] Theodotus *Tarentinus*, inter pythagoricos memoratur a Iamblichō.

Theodotus *trapezita*, auctor Melchisedecianorum, de quo b. doctor meus *Thom. Ittigius* diss. de haeresiarchis pag. 261. Hūc vtpote Valentini sectae fauenti, non Coriario eius aequali, tribuendas esse *eclogas*, quae ad calcem operum Clementis Alex. leguntur, et cum Combesii versione a me exhibitae sunt lib. V. huius bibl. cap. 1. sententia est *Turnemini*, in memoriis Triuultianis a. 1717. pag. 389. seq.

Theodotae Atheniensis, cum Socrate colloquium refert *Xenophon* III. *ἀπομνημονεύμ.* pag. 782. seq. Alia, ni fallor, de qua Soranus epistola ad Cleopatram: *Dabo tibi commentarios Theodotae et aliorum de vitiis et de curatione mulierum* etc.

VII. ANTIPATER Bostrensem in Arabia ecclesiam rexit statim post Constantinum episcopum, qui concilio Chalcedonensi a. 451. interfuit, siquidem paucis post concilium annis ad Antipatrum iam episcopum litteras dedit Leo imperator tom. II. Concilior. Harduini p. 690. Ad eundem scripsisse S. Euthymius traditur ab auctore vitae Euthymii in tom. II. pag. 281. monument. Cotelerii, cuius adde sis notas pag. 636. seq. et Acta Sanctor. Iunii tom. II. pag. 685. *Fabr.* Conf. *Caué* Hist. lit. SS. eccl. I. pag. 447. ad a. 460. in primis *Oudin.* in comment. de SS. eccl. II. pag. 101. seq. qui distinguit duo *Antipatros*, n. *seniorem*, (qui secundum *Cauum* circa a. 460. floruisse creditur, saltem ante synodum Nicaenam II. a. 787. qui scripsit *Ἀντιρρήσιον*;) et *iuniorem*, auctorem homiliarum, cuius aetatem collocat ante a. 840. et cuius meminit *Leo Allatius* in diatriba de Simeonum scriptis, p. 89. et, „verum, inquit, in MSSis codd. (quos enumerat,) alia plura encomia Antipatri, Bostrorum episcopi, de diuersis argumentis, quorum titulis et inscriptionibus si fidem habeamus, non omnino a. 460. vel ante synodum Nicaenam II. exstiterit, sed longe post ipsam, vixque ante annum 840. vel saeculum nonum medium.“ — *Saxius* in onom. litt. I. p. 517. it in sententiam *Caué* et *Fabricii.* *Harl.*

1. Praecipuum ac celeberrimum eius opus fuit *ἀντιρρήσις contra Pamphili apologiam pro Origene.* Incipit a verbis: *ἐγὼ μὲν ἀρκέντως ἐνόμιζον γεγραφεῖναι*, vt notatur in Actis synodi Nicaenae secundae a. 787. celebratae, actione V. tom. VII. *Labbii* p. 367. sq. (*Harduin.* tom. IV. p. 304.) vbi fragmenta quaedam e libro primo exstant. [v. supra, vol. VII. pag. 241.] Longe plura et ampliora *ἐκ τῆς κατὰ τῶν βλασφημιῶν ᾠργένες πραγματείας κεφαλ.* i. e. 15, seruauit *Io. Damascenus* in parallelis sacris tom. II. edit. nouae p. 764. ad 772. Vide etiam *Cyrillum Scythopolitanum* in vita S. Sabae, tom. III. monument. Cotelerii pag. 362. vbi narrat, *Gelasium* praepositum, vt succrescenti Origenianismo occurreret, Antipatri opus in ecclesia publice legendum ordinasse. *Τὸ σύγγραμμα τῆ ἐν αἰγίοις Ἐπισκόπῳ Βόστρων Ἀντιπάτρῳ, τὸ κατὰ τῶν ᾠργένες δογμάτων ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι παρεσκεύασεν.* Mentio iterum pag. 364. *Fabr.* In duobus codd. *Mazarin.* sunt quaedam Antipatri opp. sed quatenam illa sint, non indicatur a *Montfaucon.* in *Bibl. biblioth. MSSar.* II. pag. 1306. *E.* nec in vol. I. pag. 593. *E.* de cod. *August. Vindel.* LXVI. qui variorum patrum homilias continet. — In cod. *Coislin.* CCLXXVI. in Ioannis monachi eclogis sunt excerpta ex Antipatro contra Origenem. v. *Montfaucon.* *bibl. Coislin.* p. 390. *Harl.*

2. *Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίας, καὶ εἰς τὸν εὐσεβισμόν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* Homilia in S. Iohannem baptistam, silentium Zachariae et salutationem sanctissimae deiparae. Incipit: *Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν.* MS. in *bibl. caesarea.* *Lambet.* V. pag. 18. [p. 42. *Koll.* v. supra, in h. vol. p. 257.] Vidit etiam in Italiae bibliothecis *Allatius*, qui eius meminuit pag. 89. libri de Simeonibus. Habuit [P] et *Tho. Galeus.* Si recte memini, (neque enim liber iam ad manus,) latine eam dedit *Combessifus* in *bibl. Concionatoria.* *Fabr.* tom. VII. *bibl. concion.* p. 106. Exstat praeterea homilia in S. Ioann. Baptistam, silentium Zachariae, et salutationem Mariae, in cod. *Taurin.* CXXXV. v. cat. codd. gr. *Taur.* p. 232. — orat. in Ioannem, *Parif.* in quinque codd. *bibl. publ.* — *Florant.* in cod. *Laurent. Medic.* XXVII. nr. 4. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Laur.* II.

pag. 687. et in tom. I. pag. 445. nr. 6. — Oxon. in cod. Barocciano CXCIX. — in bibl. Sfortiana, v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSSar. pag. 700. E. et pag. 1317. A. in cod. Mazariano LXXII. Harl.

3. *Eis τὰ ἀγία Θεοφάνεια*. MS. apud eundem Galeum. Fabr. In cod. Thomae Gale XXXVIII. siue nr. 587r. catal. MSS. Angliae tom. II. — in cod. Bodlei. V. nr. 26. f. nr. 2500. cat. cit. tom. I. pag. 129. Harl.

4. *Eis τὴν αἱμόρρην*. In mulierem sanguinis profluvio laborantem. Incipit: Ὁς μὲν πρῶτη ἡ Ἰσδαίων κλησίς. Locus ex illa adfertur in Actis synodi Nicaenae secundae sessione IV. tom. VII. Labbei pag. 208. (Harduin. tom. IV. pag. 169.) Fabr.

[Homiliam in ramos palmarum alii tribuunt Antipatro nostro; alii, iuniori, Tito. v. supra, vol. VIII. pag. 685. in §. XV. Harl.]

[In cod. Thomae Gale XXXI. descripto ex antiquissimo cod. in insula Chio, f. nr. 5865. cat. MSS. Angliae II. pag. 185. sq. Antipatro Bostrensi multae homiliae etc. adscribuntur, n. 1) encomium S. Athanasii; 2) oratt. adhortatoriae, quarum prima est de publicano et phariseo; 3) hom. in dominica filii prodigi; 4) in dominica septuagesima; 5) in dominica quinquagesima; 6) in praesentationem b. virginis; 7) laudatio b. virginis, quando praesentabatur in templo; 8) homil. in adsumtionem b. virginis; 9) in praesentation. b. virginis in templo; 10) de paralytico; 11) de cruce; 12) de daemoniaco; 13) de praedictione passionis dominicae; 14) encomium S. Ioannis evangelistae; 15) homilia de Ioanne theologo; 16) encomium Lucae evangelistae; 17) encom. Cosinae et Damiani, medicorum sine mercede; 18) homil. in introitum b. virginis; 19) in Christi natiuitatem. Sed Oudin. l. c. p. 102. seq. docet et concludit, propter celebritates festorum dierum b. virginis, (de quibus codex habet homilias,) quae et festiuitates Sctorum synodo Nicaena II. a. 787. sunt posteriores; vel esse haec omnia Antipatro Bostrensi seniori vel a Graecis recentioribus supposita, vel homilias illas pertinere ad Antipatrum aliquem recentiorem, qui circa saeculum nonum medium floruerit: et alia argumentorum pondera cumulat. — Bandurius editurus erat Antipatri Bostrensi testimonium de muliere, sanguinis fluxu liberata. v. supra, vol. VII. pag. 630. II. Harl.]

Citatur quoque Antipater ab Andren Caesariensi in Apocalypsin serm. 22. pag. 124. Maximo ad cap. 7. Dionysii de eccles. hierarchia etc. Sunt etiam, qui eius homiliam in adnunciationem b. virginis et in natiuitatem Christi commemorent. Fabr. Citatur, aut fragmenta in catenis patrum alienisque collectionibus occurrunt. v. Lambec. III. p. 165. Montfaucon, in bibl. Coisl. p. 251. et 330. et in Bibl. biblioth. MSSar. pag. 1309. E. Harl.

### Antipatri alii.

Antipater Acanthius, grammaticus, vt videtur, quem citat Ptolemaeus Hephaestion lib. I. apud Photium cod. CXC.

Antipater



Antipater mathematicus siue *astrologus*, Vitruvius IX. 7. memoratus.

L. Caelius Antipater [circ. a. V. 624. ante Chr. nat. 128.] romanam historiam scripsit ad L. Aelium Stilonem, Varronis magistrum, in compendium missam a M. Bruto. De illa *Vossius* lib. 1. de Hist. latinis cap. 8. Pauca quaedam eius *ἀντίπατρος* in fragmentis veterum historicorum latinor. [add. infra, vol. XII. p. 333. ed. vet. *Hamburger* zaverl. Nachricht. I. p. 404. et Saxii Onom. lit. I. p. 140. *Harl.*]

Antipater *Cauni* in Lycia episcopus, interfuit concilio Chalcedonensi a. 451. Alius, vt videtur, Antipater Caunenus in concilio Rom. a. 503.

Antipater siue Antipas *Ascalonita*, pater Herodis magni Iudaeorum regis, de quo multa Flau. Iosephus.

[Antipater *Cyrenaeus*. v. supra, vol. III. pag. 615. — Antipater quidam scripsit *de legibus*, cuius MS. est in bibl. quadam romana, teste *Montfaucon* in Bibl. biblioth. MSSar. pag. 201. *A. Harl.*]

Gallus Antipater, qui scripsit vitam Aureoli Tyranni. Vide Trebellium Pollionem in Claudii vita cap. 5. qui eum ob adulationem *ancillam honorum et historiarum dehonestamentum* adpellat.

Antipater *grammaticus*. Schol. Aristoph. ad aues [1403.] Vide *Ionsum* lib. I. c. 13.

Antipater *Hierapolitanus* audiuit sophistas Adrianum et Pollucem, Zenonemque Atheniensem. Imp. Seuero ab epistolis fuit, in quibus scribendis excelluisse eum *Philostrophus* testatur, qui narrat etiam aemulum fuisse et inimicum Heraclidis Lydii, et liberos imperatoris instituendos ipsi datos fuisse, lib. 2. de Sophist. pag. 606. seq. Idem Philostrophus haec de eius scriptis: *Ὀλυμπιακὲς τε ἡμῶν διήες καὶ παναθηναϊκὲς λόγους, καὶ ἐς ἱσραὴλ ἐλάβε τὰ Σεβήρε τῷ βασιλέως ἔργα.* In numo Fulviae Plautillae Augustae, quae vxor Caracallae fuit, ex altera [P] parte legas *ἐπὶ στρατηγῷ Ἀντιπάτρῃ ἱεραπολιτῶν*. Vide Harduini numos vrbium illustratos pag. 212.

Antipater *Iolai*, rex Macedoniae, de cuius scriptis dixi inter Aristotelis discipulos lib. 3. cap. 11. [supra, in vol. III. pag. 465. seq.]

Antipater *Macedo* iunior, cuius epigrammata leguntur in Anthologia. [v. supra ad vol. IV. pag. 461. *Harl.*]

Antipater *medicos* inter methodicos memoratus Galeno lib. I. methodi medendi c. 7. citatur et alibi ab eodem Galeno, Coelio Aureliano, Aëtio etc. *Fabr.* V. infra, in elencho medicor. vett. vol. XIII. pag. 64. ed. vet. et supra, vol. IV. pag. 359. add. *Villoison*. prolegomn. ad Homeri Iliada pag. 32. *Harl.*

Antipater *ὄντοσενητικῶν* scriptor laudatur ab *Artemidoro* IV. 67.

Antipater

Antipater *Paliurensis* de quo Meursius in bibl. graeca, non diuersus est ab Antipatro Iolai, rege Macedoniae. Paliura Antipatri patria, Macedoniae ciuitas.

Antipater, Plutarchi aequalis, ab eo memoratus in Coniugalibus quaestionibus.

Antipatri *praesidis* τῷ ἡγεμόνι epistola ad S. Basilium et Basilii ad Antipatrum 203. sq. [MS. Lambec. III. pag. 291. Koll.]

[Antipater, *proconsul* in Achaia. v. *Montfauc. palaeogr. gr.* pag. 275. *Harl.*]

Antipater libro tertio περὶ Πόλεως, citatur a Stephano Byz. in *Agemio*. Confer Vossium de Historicis graecis lib. 3. pag. 324.

Antipater, *Rhosi* in Cilicia episcopus, qui concilio Antiocheno interfuit a. C. 363.

De Antipatri stoicis *Sidonio*, *Tarsensi*, et *Tyrii* duobus dixi lib. 3. cap. 15. \*) Antipatri *εραίου* Soligenem memorat Alexander Aphrodisaeus libro de mixtione pag. 142.

Antipater *Thessalonicensis*, cuius, quemadmodum Sidonii, epigrammata exstant in Anthologia. Citat et Etymolog. magnum in *Kaustia*, Stobaeus etc. *Fabr.* In cod. Balusii, v. *Montfauc. Bibl. biblioth. MSSarum* pag. 1303. B. et ad anteced. artic. *Harl.*

Antipater *Trapezuntius* qui subscripsit relationi in synodo CPol. sub Mena a. C. 518.

\* CANDIDI Isauri, christiani scriptoris et concilio Chalcedonensi fauentis, *libros tres Historiarum* ab tempore Leonis in imperatorem euecti a. C. 457. vsque ad Zenonem a. 491. defunctum, desideramus, praeter excerpta seruata a Photio cod. LXXIX. quae tomo primo scriptorum historiae Byz. post excerpta de legationibus cum notis suis dedit *Philippus Labbeus* Paris. 1648. fol. Vide, si placet, quae de hoc Candido notauimus volumine VI. p. 239. [i. vol. VII. pag. 543. sect. 9. n. edit. conf. *Caus. Hist. litter. SS. eccles. I.* pag. 466. ad a. 497. quo illum claruisse scribit. *Harl.*]

Albus *Candidus*, qui temporibus imp. Commodi et Seueri clarus, scripserat in Hexaëmeron, teste *Eusebio* V. 27. hist. Eiusdem meminit *Hieronymus* de *Script. eccles.* cap. 48. [v. *Caus. I. c.* pag. 95. ad a. 196. *Harl.*]

[P] Candidus *Valentinianus*, Origenis aequalis, cuius meminit idem Hieronymus libro secundo aduersus *Rufinum*.

Candidus

\*) Vol. III. p. 537. sq. ubi quoque de *Antipatro Sidonio*: item de hoc et *Antipatro Thessalo*, eorum aetate atque epigrammatibus supra ad vol. IV. p. 461. sq. *Ant. Sidonii* epigram. sunt quoque in *Leonardi Philae* anecdotis anthologiae gr. in cod. CCCLII. *Coisl.* v. *Montfaucon. bibl.*

*Coisl.* pag. 519. — *Florent.* in cod. Laurent. XVIII. plut. 32. in eslee *Homeri Iliad.* v. *Bardin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 147. — ib. I. p. 548. excerpta in *Arsenii violaria* compositione, in cod. XXVI. plut. 4. *Harl.*

Candidus Arianus, qui post medium saeculi quarti vixit; et latine scripsit *libellum de generatione diuina* ad Marium Victorinum, qui addita Victorini confutatione lucem vidit ad calcem commentariorum *Bernhardi Ziegleri* in Genesin Basil. 1548. fol. [et correct. inter Orthodoxographos Basil. 1550. et 1555.] et cum reliquiis Victorini editis iunctim ab *Andreo Riui*o Lips. 1652. 8. Fragmentum epistolae Candidi ad Victorinum una cum Victorini responsione exstat apud *Io. Mabillonium* tom. IV. Analect. p. 155. Alia Candidi epistola, quae Victorino scribendorum librorum quatuor contra Arianos anla data fuit, legitur in haerelologia *Io. Heroldi* pag. 171. *Fabr.* Conf. *Causi* Hist. lit. SS. eccl. I. pag. 229. ad a. 364. qui edit. Riui. signat a. 1656. et de duabus Candidi epistolis legere iubet, quae *Ittigius* de bibliothecis PP. cap. 3. pag. 295-298. notauit. Inprimis conf. *Oudin.* in comment. de SS. eccles. tom. I. pag. 528. Is enim contra Caueum docet, fragmentum epistolae, (initio ac fine carentis,) ad Victorinum una cum Victorini responsione, a *Mabillonio*, loco etiam a *Fabricio* citato, ex cod. msto corruptissimo desumptum, et cum mendis editum, partem esse duntaxat operis Candidi *de generatione*. Add. *Fabric.* bibl. mediae et inf. latinitatis libr. III. tom. I. pag. 329. ed. Mansi, ubi edit. *Riui*o Lipsiae 1662. 8. produsse dicitur. *Hart.* Et *Schönnemann.* bibl. PP. lat. I. p. 329-332.

Candidus *Fuldensis*, qui praeter Chronicon Fuldense scripsit vitas Bungolfr et Aegilis, abbatum Fuldensium, ex quibus haec edita est a *Christophoro Browero* in sideribus illustrum et sanctorum virorum Germaniae, Mogunt. 1616. 4. et a *Io. Mabillonio* Saecul. Benedictino quarto part. I. pag. 226. Vide *Vossium* de Hist. lat. II. cap. 34. pag. 307. Claruit hic Candidus circa a. C. 820. *Fabr.* V. *Oudin.* commentar. de SS. eccles. tom. II. pag. 42. secundum quem ab a. circiter 780. vsque ad a. circiter 850. in monasterio Fuldensi claruit. Add. *Fabricii* bibl. cit. pag. 329. ubi plures Candidi memorantur. *Hart.*

[Addantur *Petrus Candidus*, Camaldulensis, qui edidit *Homerocentra*, Venet. 1504. 4. apud Ald. Mañut. (v. supra, vol. I. p. 553.) et ibid. MIIID. (1496.) *Theaurium cornu copiae*, fol. *Saxius* in Onom. lit. II. pag. 521. citat de eo *Laurentium Mchus* in praefat. ad Ambrosium Trauersarium pag. LXXXVIII. seq. *Hart.*]

[*Candidus, medicus*, de quo v. infra, in elenco medicor. vet. f. vol. XII. p. 107. ed. vet. *Hart.*]

[*Petrus Candidus Decembrius*, circa a. 1450. de quo plura prodiderunt *Fabric.* in biblioth. mediae et infimae latinitatis tom. II. p. 17. seq. ed. Mansi, atque *Saxius* in Onom. lit. II. pag. 443. — *Candidi Decembrii* epitome romanae historiae est in cod. mst. *Ambrosii Mediolan.*, teste *Montfaucon.* in bibl. MSS. pag. 511. E. *Hart.*]

VII. SIMEON <sup>m)</sup> Stylites siue anachoreta columnaris et cionita dictus a *σῦλον* siue columna, in Syria prope Antiochiam, in quam ascendit a. C. 419. et in ea vixit vsque

<sup>m)</sup> Simeonem stylitem cum Simone Petro apostolo in scite confundit blasphemus liber *שׁוֹרֵר* *שׁוֹרֵר* p. 23. edit. Wagenfeiliana. *Fabr.* Eum alii confuderunt cum *Simeone Mesopotamio*, docente

*Lambecio* in comment. libr. V. pag. 198. sqq. ed. Kollar. ubi de illo *Mesopotamio*, et tribus Styliis Simeonibus agitur. *Hart.*

quæ ad a. 460. \*) longæuitate \*) non minus, quam singulari sanctimonie laude insignis: cuius memoriam celebrant Græci 1. Septembr. \*) et de cuius vita et rebus consulere iuuabit *Io. Bollandum* in Actis Sanctor. ad V. Ianuarii, tom. I. pag. 261. seqq. qui p. 264. latinam exhibet versionem vitæ ab *Antonio* monacho, Simeonis discipulo scriptæ, (quæ etiam occurrat in *Herib. Rosweidi* vitis patrum lib. I. pag. 131.) [P] nec non pag. 274-285. aliam *Nicephore XIV.* 51. laudatam auctore *Simeone Metaphraste* itidem latine ex versione *Guil. Gratii* Brugensis S. I. quæ graece exstat MS. in bibl. caesarea, teste *Lambecio* VIII. p. 233. [pag. 494. Koll. add. ad not. 4. siue p scripta.] De eodem Stylite *Theodoritus* in Philotheo cap. 26. *Euagrius* lib. I. c. 13. sq. *Theodorus* lector, auctores vitæ, S. Euthymii, S. Theodosii, S. Auxentii, S. Danielis Stylitæ etc. e recentioribus *Tillemontius* tom. XV. memor. pag. 347-391. *Leo Allatius* libro de Simeonibus pag. 10. sqq. *D. Theoph. Spizelius* in veteri academia Iesu Christi pag. 121. *Io. Henricus Vrsinus* tom. II. Analector. p. 177. etc. *Fabr. Frid. G. Lautensacii* diss. de Simeone Stylita. Vitemb. 1700. 4. — *Du Pin* histor. eccles. vol. IV. pag. 145. — *Cæse* hist. lit. SS. eccles. tom. I. p. 438. seq. *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. III. pag. 196. seq. — Vita eius est quoque *Mosquæ* in cod. VI. in quart. v. *Matthasi* notit. MSS. Mosquens. pag. 301. nr. 1. ed. in 8. — *Florent.* in cod. Laur. XX. 1. plut. 4. ad 1. diem Sept. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 513. — *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXX. — in cod. Cromwellian. CVI. siue nr. 285. cat. MSS. Angliæ tom. I. (ubi etiam adpellatur *Mandrita* a *Μανδρα*, voc. graeco-barbaro, quod significat *monasterium*, v. *Lambec.* VIII. pag. 493. not. 5.) in cod. *Bodleiano*, nr. 2211. catal. dicti. — Fragmenta ex eius epistola ad ascetam aliquem inclusum, vt et ex doctrinis asceticis in cod. *Vindobon.* CELI. v. *Lambec.* V. pag. 327. *Harl.*

Multa, inquit Allatius, hunc virum scripsisse, certum est. Nonnullæ eius pro concilio Chalcedonensi, aliisque negotiis ecclesiasticis epistolæ a scriptoribus memorantur. 1) *Prima* sit ea, quam ad imperatorem Theodosium ob Iudæis synagogas, a Christianis antea ablatas, et tunc redditas, adeo acriter scripsit, vt Theodosius et mandata reuocauerit, et auctorem consilii de restituendis synagogis magistratu abdicauerit. Meminit *Euagrius* Histor. lib. 1. cap. 13. et *Nicephorus Callistus* lib. 14. cap. 51. 2) *Secunda* pro synodo Chalcedonensi ad Leonem imperatorem. *Euagr.* lib. 2. cap. 10. et *Nicephor.* histor. lib. 15. cap. 19. 3) *Tertis*, pro eadem synodo ad Basilium, episcopum Antiochenum, quæ integra apud *Euagrium*

V v v 2

n) *Io. Garnerius* auctario opp. Theodoriti p. 197. seq. [conf. *Lambec.* VIII. pag. 674. sqq. Koll.]

o) *Franciscus Baco Verulamius* in historia vitæ et mortis: *Vita religiosa et in sacris occupata videtur ad longæuitatem facere. Sunt in hoc genere vitæ otium, admiratio et contemplatio rerum diuinarum, gaudia non sensualia, spes nobiles, metus salubres, moerores dulces, denique renouationes continuæ per poenitentias et expiationes: quas omnia ad diuturnitatem vitæ*

*potenter faciunt. Quibus si accedat diæta illa austera, quæ massam corporis induret, spiritus humiliet, nihil mirum, si sequatur longæuitas insignis, qualis fuit Pauli Eremitæ, Simeonis stylitæ et complurium aliorum monachorum ex eremo et anachoretarum.*

p) Vide *Lambecium* VIII. p. 220. et 232. (f. pag. 467. 494. sqq. etc. ed. Kollar. et supra, in hoc vol. in elogiis Sctor. voc. *Simeonis Stylitæ.* *Harl.*)

grum et Niceph. exstat. 4) *Quarta* ad Eudociam imperatricem in eodem argumento. Nicephor. lib. 15. cap. 13. qua vel sola Eudocia ab Eutychiano errore ad rectam fidem reduci-  
tur. 5) Professio catholicae fidei, (nisi eadem sit cum epistola 2. ut bene coniicit Caueus.) Meminit *Eulogius*, Alexandrinus episcopus apud Photium Cod. CCXXX. Ἀλλὰ καὶ τὰς, ἔσοι ἐν τῷ μοναδικῷ διέλειπεν βίῳ, τὸ φρονεῖν αὐτῶν ἐγγράφως ἀνομολογῆσαι ὁ Λέων διατάξατο, ὃ καὶ προθύμως πεπεράχασιν τῶν ἀρχιερέων τὸν ἀριθμὸν εἰς χ' ἐπὶ χιλίοις συγκαταλειψάμενος μηδενὸς ἑτερογνωμονήσαντος. μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Συμεὼν, ὁ ἐν τῷ κύλῳ τὸν ἀγγελικὸν ἐκείνον βίον διανυσάμενος. Nec non iis, qui in religiosa et monastica, uita celebres habebantur, praecepit Leo, uti sententiam suam scripto profiterentur, quod episcopi numero mille sexcenti prompte sane executi sunt, nemine, qui aliter sentiret, deprehenso: a quibus stetit et Simeon, qui in columna coelitum vitam accumulabatur.

Præter hæc Allatio memorata, exstat latina versio brevis sermonis de morte assidue cogitanda, quæ incipit: *Animaduertite, fratres mei*. tom. VII. bibliothecae patrum edit. Lugd. pag. 1228. [gr. cum vers. lat. Io. Christophorsonii, Col. Allobr. 1613. v. cat. bibl. Leidens. pag. 69. *Harl.*] Eadem occurrit et in aliis bibl. patrum editionibus, ut Coloniensi tom. V. parte 2. et Parisiensi a. 1589. vol. II. col. 443. ibid. 1624. vol. II. col. 73. lat. 1644. 1654. tom. II. et in appendice ad edit. 1675. [Verum, non, Simeonem *Stylitam*, sed Simeonem, abbatem *Mesopotamias*, esse illius sermonis auctorem, ostendit *Lambec.* V. p. 201. seq. Kollar. ex cod. Vindobon. CCXXXVIII. nr. 3. *Harl.*

[P] Fuit et Simeon Stylites iunior Thaumastorites \*), qui vixit ab anno quarto Iuliani senioris (Christi 521.) ad annum decimum quintum Mauriti, (Christi 569.) per annos 75. de quo *Conradus Ianningus* in Actis Sanctor. ad 24. Mai. tom. V. pag. 307. seq. ubi exhibetur graece cum Ianningi versione vita huius Simeonis, laudata Nicephoro Callisto XVIII. 24. et scripta a Nicephoro magistro siue rhetore Antiocheno, cognomine Οὐρανῶ, descripta vero ex MS. bibl. Vallicellanae. Composuit et vitam huius Simeonis *Arcadius* quidam Cypri archiepiscopus, quæ intercidit. Vide tom. V. Maii pag. 306. In eodem pag. 403-431. habes etiam graece e MS. Florentino cum Ianningi versione vitam, coaetæ auctore scriptam, b. *Marthae*, quæ huius Simeonis mater fuit. In ea pag. 426. seq. occurrit Simeonis epistola ad *Staurophylacem*. Memoratur et ὡδὴ pro terras motu sistendo pag. 348. ne de aliis precum formulis dicam pag. 423. Epistola ad Iustinum iuniorem, pag. 378. Moriturus commendat Canonem suum siue regulam, pag. 401. De epistola ad *Euagrium* vide pag. 396. seq. et *Euagrium* VI. 23. hist. De epistola ad Iustinianum contra Nestorianos et Eutychianos \*), atque alia pro imaginibus, Allatum libro de Simeonum scriptis pag. 18. seq. ubi etiam de tropariis eius siue hymnis et precibus. Huius Simeonis sermones XXXVI. ascetici, arab. MSS. in bibl. Vaticana. v. *Assmanni* bibl. orient. tom. II. pag. 510. b. — [et Oxon. in

\*) H. e. ὁ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει. conf. *Caue Hist. lit. Scriptorr. eccl.* tom. I. p. 508. ad a. 527. qui etiam animaduertit, eum acerrimum fuisse Eutychianorum et Nestorianorum hostem, et obuisse

a. 595. postquam in columna annos 68. exegisset. *Harl.*

r) Memorat eam Sophronius Hierosolymit. ap. Photium, cod. CCXXXI. *Harl.*

in cod. *Rob. Huntington*. LXXV. f. nr. 5847. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. *Harl.*] — eius responsiones ad quaesita 252. — eiusdem sententiae 36. *ibid.*

*Simeon* denique *Stylites* tertius, presbyter et archimandrita, cuius memoriam Graeci recolunt die 26. Iul. de quo *Allatius* laudat libri pag. 22. v. Acta SS. corp. VI. Iulii p. 310. Omitto alios Stylitas veterum celebratos scriptis, ut *Theodotum Stylitem*, de quo Acta Sanctorum ad 28. Maii tom. VI. pag. 755. seq. *Ioannem Stylitem*, de quo vita Simeonis Stylitae iunioris tom. V. Maii pag. 311. *Nicetam Stylitem*, de quo Ephemerides Moscorum, iconibus illustratae 24. Maii ante Acta Sanctor. tom. III. Maii pag. 28. *Danilem Stylitem*, de quo supra pag. 71. *Lambecius* VIII. pag. 233. [p. 660. sq. ed. Koll. add. ib. pag. 494. 495. *Harl.*] et *Nic. Comnenus* Papadopoli praenot. mystagog. pag. 60. b. et *Petrum Stylitem*, a Constantino Copronymo male habitum, de quo *Theophanes* et *Cedrenus* ad a. C. 770. De horum Stylitarum *αἰώνες* quaedam non proterita *Iacobus Græserus* libro primo rerum variarum. Columnam ipsam, in qua Simeon senior tot annos exegit, his verbis describit *Iohannes Phocas* in *Allatii συμμίκτοις* p. 5. Χερσὶ λαζευτῶν etc. *Lapididarum opera, summitate montis admirandi* (inter urbem Antiochiam et mare) *alte excavata, monasterium ex uno passatum compaginatique lapide extraxit: in media monasterii* *Ἡσ πρὸς αὐτοφύλ λαζευτῶν κίονες ἐκ αὐτῶν τὰς βῆσεις ἔθετο, inter excisos lapides sua sponte nata columna γὰρ* *fixit, super petram, ut sacra eloquio traditur, pedibus firmatis, versus exorientem solis templum pulcherrimum Deo erexit, in quod discipulos conuacabat: atque ita sub die [V] ipse commemorans, illi tota nocte in templo stantes, ut decebat sanctos, debitum Deo cultum offerebant.*

IX. IOHANNES Hierosolymitanus, S. Cyrilli in episcopatu Hierosolymitano successor \*) ab a. C. 386. usque ad a. 416. quo die obiit \*). Hic pro Origenis causa, cuius

Vide...

\*) Vide episcoporum Hierosolymitanorum seriem in Riccioli tom. III. Chronologiae reformatae p. 19. et in Actis Sanctor. tom. III. Maii, et tom. VII. p. 969. seq. *Iac. Bossi* Mediol. Istoria della sacra religione di S. Giovanni Gerofolimitano, part. 1. 2. et 3. Romae, 1594. fol. *Fabr. Adde* de nostro G. *Cane* Hist. lit. SS. eccles. tom. I. p. 231. sq. ad a. C. 386. ubi etiam de eius ingenio et stilo iudicatur. et de eius lite cum Cyrillo agitur. *Du Pin* nouvelle biblioth. tom. III. p. 87. *R. Ceillier* Hist. gener. des Aut. eccl. tom. X. pag. 27. *Mich. le Quien* Oriens christ. tom. III. p. 168. *Io. Georg. Walch* Hist. eccles. N. T. pag. 1326. *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. III. pag. 1562. — Ab hoc Ioanne diversus est *Ioannes Hierosolymitanus patriarcha*, post medium saeculum decimum clarus, auctore *Fabrie* nostro, aut secundum *Lambec.* in indice pag. 716. circa a. 795. aut quem ex Ioanne Seylitz *Europatate Kollar.* ad *Lambec.* V. p. 14. (ubi eius vita ex *cod. Vindob.* CCIV. nr. 2. recensetur,) animadversit, postremis *Nicephori Phocae* temporibus vivum.

Saracenis esse combustum, auctor vitae *Pamasceni*: vide supra in vol. IX. p. 686. ibique not. e, et in hoc vol. pag. 272. — *Sine* vita est quoque *Mosquae* in cod. synod. CCXLVIII. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 161. nr. 11. et *Paris.* in cod. MDLIX. nr. 1. bibl. publ. In cat. eiusdem bibl. tom. II. in cod. CMXVII. nr. 9. *εὐσεβίου Ιωαννῆς, Hierosolymitani patriarchae, fragmentum, adversus illos, qui contendunt, aquam calidam in mysteriorum celebratione non esse adhibendam, et in cod. CM. nr. 8. Ioannis, archiepiscopi Hierosolymitani, de sacris imaginibus epistola ad Constantinum Caballinum.* — Diversus quoque ab *Ioanne* patriarcha CPolicano, circa a. Ch. 1430. natione Graeco scriptis de Spiritu Sancto et dialogum de azymis de illo unctus est *Oudin.* in comment. citat. III. pag. 2366. seq. — Alius est in Actis concilii CPolicani a. 536. p. infra, in vol. XI. p. 432. ed. vet. *Harl.*

\*) Vid. *Pagii* crit. Baron. in C. 416. a. XX. tom. VII. p. 36. *Harl.*

mortui famae patrocinari studebat, grandissimas cum Epiphania et Hieronymo inimicitias suscepit, et modo Ario, modo Pelagio \*) favere sibi visus obrectatoribus studii sui: aduersus quos teste Gennadio cap. 30. de Script. eccles. scripsit *librum* \*), quo ostendit Origenis se ingenuum, non suum sequutum. Sed illo pridem deperdito, ecce tibi hominem lepidum, *Petrus Wastelium*, Abbatem Carmelitam, qui sub nomine *Ioannis Nepotis Sylviani, Hierosol. episcopi XLIV.* quem Carmelitam fuisse peierat, Carmelitis suis gratificaturus, promittit veluti versum e graeco magnum volumen, alio non sane minore vindictarum comitatum, Bruxellis 1643. fol. \*\*) in quo haec Ioannis scripta venditantur, quae illius esse nemo veterum scripsit, nullus fide dignus codex MS. docuit:

I. *Lib. de institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum et in noua perseverantium ad Caprasium monachum, interprete Aymerico, patriarcha Antiocheno*, tom. I. pag. 1-32. Idem hoc est cum illo, quod Trithemius vocat volumen insignis *de principio et profectu ordinis Carmelitici*, tribuitque Iohanni patriarchae Hierosol. et Carmelitae, qui vixerit circa a. C. 770. Habetur etiam in bibliothecis patrum Paris. 1589. et 1644. 1654. tom. IX. et Colonienfi tom. IV. et Lugd. tom. V. nec non in operibus *Thomae a Iesu*, Carmelitae Colon. 1684. fol. tom. I. pag. 416. Longam pro illo libro Apologiam, Baronio et Bignaeo oppositam, post Petrum Wastelium \*) tom. II. pag. 1-210. scripsit M. Antonius Alegria in paradiso Carmelitici decoris [P] pag. 576. sqq. Lugd. 1639. fol. et *Daniel a Vergine Maria* in Vineae Carmeli pag. 671-685. Antwerp. 1662. 4. At non Iohannis Hierosol. sed latini et longe recentioris esse scriptoris, praeter Carmelitas vix quisquam eruditorum dubitat. Vide Papebrochium ad tom. I. April. pag. 789. seq. et tractat. praefinitur ad tom. III. Maii pag. XX. seq. et *Conradi Yansingii* Apologiam pro Papebrochio contra Sebastianum a S. Paulo, praemissam Actis Sacerdot. tom. I. Iunii §. 49. seq. pag. XL.

II. *In Stratagemata Beati Iob*, siue in prima tria capita libri Iobi, commentarium *libri III.* tom. I. pag. 33-106. Non diuersi sunt a libris tribus in Iobum, qui inter *Origenis*

\*) Vide *Orosii* librum de arbitrii libertate, quem Petrus Wastelius in vindicta siue tanto II. operum Ioannis Hierosol. pag. 568. ait rectius inscribendum: *aduersus Ioannem episcopum Hierosol. adfirmantem, sensu catholico dici, quod cum adiutoris et gratia Dei possit homo esse sine peccato*, et Orosio prorsus abiudicat Nestorianique esse hominis contendit. Sane Pelagium oppugnasse Ioannes Hierosol. disertè traditur ab *Augustino* epist. 186. edit. nonae, vet. 106. cap. X. et ab Ariantimo ipse eum absoluit Hieronymus, (denique Ioanni reconciliatus), epist. 61. *Turrian.* II. 9. pro epp. pontificum p. 199.

\*) Ad Theophilum Alex. vide Wastelii vindictas Ioannis Hierosol. p. 530. seq. et qui de Ioan-

nis illius vita accurate agit, *Tillemontium* tom. XII. mem. eccles. p. 186. et 197. De Hieronymi scripto contra Ioannem p. 197.

w) Inscriptio operis est: *Ioannis Nepotis Sylviani, Hierosolym episcopi XLIV.* — opera omnia, quae hactenus incognita, inueneri potuerunt, in vnum collecta, suoque auctori et auctoritati tribus Vindictarum libris asserta, per A. R. P. *Petrum Wastelium* — tom. I. II. Bruxellae, typis Io. Mommartii, 1643. fol. *Harl.*

x) Wastelii Apologeticus pro Ioannis Hierosol. monachismo in Carmelo, et pro libro de institutione primorum monachorum prodierat separatim Bruxell. 1644. 8.

*Origenis scripta* saepius latine prædicantur, quos neque Origenis neque Ioannis Hierosolymitani, sed latini scriptoris esse, existimavit præter Erasmodum, Rob. Coëum et Albertinum II. Casaubonus in Casaubonianis pag. 143. Vide tamen, quae *Huetius* pag. 273. Origenianor. ubi coniicit auctorem esse Arianum aliquem ex iis, qui Luciani martyris discipulos se ferebant.

III. *In S. Matthaeum* ab initio euangelii ad cap. XIII. 14. et a capite XIX. ad finem capitis XXV. commentarius. tom. I. pag. 107-324. Opus imperfectum in Matthaeum; fuit S. Chrysostomi scripta toties editum, de quo dixi vultum. VII. huius bibl. pag. 646. [vol. VIII. pag. 552. n. ed.] Illud vt Io. Hierosolymitano vindicet, multa sed non satis clare aut solide disputat Wastelinus tom. II. pag. 212-342.

IV. *Fragmenta ex commentario ad prima capita undecim S. Marti*, a b. Thoma Aquinate sub S. Chrysostomi nomine laudata (in Catena aurea ad euangelistas), tom. I. p. 325-339. Haec quoque sola paene cōmischura ductus Hierosolymitano suo tribuit Wastelinus, quem primum Ioannis Chrysostomi breuiatorem fuisse hariolatur tom. II. p. 373.

V. *Fragmenta ex commentario in Lucam*, quae sub eiusdem Chrysostomi titulo extant partim in eius operibus, partim in Catena graeca Corderiana LX. specum, et S. Thoma Aquinate (in continuo Euangelico siue Catena aurea, quam vocant, super eundem Lucam), tom. I. p. 340-380.

VI. *Homiliae LXIII.* fere omnes inter Chrysostomi opera saepius editae. 1. *in Iosephum de castitate*, ex Frontonis Ducaci versione pag. 381. Graece prima verba si quis requirat, nam Wastelinus, vt dixi, omnia latine tantum dedit, haec sunt: *ὅτι ἐκ πελάγους μεγάλα.* Chrysost. tom. VI. Ducaci p. 115. [Montfauc. tom. VI. pag. 604. sed, quae singulae deinceps reperiuntur in ed. Montfauc. facile inuenies in indice homiliarum alphabetico, supra in vol. VIII. pag. 463. sqq. exhibitio. Harl.]

2-6. *in Iobum*, ex versione Laelii Tifernatis, p. 383. *Ἡκεν ἡκὺν ἐν αἰνέσιος*, tom. VII. Ducaci pag. 67.

7. *Fragmentum Prooemii in Psalmos*, interprete Gentiano Herueto, pag. 399.

8-10. *In Psalmum II. III. XIV.* interprete eodem Herueto, p. 400. 402. 405.

[P] 11. 12. *In Psalm. L.* ex veteri interpretatione, p. 409. 416.

13. *In Psalm. XCV.* ex versione Erasmi, pag. 423.

14. 15. 16. *In Psalm. C. 3. Godfrido Eilmanno* et CXVIII. et CXIX. Herueto interpretibus, pag. 428. Haec Chrysostomi in Psalmos graece et latine leguntur tom. Ducaci tertio. [v. supra, vol. VIII. pag. 551.]

17. *De tribus pueris et fornace Babylonica*, ex versione Ducaci, pag. 444. *καὶ τὰν ὡς ἀληθῶς.* Chrysost. tom. VI. Ducaci, pag. 126.

18. *De*



18. *De Satura*, interprete eodem Ducaco, pag. 448. Ἡμεμεν ὑμᾶ φωνόμενες. Chrysost. tom. VI. Ducaci, pag. 1203.
19. *In decollationem S. Ioannis baptistae*, ex veteri versione, pag. 450.
20. *De vitandis scandalis*, tom. I. pag. 453.
21. *De diuite et paupere et de eleemosyna facienda*, pag. 454.
- 22-34. *In Mariam* homiliae quatuordecim, sub Io. Chrysostomi nomine incerto interprete pridem vulgatae a Godfrido Tilmanno, pag. 455. Has in latinis Chrysostomi editionibus licet reperire. [v. supra, de his et seqq. vol. VIII. p. 554.]
- 35-36. 37-38. *In Lucam* homiliae quatuor, pag. 475. itidem in latinis Chrysostomi editionibus obuias.
39. 40. *In Iohannem* duae, incerto interprete, pag. 486.
41. *Tertia in Iohannem*, interprete Ducaco, pag. 489.
42. *In laudem crucis*, ex versione Godfridi Tilmanni, p. 496. τὴν σταυρὸν, ἢ τὴν λαλήσαν. tom. VI. Ducaci pag. 241. [supra, vol. VIII. pag. 526.]
43. *De eucharistia in encaenis*, incerto interprete, p. 496.
44. *In adscensionem Christi*, interprete Gerh. Vossio p. 498. Φαίδρον μοι τὸ τῆς ἐκκλησίας. tom. VI. Ducaci, pag. 383.
45. *De Pentecoste*, p. 499. ἑρπᾶτες ἡμῶν γεγενῆσθαι σήμερον ἢ γῆ. tom. VI. Ducaci, p. 102.
46. 47. *De Spiritu S.* incerto interprete, p. 502. et 506. Χθὲς ἡμῶν, ὁ φιλόχρηστος. tom. VI. Ducaci, pag. 173.
48. *De Christi diuinitate et ecclesia*, pag. 514.
49. *De fide et lege naturae*, p. 516. πᾶσα γραφὴ θεόπνευτος. tom. VI. Ducaci, p. 149.
50. *In praeursorem domini*, pag. 522. ex Petri Pantini versione; εἰ ἀνδραγάται λεγόμενοι. tom. VI. Ducaci, pag. 261.
51. *De ecclesia sua turtare*, p. 524. Ἡ τρυγῶν ἡ φιλέτημος. tom. VI. Ducaci, p. 104.
52. *In principes apostolorum Petrum et Paulum*, interprete Gerhardo Vossio, pag. 526. Οὐρανὸς καὶ γῆς. tom. VI. Ducaci, pag. 264.
- [E] 53. *In S. Thome apostolum*, interprete Ducaco, pag. 528. γὰρ μὴ νόμος τῆς ἐκκλησίας. tom. VI. Ducaci, pag. 271.
54. *In sanctos XII. apostolos*, ex versione Gerh. Vossii, pag. 529. αἰκότας καὶ σήμερον. tom. VI. Ducaci, pag. 268.

55. *In S. protomartyrem Stephanum*, ex versione Ducaei, pag. 530. *ἐνψωμεν αὐθροῖν*. tom. VI. Ducaei, p. 274.

56. 57. 58. *De poenitentia*, interprete Laelio Tifernate, p. 535. 538. 542.

59. *De David*, eodem interprete, pag. 549.

60. *De perfectione* quam passus erat episcopus a Novatianis. Incerto interprete, p. 551. *πολύς ὁ χρεμὼν*. tom. VI. pag. 248.

61. *De vanitate huius saeculi*, Ioachimo Perionio interprete, pag. 552. *προτρέπεται καὶ καρπός*. tom. VI. Ducaei, pag. 98.

62. *In coecum a Christo sanatum*, interprete Ducaco, pag. 557. *πολλὰ καὶ διάφοροι*. tom. VI. Ducaei, pag. 482.

63. *De pseudopropheta et falsis doctoribus*, ex versione Gerh. Vossii, pag. 563. *ὁδυνεὸς ὁ λόγος*. tom. VII. Sauil. pag. 211. et VI. Ducaei, pag. 396. [conf. infra, vol. X. pag. 166. seq. ed. vet.]

X. NESTORIUS Germaniciensis Syrus, Diodoro Tarsensi et Theodoro Mopsuesteno vsus magistris est, de quorum scriptis dixi volum. VIII. pag. 358. [vol. IX. p. 277. seq. n. ed.] et IX. pag. 157. seq. [in hoc vol. n. ed. cap. XXX.] Ex presbytero hinc Antiocheno factus a. C. 428. Sisinnii successor episcopus CPolitanus, nec diu post maximis in ecclesia motibus imprudenti pertinacia sua, et eloquentiae suae praesidens, materiam praebuit, ac qui resisterat magno zelo Arianis, Quartadecimanis, Macedonianis et Manichaeis, ipse haereseos reus actus in synodo Ephesina atque exauctoratus est a. C. 431. successore dato Maximiano: obiitque in exilio non ante a. 439. [v. Socrat. H. E. VII. c. 34.] *Fabr.*

[Si de quo scriptore ecclesiastico et sectae cuiusdam amplissimae auctore multa in utramque partem sunt disputata et adhuc disputari solent: is sane est Nestorius; aduersatus et infamatus a multis, qui quidem interdum *τεχνολογεῖν*, quam *θεολογεῖν* maluerunt; a nonnullis tamen, (vt eius doctrinae adsecras, qui multi fuerunt, atque sequaces, qui interdum fuerunt intemperantes, praetermittam,) partium studio haud abreptis et mitius sentientibus, licet non omnino ab omnibus criminibus liberatus, tamen lenius diiudicatus aut excusatus. At tantum abest, vt eius vitam, doctrinam, errores, fataque, aut Nestorianorum historiam, quorum omnium rerum vberior expositio et repugnat nostro instituto, et ad historiam pertinet ecclesiasticam, multorumque hominum, vt postea videbimus, diligentiam a longo tempore exercuit, copiosius persequar; vt ne illius quidem patrociniū omnino suscipere audeam. In paucis igitur, quae de eo dici possunt, acquiescam. De patria Nestorii v. Socrat. H. E. VII. cap. 29. p. 317. *Simeon. Beth-Arsamenfis* epist. de Barsauma, episcopo Nisibeno atque Nestorianor. haeresi, syriace et lat. ed. ab *Asseman.* bibl. orient. I. p. 346. lqq. rec. in Michaelis Chrestom. syriaca nr. 1. Testante *Theodoreto* in Haeret. fabular. IV. cap. 12. Antiochiae litteris bonis et arte canendi institutus, et secundum *Enagrium* in H. E. lib. I. cap. 2. ibi in coenobio quodam est commoratus. Quamquam cum *Theodoro Mopsuesteno* vsuū esse

Vol. X.

XXX

magistro,

magistro, haud improbabile est, (vide supra, in hoc vol. cap. de Theodoro Mopsuesteno, §. 1. *Petau.* theolog. dogmat. tom. IV. libr. I. cap. 7. p. 35.) nondum tamen certum est atque exploratum, Nestorium ab illo arripuisse haeresin. v. *Walch.* hist. haeref. tom. V. pag. 315. sq. et *Schroeckh* hist. ecclesiast. christian. tom. XVIII. p. 184. praesertim pag. 262. sqq. Falsum est, eum fuisse discipulum, aut, quod iam multi refutarunt, filium Pauli Samosat. v. *Walch.* pag. 313. Antiochiæ presbyter factus, in orationibus sacris auditorum artibus infidari, et auram popularem captare studuit: cuius artis siue fraudis opera, et propter abstinentiam vitaeque severitatem magnam nactus est auctoritatem famamque. Dein ob illas vitae et orationis virtutes et alias causas, quae commoverant imperatorem, adnotus est episcopatu CPolitano. At ingenii vanitas atque arrogantia, nimium aduersus Arianos et alios quosdam haereticos odium, et quod, Mariam esse *Deorónov*, palam et pertinacius negavit, excitarunt ei invidiam; quo factum est, ut is incideret in Scyllam. Magni igitur motus orti sunt. Basilius, archidiaconus et archimandrita eius nomen atque errores detulit ad imp. Theodosium, (v. acta concilii Ephesini, part. I. cap. 30. in *Mansii* collectione ampliss. tom. IV. p. 1101. sqq.) Monachi alitque palam ei contradixerunt: et publicum doctorum sacrorum CPolitani. editum est testimonium, Nestorium renouare errores Pauli Samosatani, (gr. et lat. in actis concilii Ephesini, part. I. cap. 13. in *Mansii* collect. tom. V. pag. 467.) MS. in cod. *Vindobon.* LXXVII. 10. v. *Lambec.* III. p. 383.) Accensa est flamma oratione Procli, (apud *Mansium* tom. V. p. 578. et in *Mercatoris* Opp. tom. II. p. 19. cum antiqua versione lat. ipsius Mercatoris, suspicante quidem Garnier. ad Merc. pag. 26.) contra Proclum tamen Nestorius in orat. se defendit. Nemo tamen acrius ac vehementius Nestorium adgressus est atque infectatus, quam Cyrillus, qui primo per litteras Nestorium frustra ab opinionis et doctrinae errore reuocare studuit; dein alios ipsumque imperatorem, inprimis Coelestinum, episcopum romanum, variis artibus, contortis falsisque interpretationibus contra eum inflammavit magnasque excitauit tragoedias: sub finem a. 430. Alexandriae contra eum congregavit synodum, cuius decretum, propositis a Cyrillo duodecim, quibus reuocaret Nestorius, anathematibus, Nestorio missum est; quibus hic totidem opposuit. In synodo tandem Ephesina, dein Chalcedonensi, Cyrillus post multas agitatae controuersias motusque excitatos perfecit, ut Nestorius condemnatus suoque munere exutus in carcerem mitteretur, dein redire iuberetur Antiochiam, in monasterium suum; anno autem circ. 430. edixit imperator, (vid. *Mansii* collect. concilior. tom. V. pag. 255.) ut Nestorius Petram in Arabia, at, mutato forsitan consilio, Oasin in Aegypto, relegaretur eiusque facultates in usum coetus CPolitani conferrentur. Ibi vero vi barbarorum multa tristitia expertus est fata: (v. *Walchii* histor. haeresium, V. p. 564. sqq.) Oasi tamen a. 439. adhuc vixit. De eius morte ac sepulcro variae spargebantur fabulae. v. *Weismanni* introduct. in memorabilia hist. eccl. tom. I. pag. 524. *Gundling.* in Gundlingianis, XXXV. *Affemann.* in bibl. orient. tom. II. pag. 55. et 316. ex Bar-hebraeor. — Epitome doctrinae haereticae Nestorii, in cod. *Vindobon.* XLV. nr. 48. v. *Lambec.* VIII. pag. 936. — Haec omnia, et multa alia, quae ad vitam historiamque Nestorii eiusque sectae penitus curatiusque cognoscendam facerent praeter VV. DD. inferius memoratos, et *Cause* hist. liter. SS. eccl. I. pag. 412. sqq. vberius exposuerunt cel. *Io. Matthias Schroeckh* in: christliche Kirchengeschichte, tom. XVIII. Lips. 1783. 8. pag. 176–312. et *Christi. Guil. Franc. Walch.* in: Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien etc. part.

part. V. Lips. 1770. 8. pag. 289 - 936. qui multo copiosius singula enarrauit, ordinem temporis et controuersiarum priuatarum non minus quam publicarum eorumque quae ab Nestorio eiusque tam aduersariis quam patronis scripta sunt, explicuit, placita Nestorii aequè ac aduersariorum diligenter recensuit sobrieque examinauit, suumque denique subiunxit iudicium. De eius ingenii animique dotibus, virtutibus vitisque, dextre vereque iudicauit idem pag. 337. sqq. In *definitionibus fidei orthodoxae*, (quas *Montfaucon* in bibl. Coislin. ex cod. CCV. graece cum vers. lat. pag. 265. seq. edidit, *Nestorii, hominis adoratorem et cum Iudaeis sentientis*, haeresis anathemate damnatur. — add. *Lambec. VIII. pag. 752. Kollar. De Affmannio*, qui in bibl. orient. passim multa copiose agit de Nestor. infra plura dicemus. Hic tantum addere lubet, ab illo etiam in bibl. orient. tom. II. pag. 443. *Nestorium Beth Garmae*, metropolitam ac tom. III. part. 1. pag. 492. ex syriaca *Thomas* historia monastica *Nestorium Adiabenum*, metropolitam, commemorari. *Harl.*]

Scripta eius celebri edicto <sup>\*)</sup> Theodosii iunioris cremari flammis iussa, et seruari prohibita sunt, vnde non mirum, licet *infinitos tractatus diuersarum hypotheseon*, hoc est, vt ego interpretor, sermones siue homilias [P] composuerit, teste *Gennadio* cap. 53. de S. E. <sup>\*)</sup> nihil fere quicquam eius aetatem tulisse, praeter pauca illa, quae scriptis aduersariorum et conciliorum Actis inserta ad nos peruenere. Illae siue *epistolae siue homilias* maximam partem infra in Indice, quem sub extremum huius capitis exhibeo, scriptorum in Actis concilii Ephesini et Chalcedonensis occurrentium a me commemorabuntur. Ex catena inedita ad Psalm. XXXIV. <sup>1)</sup> hunc locum non contemnendum produxit *Scipio Maffeus* <sup>aa)</sup>, quem cum versione mea adscribam: *Νεστορίῃς. Τὸ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν δι' ἐξ αἰτίας Φασὶ . . . ἀναβελτιωθῆναι τὰς ἐχθρὰς βυλόμενον· τύπτει γὰρ ἀδόκιμον χερσίων καὶ καθαρισθῆναι. δεύτερον, ἵνα ᾧδε μακάρινοι καὶ πολεμέμενοι καθότερον περὰ θῶσι τῆς αἰωνίης. Τρίτον ἵνα ταῖς τέτων μάστιγι ἄλλας εὐρεθῇ σωφρονίζων. Πανουργος γὰρ ἰδὼν ἄφρονος μακροχρόνιον, κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται. Τέταρτον, τὸν βίον λοιμὴ καὶ νόσῳ ἀπαλλάττων, πέμπτον, ἵνα μὴ καὶ ἄλλαι αὐτῶν μαθητευθῶσι, ταῖς ἐπενεχθείσας πληγὰς φοβηθέντες· ἕκτον, ἵνα μὴ ἄπωσί τινες, πᾶς ἐστὶν ὁ Θεὸς τῷ Δαβὶδ, μὴ αὐτὸν ἐκδικῇ καὶ σώζῃ; ἐκ ἐστὶ γὰρ σωτηρία αὐτῶ ἐν τῷ Θεῷ αὐτῷ. Πολεμηθῆναι δὲ τὰς πολεμῆντας εὐχεται ἐχὼς ὡς μισοῦνθροπος, ἀλλ' ὡς μισοπότηρος. NESTORII. Imprecationes aduersus inimicos, aiunt, fieri a Davide ob sex causas. Prima, quo meliores illi reddantur. Nam*

Xxx 2

et

y) In actis concilii Ephesini tom. III. edit. Labbei p. 1209. (tom. I. Harduin. pag. 1716.) [in *Manfi* collect. ampliff. tom. V. p. 413.] *Καὶ κατέταλμα τὰς αὐτῆς Νεστορίῃς τῶ ἀδελφῶν τοῦ καὶ ἱεροσύλας ἀσπίδας βίβλους etc. Decernimus praeterea, ne quis impios nefarii sacrilegique Nestorii libros, quos de sacra orthodoxorum religione et aduersus dogmata episcoporum, qui in sacra Ephesina synodo conuenerunt, edidit, habeat, aut legat aut transcribat: ὅς δ' αὖτε καὶ πᾶσι ζητήσαντες δημοσίᾳ ἐπιμαρτυροῦναι, quos etiam omni studio ac diligentia undecunque conquisitos publice concrema-*

*ri volumus.* Plures eiusmodi sanctiones imperatorum, praesidiumque in prouinciis aduersus Nestorii et Nestorianorum scripta concessit *Iacobus Gretserus* lib. 1. de iure prohibendi libros malos cap. 9. [add. *Pagium* ad a. 435. *Noris, Opp.* tom. III. pag. 777.]

z) Pag. 24. in *Fabricii* bibl. eccles. vbi conf. not. *Harl.*

aa) *Giornale de letterati d'Italia* tom. XXVI. pag. 64.

et aurum impurum percussione purgatur: 2) ut in hac vita puni et adflitti, leniora aeterna experiantur: 3) ut horum castigatione alios erudire sibi contingat: nam prudens si viderit, stultum puniri, insigni exinde capit documentum sibi: 4) ut vitam hanc malis et calamitatibus liberet: 5) ne alii malos imitentur, sed poenas illis inflictas timeant: 6) ne sint, qui dicant: ubi est Deus Davidis, numquid illum vindicat servatque? non est illi salus in Deo suo. Optat vero adversarius suis adversa evenire, non tamquam inimicus hominum, sed malitiae. Fabr. Nolo hic repetere, quae iam supra, in vol. IX. cap. XXII. pag. 446. sqq. de Cyrillo Alexandrino, praecipue pag. 465. sqq. §. XII. XIII. p. 469. §. XVII. pag. 473. §. XXIII. pag. 474. sqq. V. in indice homiliarum etc. Cyrilli Alex. p. 483. sq. de anathematismis Cyrilli ac Nestorii, inuicem oppositis, item pag. 496. vberius disputata et de Nestorii quibusdam scriptis adnotata sunt. Quod autem Fabricius quaedam tantummodo Nestorii scripta commemoravit: haud incommodum videbitur, h. l. pleniorum eorum catalogum intexere. Qua in recensione sequutus sum tutum ac peritum ducem, *Walchium*, qui in historia haeres. tom. V. pag. 342. sqq. diligentissime in hac historiae parte versatus, doctissime omnia explicuit atque probavit, et in duas classes dispescuit scripta, quae Nestorio tribuuntur: ad priorem classem refert ea, quae ope certorum testium ei assignari debent; posteriori vero classi adnumerat ea, quae Nestorio sine idoneis rationibus immo vero contra omnem probabilitatem adscribi solent. Plura de singulis apud illum inuenies. *Genuina* igitur Nestorii scripta habentur:

I. *Homiliae*, quarum tredecim *Marius Mercator* latine vertit, et Garnier in sua illius editione non solum edidit, sed etiam graeca, quae praesertim in Cyrilli Opp. passim servata sunt ab interitu, loca diligenter collegit. Sunt autem

1. Homil. prima de incarnatione Iesu, quae tantummodo in lat. versione superest.
2. Homil. de communicatione duarum in Christo naturarum: cuius multae partes in actis concilii Ephesini partim, partim a Cyrillo sunt servatae.
3. Contra Nestorii adversarios. Ibidem plurima pars graece legitur.
4. De incarnatione Iesu contra Proclum: restat solummodo in latina versione.
5. De dogmate, a Maria deum esse natum, contra Proclum: graecus textus ex actis memoratis et Cyrillo collectus est.
6. Vti quoque hom. in ep. ad Hebraeos III. r.
7. Contra eos, qui propter communicationem vel diuinitatem morti obnoxiam esse putant, vel humanitatem tanquam deum adorant: ex qua quaedam loca gr. supersunt.
8. Apud Mercat. pag. 65. sed ne versio quidem latina homiliae, cuius magnam partem gr. servavit Cyrillus, integra esse videtur.
9. Ibid. pag. 66. in Matth. V. 23. reliquiae versionis lat. in actis Ephesinis etiam graece inveniuntur.

10. Con-

10. *Contra Macedonianos*, fragmentum.
11. In Ies. XIX. 6. pag. 68. lat. apud Mercator. sed graece, paene integra, in actis memor.
12. Apud Mercator. pag. 85. lat. tantum versa; vti
13. ibid. pag. 93. cuius tamen versio antiquior et aliquanto diversa exstat in synodico cap. 3. v. *Mansii* collection. V. p. 753. — Sequuntur homiliae alius argumenti:
14. et 15. *Contra Pelagianos*, secundum latinam Mercatoris versionem in I. parte Opp. pag. 76. et 80. — Ibidem pag. 83. et 84.
16. et 17. Excerpta ex duabus orationibus: de quibus paullo post ad Fabricium quaedam adnotata sunt.

II. *Epistolae*

1. *Ad Cyrillum*, in actis concilii Ephesini part. I. cap. 7. ap. *Mans.* tom. IV. p. 885, et ibid. tom. V. pag. 491. vetus versio lat. et gr. inter *Cyrilli* epp. tom. V. part. 2. pag. 21. et in *Garnier* ed. Opp. Mar. Mercat. tom. II. p. 44. *Vindobonae* in cod. caesar. LXXVII. in quo multae sunt *Cyrilli* aliorumque epistolae, quae ad hanc controversiam et concil. pertinent Ephesinum, reperitur nr. 2. *Nestorii* ad *Cyrillum* epist. responsoria: τὰς μὲν καὶ ἡμῶν ὑβρεῖς, et, teste *Lambet.* tom. III. pag. 382. in concil. generalium ed. gr. lat. Vaticana, 1608. fol. tom. I. pag. 260. — Epist. responsoria: incipit: ὁδὲν ἐπιμελείας Χριστιανῶν, cum epist. *Cyrilli*, ibid. in cod. LXXXVIII. nr. 3. et in citata concilior. ed. I. pag. 256. v. *Lambet.* III. p. 476. ed. *Kollar.*
2. *Ad Cyrillum*, Ephesi praelecta: gr. ac lat. ap. *Mans.* tom. IV. p. 891. et in *Cyrilli* Opp. tom. V. part. 2. pag. 25. — cum Mercatoris lat. vers. ap. *Mans.* tom. V. pag. 715. et pag. 498. lat. versio antiquior.
- 3-5. *Tres epp. ad Coelestinum*, episc. roman. graecus textus periit: lat. ap. *Mansum* tom. IV. p. 1021. sqq. melius cum notis et prooem. in *Constant.* epist. pontificum roman. tom. I. pag. 1075. sqq. etiam, sed liberius mutatae, a *Garnier.* reddatae in ed. opp. Mercatoris tom. I. p. 68. sq. Tertiae epistolae versio lat. a Mercatore facta, tantum superest apud *Garnier.* tom. II. pag. 80. *Mansum.* tom. V. p. 725. et *Constant.* p. 1147.
6. *Ad Coelestinum*, Pelagianum; latina versio in Mercatoris Opp. tom. k. p. 71.
7. *Ad Ioannem*, episc. Antioch. lat. versio in synodico cap. 3. servata est. v. *Mansii* collect. tom. V. pag. 752.
8. *Ad scholasticum cunuchum*; lat. in synodico cap. 14. et *Mans.* l. c. p. 777.
9. Responsio ad *Antiochum*, imperatoris amicum, lat. in synod. cap. 25. et *Mans.* p. 793.
10. Relatio *Nestorii* eiusque adseclorum ad imperatorem Epheso missa, ante aduentum Ioannis

nis Antiocheni, gr. et lat. ap. *Mansum*, tom. IV. pag. 1231. Num vero illius auctor sit Nestorius, probabile quidem, nec tamen omnino certum esse videtur.

II. Fragmenta epistolae ad *Alexandrum* episc. Hierapol. lat. ap. *Mans.* tom. IX. p. 343. add. pag. 565.

12-14. Fragmenta trium epp. quarum duae ad praefectum provinciae Thebaid. ap. *Euagrium*, H. E. lib. I. cap. 7. rec. a Garnerio, ad Mercat. p. 324. Apud *Euagrium* H. E. II. c. 2. Zacharias rhetor tradidit, Nestorium a Leone papa ad synodum Chalcedonensem fuisse euocatum. Hanc tamen fabulam, ait *Assermann.* in bibl. orient. II. pag. 40. ex subdolo *Xenaiæ Mabugensis* ingenio primum prodidisse colligitur ex eius epistola, tum illius partem syriacè et lat. edidit, dein pariter ex ea duo fragmenta ex epistola quadam *Nestorii*, sub exitum vitae scripta, syriacè et lat. excerptit; haud tamen dubitavit, eam esse Nestorio suppositam, et a Monophysitis confictam. Add. de la Croze epist. ad Iablonskium in thesauro epistol. Lacrozian. tom. III. pag. 181. sq. ubi hunc *Xenaiæ* citat locum, et omni fide dignum esse censet, et multa hanc in sententiam adfert.

15. *Ad Cosmam*, ab Ebediesu pag. 30. tantum memorata.

III. *Anathematismi duodecim*, supra iam citati.

IV. Alii *duodecim anathematismi*. Superfunt in versione syriaca, et ex cod. rom. editi syriacè cum versione lat. ab *Assermann* in bibl. oriental. tom. III. part. 2. pag. 199. sqq. Adde de eodem cod. *Assermann* et Steph. Euodii biblioth. Vatic. codd. MSS. cat. tom. I. part. III. p. 373. cod. CLXXIX.

V. *Historia suas controuersae*, quam et Nestorius et Syrus interpres (ab Ebediesu citatus,) *Tragoediam* s. *librum Tragoediae* inscripisse probabile videtur *Walchio* l. c. 348. seq. at nihil illius superest. Add. *Schroeckh* H. E. christ. tom. XVIII. pag. 281. seq. *Mans.* tom. V. pag. 762.

VI. *Liber Heraclidis*, ab Ebediesu tantum nominatus. *Assermann* ad illum (in bibl. orient. tom. III. part. I. p. 36.) videtur esse de vitis patrum, qui alias *Paradisus* inscribitur, et *Heraclidis* nomen gerit, laudatque Cauci hist. lit. SS. eccl. I. pag. 205.

VII. Maior liber *de incarnatione Christi*, ex Gennadio de V. I. cap. 53. vberius descriptus a *Walchio*, p. 349. sq. qui aliorum quoque iudicia de eo sub examen vocauit.

VIII. *Fragmenta*, et quidem

1. ea, quae a Petro, presbytero Alexandrino, probabiliter ex maiore libro (nr. VII.) excerpta, actis concilii Ephesini inserta sunt: gr. et lat. in *Mansi collect.* tom. IV. p. 1097. sqq. et reddita a Garnerio in ed. Opp. Mercat. tom. II. pag. 96. sqq. antiquiorem lat. versionem edidit quoque *Mansius* l. c. tom. V. pag. 706.

2. Ea,

2. Ea, quae Garnier lat. edidit l. c. p. 103. et quae a Cyrillo excerpta, a Mercatore autem latine versa sint, prodidit.
3. Quadraginta et tria ap. Garnier p. 106. sqq. gr. et lat. a Cyrillo in libr. contradictionum excerpta.
4. Alia Garnier. p. 110. sqq. ex Cyrilli opp. collegit. — Insuper a) fragmentum a Maffeo repertum, et a Fabricio nostro paulo post repetitum: b) alia parua fragmm. ex libro quodam Nestorii haud nominato in actis concilii oecumen. quinti in *Mansi* collect. tom. IX. pag. 343. c) tria testimonia de Christo, teste *Assmanno* in bibl. Vatic. codd. MSS. catal. tom. I. part. III. p. 373. qui in nota ad vol. III. part. I. pag. 56. ea ita indicat: primum, *ut Christus sit deus*: alterum, *de eo, qui ambulavit super aquas maris*; tertium in illud, *deus meus, deus meus, quare dereliquisti me?*

Altera classis, iudice *Walchio* pag. 352. sqq. constituit ea scripta, quae Nestorio sine idonea causa, et contra probabilitatem criticae artis adtributa sunt.

I. Homiliae duae de resurrectione et ascensione Christi, et aliae, quas Garnerius in ed. Opp. Mercat. tom. II. p. 304. ab Nestorio scriptas esse perperam arbitrabatur; at Fabricius ipse paulo post iam refutavit Garnerii opinionem.

II. Ex epistola, quam Nestorius paulo ante concilium Chalcedon. scripsisse dicitur, quam quidem a Xenaia esse fictam et Nestorio suppositam suspicabatur *Assmannus*, duo loca ab *Assmanno* in bibl. orient. II. p. 40. syriace publicata: at spuria esse ista, *Walchius* ex eo potius, quod Nestorius, orta Eutychian. controuersia, non amplius in viuis fuisset, duxit argumentum.

III. Liturgia, quam ipse Fabricius genuinam esse, haud dubitauit: et quam *Marabar*, Nestorianorum patriarcha ab a. C. 535-552. et eius praeceptor, *Thomas Edeffenus* e graeco in syriacum transtulere, et quam vsque in praesentem diem eius sectae homines usurpant. v. *Assmann*. bibl. orient. III. I. pag. 36. not. 5.

IV. *Expositio fidei* siue *synbolum*; sed auctorem habet Theodorum Mopsuest. v. supra in h. vol. in capite de illo Theodoro sub fin. — Τὸ Νεστωρὶς τὸ σύμβολον, in cod. *Mosquensi* synod. XIII. exstat. v. *Matthaei* notiz. etc. p. 22. ed. in fol. — Est quoque illud in *Mansi* collect. tom. IV. p. 1347. gr. et lat. et ibid. at latine solummodo, tom. VI. pag. 889. inter acta concil. Chalced. et tom. IX. pag. 271. inter acta quinti concilii oecum. graec. cum *Mercatoris* versione lat. in huius Opp. edit. tom. II. pag. 251. — Dein *Walch.* pag. 335. sqq. diuersas variorum narrationes de origine, initio atque incremento Nestorianorum controuersiarum refert, et quo ordine temporeque singulae orationes tam Nestorii quam aduersariorum habitae aliaque vtriusque partis scripta edita sint, diligenter inuestigat, sobrieque iudicat. Enimuero plura addere, non vacat. De reliquis, quae ad historiam hancce pertinent, qui plura scire cupiat, cum ad *Walchii* librum praestantem ablegare cogor. Adici tamen potest:

Διάλο-



Διάλογος Νεστορίου τῷ ἀνδραγαθῶτατος καὶ αἰρετικῷ καὶ τῷ ἐκ ἀγίας Κυρίας πα-  
πα Ἀλεξανδρείας incipit: Νεστόριος ἔπεν, ὅταν ἡ θεὰ γράφῃ. *Mosquae* in cod. synod.  
XLI. fin. vid. *Matthaei* notit. MSS. gr. *Mosq.* p. 62. ed. in fol. — in cod. *Vossiano*. n. ca-  
tal. bibl. Lugd. Batau. p. 392. nr. 30. In bibl. *Bodlei.* cod. XXVI. Th. Rec. sine nr. 276.  
cat. MSS. Angliae etc. I. — *Oxon.* in cod. XI. coll. *Baliolens.* f. nr. 246. cat. dicti I. part. 2.  
est tractatus contra Eutychem et Nestorium. *Harl.*

Nestorii liber περὶ ἀνθρωπογενεως, de incarnatione domini, quem sexaginta duobus  
diuinae scripturae testimoniis prauo sensu suo constructum *Gennadius* testatus est cap. 53. de  
scriptoribus eccles. Garnetio <sup>bb)</sup> videtur idem esse, quem oppugnat *Cyrillus Alex.* in libris  
contradictionum tom. VII. Opp. varia ex illis loca ad verbum repetens, quae etiam exstant  
in Actis synodi Ephesinae. Testatur autem in praefat. libri primi *Cyrillus* in volumine illud  
Nestorii multos fuisse congestos sermones, per elementa litterarum ordine dispositos. Ne-  
storii libros duos, ab *Helychio Hierosol.* flammis traditos, memorat *Io. Maschius* in prato  
cap. 46. *Fabr.* Conf. *la Croze* epist. citat. in *Thesouro* epist. *Lacroz.* III. pag. 178. sqq. Is  
primum ex expositione fidei, (inter Opp. *Iustini* martyris p. 177. sqq. eiusque auctorem vel  
ipsum Nestorium esse coniecit, vel saltem hominem Nestorianum existimauit,) longum ex-  
cerptit locum, in eoque omnes Nestorii de incarnatione sententias nitidissime exposuit inta-  
nit. Tandem, „hic habemus inquit, totam incarnationis rationem ex mente Nestorii et  
Nestorianorum clare et perspicue expositam. Neque *Φυσική*, neque *ὑποστατική* uniones hic  
memorantur; voces, quae a *Cyrillo* inuentore originem ducunt, priore tamen fere statim  
explosa, quod adluderet ad hanc *Apollinarii* formulam, *una natura verbi incarnata.*“ Secus  
sensit *Assmann.* in bibl. orient. vol. IV. s. potius tom. III. part. 2. p. CXC. sqq. dissert. de  
Syris Nestorianis, cap. 7. §. 2. in quo *Diodori*, *Theodori* ac *Nestorii* haeresin circa incarna-  
tionem Verbi latius exponere et demonstrare studuit. add. §. III. de erroribus Nestorii, qui  
ex priore illa fluxerunt. *Harl.*

*Symbolum* non Nestorii ipsius sed *Theodori* potius est *Mopsuesteni*. Vide, quae  
supra [in cap. de *Theod. Mopsuesteni* scriptis, pag. 360.]

[P] In *Ebediesu* catalogo librorum Chaldaeorum n. 29. *Nestorius* composuit plures libros;  
qui autem remanserunt ex illis, sunt isti: Liber tragoediae <sup>cc)</sup>, liber *Heraclidis* et epistola ad  
*Cosmam*, qui translatae sunt tempore *Paulli* <sup>dd)</sup>: Eius proluxa *Liturgia* <sup>ee)</sup> quam traduxerunt  
*Thomas* et *Maraba*, et liber vnus epistolarum, item ille alter variarum interpretationum ac ser-  
monum.

<sup>bb)</sup> *Garnerius* ad *Marium Mercatorem* tom. II. p. 322.

scripti. De *Irenaeo Tyrio* v. *Ebediesu* l. c. cap. 25. p. 38. seq. ibique *Assmann.* *Harl.*

<sup>cc)</sup> *Irenaei* Nestoriani. [Sub *Irenaei* Tyrii nomine quidem ab eruditis citatur; sed Nestorio restituendum esse ex auctoritate *Ebediesu*, Nestoriani scriptoris, adnotat *Assmann.* l. cit. v. quae supra ad nr. V. libror. Nestorii genuinorum ad-

<sup>dd)</sup> Qui obiit a. C. 535. v. *Assmann.* bibl. or. tom. II. pag. 411. et III. x. 36. *Harl.*

<sup>ee)</sup> V. infra, vol. XIII. pag. 822. 823. et *Assmann.* III. i. pag. 56. uot. 5. *Harl.*

*monum.* Ex his *Liturgia* illa syriace adhuc exstat edita una cum aliorum aliis tredecim in Missali Chaldaico ad vsum ecclesiae Maronitarum excuso Rom. 1592. Loca ex illa adferuntur a *Rich. Simone* in notis ad Gabrielem Philadelphicensem. Latine versam ex Syriaco dedit *Eusebius Renaudotus* in tom. I. collectionis *Liturgiarum Orientalium* Paris. 1716. 4. qui etiam eruditam de Liturgiis Nestorianorum dissertationem subnexuit. Vide et bibliothecam selectam *Rich. Simonis* editam gallice tom. II. pag. 284. sq. Epistolas select. III. 1. et *Ioann. Bonam* lib. 1. rer. liturgic. cap. 9. Nec non, quae idem *Simon* ad Gabrielem Philadelph. p. 222. sq. et in censura bibliothecae eccles. Dupinianae tom. I. pag. 172. scripsit. *Fabr.* — Apud *Assemann.* qui in bibl. orient. III. part. 1. illum catalogum librorum Syrorum *Ebediesu* metropolitae Sobae et Armeniae, syriace cum versione lat. euulgavit, doctis quoque notis illustravit; *Ebediesu* in cap. XX. p. 35. sqq. Nestorii scripta recensuit. *Assemann.* in notis de singulis scriptis disputat, docetque, per varias interpretationes et orationes eas designari (homilias,) quae ab episcopis post euangeliorum lectionem in ecclesia fiebant. *Harl.*

*Ioannes Garnerius* tom. II. ad Marium Mercatorem p. 324. notat duos sermones, quos *Combesius* tom. I. auctarii noui bibl. patrum *S. Athanasii* adiudicat, de resurrectione et vnum de ascensione Christi, caractere Nestorii se prodere, florido nempe ac interdum poetico, metaphoris effereute sese et apostrophis quasi animato: Scripturae testimoniis iisque literali sensu acceptis, nisi quando ad haeresein detorquentur, subinde distincto. *Habent,* inquit, *hunc ipsum characterem sermones alii, opinione forsan plures, siue, qui Asterio, Amphilochio, Basilioque Seleuciaee tribuuntur, siue, qui reiecti inter spuria Chrysostomi, nullum praefereunt parentis nomen; siue tandem, qui genuinos inter Chrysostomi tractatus fraude facta ipsis quoque doctis operum Chrysostomi censoribus, latent. Neque vero id mirum, quum Nestorius Chrysostomi stilum imitari summo studio conatus sit, eaque se imitatione commendabiliorem populo fecerit.* Perquam tamen lubricum est, sine MStorum codicum vel dignorum testium fide homilias, vel scripta quacvis alia, certis auctoribus ex sola, quam tibi persuaseris, characteris nota adsignare.

Sermo in illud Matth. IV. 6. *si filius Dei es, deiice te ipsum,* qui incipit: ἡλως μὲν ὑπὲρ γῆς παρακινύψας, inter Chrysostomi dubia graece editus a Savilio tom. VII. pag. 301. [a Montfauc. tom. X. p. 733. v. supra, vol. VIII. p. 486.] Nestorio vindicatur ex testimonio Marii Mercatoris, inter cuius opera post partem ex latina Mercatoris interpretatione, integrum graece cum noua versione vulgavit *Garnerius* tom. I. p. 85. Nonnulla eius loca illustrat *Combesius* notis ad S. Maximum tom. II. p. 485. seq. Idem *Asterii* esse coniiciens vulgauerat latine in bibliotheca concionatoria ad dominicam I. Quadragesimae. Codices quidam *Ephraimo* Syro tribuunt. Vide *Tillemont.* tom. VIII. memor. pag. 758. [et supra, vol. IX. p. 518.]

[P] *De Nestorio eiusque haeresi scriptores veteres Graeci.*

*Acta synodi Ephesinae* praecipue <sup>8</sup>), in qua primum damnatus Nestorius a. 431. tum etiam *Chalcedonensis*, a. 451. et CPol. a. 553. et sub Mena a. 556. etc. Codex encyclicus, Synodicon Casinense etc.

Cyrilli

ff) Conf. *Basnage* Histor. de l'Eglise, tom. I. libr. X. cap. 4. p. 504. seq. *Du Pin* nouv. bibl. des Aut. ecclef. tom. III. part. 2. pag. 285-327. — *Schroeckh* H. E. christ. tom. XVIII. pag. 231-260. — *Baumgarten* in Theolog. polemica (Untersuchung theologischer Streitigkeiten mit einigen Anmerkungen, Vorrede und Geschichte der christlichen Glaubenslehre, herausgegeben von D. Io. Sal. Semler,) tom. II. pag. 777. sqq. vbi primum ex Harduini concil. pag. 1410-1418. loca Nestorii repetuntur, quorum causa ille Ephesi est condemnatus, et in notis subiectis quaedam pro Nestorio dicuntur: dein Nestorii relatio ad Ioannem Antiochenum, ex Synodico casinensi ap. Harduin. p. 1331. sqq. additis animaduersionibus. Vt alios bene multos conditores historiae ecclef. aut theologiae polemicae praetermittam, in primis commendandus mihi videtur *Walch.* in historia haeresium saepius laudata, tom. V. vbi p. 304. sqq. fontes historiae Nestorianae, n. acta publica, et auctores historicos inuestigat, et primum de synodo *Ephesina* diligenter agit. Acta autem illius sunt, *Walchio* docente, pedetentim primum in latino sermone, deinde partim in graeca quoque lingua reperta et publicata. (vid. *Salmon* traité de l'étude des conciles pag. 608.) Sunt vero illa 1) acta eius concilii in sensu strictiore, quae una cum antiquioribus versionibus optime collegit ediditque *Mansius* in collect. concilior. ampliss. tom. IV. pag. 578. sqq. et tom. V. p. 1. sqq. 2) antiquior, at non plena actorum versio, primum a *Baluzio* edita et illustrata, a *Mansio* autem ex cod. Vaticano correctior et auctior recusa in collect. tom. V. pag. 477. sqq. 3) Synodicon aduersus tragoediam Irenaei, latin. primum a Christiano Lupo in lucem emissum, optime a *Mansio* tom. V. p. 731. restitutum. (v. supra, in vol. VIII. p. 300. ibique not. y.) Secundo *Walch.* commemorat concilii, Chalcedone a. C. 451. congregati, acta, quibus multae partes actorum ad concilium Ephesinum pertinentes, et pars ipsorum actorum Ephes. concilii intextae

sunt. *Mansius* ibid. tom. VI. p. 563. sqq. non solum veteres, quas tulit aetas, versiones latinas, sed etiam tom. VII. pag. 653. sqq. latinam versionem, a Rustico emendatam et a *Baluzio* primum publicatam, ac p. 777. codicem encyclicum, (v. supra, in vol. VIII. pag. 257. seq. nr. 2.) edidit. Ad publica scripta quoque refert *Walchius*, edita magistratum et scripta inter Nestorianos horumque aduersarios in lucem emissi. Eiusmodi eristicorum librorum collectionem, inscriptam: Scripta veterum latina de vna persona et duabus naturis Christi aduersus Nestorium, Eutychem et acephalos olim edita, *Ios. Simler*, Tiguri 1572. fol. iam curauit. Indicem eorum librorum confecerunt *Ittig.* in opere, de bibliothecis et catenis patrum p. 24. atque *Io. Ge. Walch.* theologus quondam Ienensis in biblioth. theol. vol. I. p. 601. — Historiam autem ipsius concilii Ephesini a pag. 452-555. tom. V. histor. haeres. concinnauit atque vberissime exposuit *Chr. Guil. Franc. Walch.* — Add. *la Croze* in Thes. epistol. Lacroziano, tom. III. p. 178. sqq. vbi synodum Ephesinam appellat *λειτουργία*, et biblioth. selectam historiae ecclesiasticae cum V. tum N. T. Venet. 1776. 8. pag. 334. — *Monacii* in cod. Bauar. XXVII. sine sunt *reliqua* (s. pars) actorum concilii Ephesini, et in codd. CXV. atque CXVI. quae continentur in actis oecumenici tertii concilii imperante Theodosio contra Nestorium haereticum, (sunt acta concilii Ephesini capitibus CXL. comprehensa, quae, ex bibl. Monacensi, ex graeco in latinum translata *Theodor. Peltanus* edid. Ingolstadt. 1576. 4.) in cod. XL. capita 129. concilii Ephesini contra Nestorium, iterumque capita 119. in cod. XLII. v. cel. *Hardt.* in cat. codd. gr. Monac. in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. p. 19. sq. et 1804. part. 8. pag. 14. sq. et 1803. part. 5. pag. 25. sqq. (vbi capitum ordinem, qui est in codice, et differt ab edito, latine datum exhibet,) ac pag. 57. seq. — *Lipsiae* in bibl. Paullinae cod. concilium Ephesinum, et eius statuta contra Nestorium; v. *Ioach. Felleri* catal. codd. MSS. bibl. Paulinae in acad.

*Cyrilli* Alex. scripta varia tomo praesertim sexto et septimo, de quibus vol. VIII. huius bibl. cap. 27. pag. 567. seq. *Fabr.* Siue vol. IX. p. 465. sqq. nou. edit. add. *Walch.* in tomo mem. multis locis, atque *Schroeckh* libr. cit. tom. XVIII. p. 196. sqq. 208. sqq. 273. sqq. et saepius. *Harl.*

*Theodorus* libro IV. haereticar. fab. cap. 12. et epistola ad Sporacium contra Nestorium, aliaque scripta<sup>22</sup>), quibus etiam Cyrillum oppugnauit. Oppugnatus contra non modo a Cyrillo, sed et a *Rabula* Edesseno: vt pro Theodoro vicissim scripsit *Andreas* Samosatensis. Sed Rabulae et Andreae lucubrationes, quemadmodum et quae contra Nestorianos et Eutychianos syro sermone scripserant *Isaac* Antiochenus et *Samuel* Edessenus presbyteri, memorata *Gennadio* cap. 66. et 82. de script. eccles., pridem interciderunt. *Fabr.* Conf. *Assmann.* bibl. orient. tom. I. cap. XVI. pag. 207. sqq. de *Isaaco Magno*, mortuo circ. a. C. 460. et de eius scriptis locoque *Gennadii*, a *Fabricio* citato, p. 211. ac p. 214. sqq. recensentur *Isaaci* scripta, quae exstant in MSS. Vaticanis. Huc pertinent (p. 219. sqq.) sermones, nonus *de fide*, contra Nestorianos et Eutychianos, decimus, *de passibilitate et impassibilitate dei verbi incarnati*, contra Nestorianos, nonagesimus *nouus de trinitate et incarnatione*, et duo alii (p. 234.) contra Nestorium, ex

Yyy 2 quibus

acad. Lipsiensis, (Lips. 1686. 12.) p. 136. nr. 42. — In cod. *Coislin.* XXXII. acta conc. Ephesini; in cod. XXXIV. canones, et in cod. CCCLXIV. nr. 14. duodecim canones synodi Ephesinae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 85. 87. et 563. — Synodus Ephesina contra Nestorium *Romae* in bibl. Vaticana. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 70. — Eadem bis, et Chalcedonenfis ter, ibid. pag. 102. et 103. — canones vtriusque, ibid. p. 104. — ibid. concil. Ephesium, quod multis in locis diuersum esse ab impressis, Venet. 1565. tom. I. notauit *Montfauc.* pag. 130. *A.* — ibid. in bibl. *Ottobon.* acta synodi Chalcedonenfis, graece, et de synodo Ephesina codd. nonnulli gr. et lat. pag. 188. *D.* — ibid. in bibl. patrum *S. Basilii*, vtriusque synodi canones, p. 196. *D.* — in bibl. *Cassiniensi*, acta concilii Ephesini, et epistola *Cyrilli* aliorumque contra Nestorium, pag. 220. *A.* — *Mediolani* in bibl. Ambros. pag. 495. *E.* et p. 512. *C.* — de codd. *Vindobon.* v. eundem *Montfauc.* p. 541. 559. *A. D.* 562. *C.* — *Lugduni Bat.* acta synodi Ephesinae, graece, pag. 601. *A.* — canones vtriusque synodi, et alia, inter codd. *Io. Mori*, episcopi Noruicensis, p. 686. *C.* — in bibl. *Sfortiana*, p. 695. *C.* et 708. *A.* — *Paris.* in bibl. quondam regia, p. 727. *D.* quinquies, pag. 753. *E.* — in bibl. *Coislin.* concilium Ephesium, in cod. Slauiico, p. 1042. *C.* — Vtraque et aliae synodi, graece, in bibl. *Colbertina*, pag. 1150.

*D. E.* — earundem canones, in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin, p. 1330. *D. E.* — in bibl. S. Victoris *Paris.* concilia, p. 1570. *C. D.* Tot codd. et forsitan plures *Montfancon.* in bibl. citata enumerauit. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVII. nr. 23. et 24. plut. 8. ex actis synodi Chalcedon. excerptum longum et epistola synodi ad Leonem, pontif. roman. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 361. — ibid. p. 398. nr. 21. canones synodi Ephesinae ac nr. 22. Synodus Chalced. et 50. canones; p. 399. nr. 30. ex actis illius synodi quaedam, in cod. VIII. plut. 9. — et p. 477. sq. nr. 4. canones, in cod. X. (qui continet collectionem canonum ecclesiasticor.) plut. 10. *Harl.*

gg) Vide volum. VII. huius bibl. cap. 11. pag. 458. seq. [f. cap. 7. vol. VIII. pag. 294. sq. ed. nou. Theodorum fuisse Nestorianum negatur. v. ibid. p. 291. *Harl.*] Nestorio praeluserant Theodorus Mopsuest. et Diodorus Tarsensis. Eidem fauere videbantur praeter Theodorum Io. Antiochenus, Andreas Samosatensis, Euthenius Tyanensis, Ibas Edessenus etc. Nestoriani postea dicti Tetraditae, Timotheani a Timotheo Aeluro; et Feliciana haeresis (a Felice Vrgellensi, Sec. VIII.) Agnoetae. [Antiquiores de hac seditione quasi sacra scriptores recenset *Buadens* in *lingoge* in theologiam, tom. II. p. 1084. sqq. *Harl.*]

quibus multa excerptis Assemanus. — ibid. p. 259. sq. cap. XXV. de *Samuele*, presbytero Edeffeno; — ibid. cap. XIV. p. 197. seq. de *Rabula* et *Andrea* Samosateno; add. p. 401. sq. de *Cyrillo* et *Rabula* in Chronico Edeffeno, ibique not. In tomi tertii part. I. p. 202. (vbi v. not.) teste Ebediesu in cat. libr. Syror. *Andreas*; episcopus Samosatæ, composuit interpretationes ac librum antirheticum contra Cyrillum, pag. 63. 226. 370. de *Rabula* etc. *Harl.*

*Prochus* CPol. de cuius scriptis dixi vol. VIII. cap. 28. p. 601. seq. [f. vol. IX. c. 23. p. 504. seqq. ed. nou.]

*Theodotus* Ancyranus, de cuius scriptis dictum supra, pag. 270. seq. ed. vet.

*Euagrius*, *Theodorus* lesior, etc. in hist. eccles.

*Theodorus* Raithuensis libro de incarnatione Christi, de quo supra, pag. 232. ed. vet.

*Anastasius* Antiochenus in Hodego, de quo dicturus sum capite 35.

*Iohannes* Maxentii circa a. C. 520. clari capitula siue anathematismi contra Nestorianos, dialogi contra eosdem, aliaque scripta, quorum latina tantum versio tulit aetatem, edita in orthodoxographis Basil. 1555. et 1569. fol. et in *Iosae Simleri* scriptis veterum latinis de vna persona et duabus naturis domini, Tigur. 1571. fol. et in bibliothecis patrum Paris. 1575. tom. V. et 1589. tom. IV. et 1644. 1654. tom. III. et Colon. 1618. tom. VI. et Lugd. 1672. tom. IX. Hunc cum Ioanne Scythopolitano plerique eundem faciunt. Eius stylium laudat Photius cod. XCV. pro synodo Chalcedonensi, bene scripsisse testatus cod. CCXXXI.

*Petri*, diaconi, liber ad Fulgentium et alios episcopos Africae, qui inter Fulgentii scripta lat. legitur. [et in *Gallandii* bibl. PP. tom. XI. p. 230. sq.]

[*Gennadii* contra Nestorianos, in cod. Bauar. LXVI. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 3. pag. 25. qui adnotat, in margine nomen Gennadii poni, at in eius operibus nil inueniri; esse autem dialogum inter orthodoxum et haeticum. *Harl.*]

[*Ephraim Syrus*, aut alius. Plura vid. supra, ad vol. VIII. p. 244. init. *Harl.*]

*Leontius* Byz. libro de sectis, qui graece et latine exstat, et *Leontius* Hierosol. libris aduersus Nestorium et Eutychen, quorum latinam tantum versionem editam habemus: Graeca in variis bibliothecis occurrunt [P] MSta, vt dixi vol. VII. p. 453. Indicem scriptorum in utroque opere laudatorum habes supra, p. 167. et 172. [f. vol. VIII. p. 309. sqq. vbi statim index quoque est subiunctus, et pag. 318. sqq. n. edit.]

*Iustiniani* imp. aduersus tria capitula edictum a. 545. et epistola ad synodum CPol. a. 553. Concil. Labbei tom. V. pag. 454. et 684. et Harduini tom. III. p. 268. 321.

*Io. Damascenus* haeresi 81. et libro contra Nestorianos. tom. I. Opp. p. 555. edit. nouae.

*Euthymii*

*Euthymii* Zigabeni, sub saeculi duodecimi initia clari, panoplia part. 2. tit. 13. edit. latinae, (Graece κεφάλ. 13.) Vide vol. VII. p. 463. [f. vol. VIII. p. 328. sqq. n. edit.]

*Nicetae*, Choniatae thesaurus orthodoxae fidei tomo octavo, adhuc inedito.

*Nicephorus* Callistus Hist. eccles. lib. 14. seq.

Ex scriptoribus Arabibus *Eutychius* tomo secundo Annalium, qui singularem librum suum contra Nestorianos memorat, p. 79.

[Ex Syris, *Maris*, Salomonis F. defensio fidei orthodoxae, et confutatio haereseon. vid. *Assmann*. bibl. orient. III. part. 1. p. 584. ibique not. f. et passim in illo opere alii Syri ab eo nominantur. *Harl.*]

### Latini.

*Marii Mercatoris* opuscula, illustrata a Righerio sive Gabr. Gerberonio, Bruxell. 1673. 12. et tom. XXVII. bibl. patrum Lugd. Et a Steph. Baluzio Paris. 1684. 8. et copiosissime a Io. Garnerio ibid. 1673. fol. [conf. *Schroezkh* l. c. tom. XVIII. pag. 230. sq.]

*Leonis* ab a. 440. ad 461. papae rom. epistolae ad Flavianum CPol. ad Leonem imp. etc. quae latine saepius editae, (inter Leonis opera ac postremum curante *Paschasio Quernello*, Paris. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol.) occurrunt etiam cum graeca versione in actis concilii Ephesini et Chalcedonensis. [cf. *Schoenemann*. bibl. PP. Latt. tom. II. p. 869. 881. sq. ubi etiam p. 930. sq. de recentioribus opp. Leonis editt. *Poletti*, *Cacciari*, et *Ballerminorum* agitur. *Beck.*]

*Auctor praedestinati*, haeresi 89.

*Auctor* adpendicis ad *Augustinum* de haeresibus c. 90. de *Timotheanis*, a *Timotheo Aeluro*.

*Iohannis Cassiani* de incarnatione Christi libri VII. contra Nestorium, ad Leonem episc. Rom.; eo hortante scripti circa a. 430. quod opus multis adhuc locis medicam manum desiderare monuit *Vossius* epist. 404. [v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 356. ed. *Mansi.*]

*Leporius* in palinodia ad episcopos Gallicanos, e qua idem *Cassianus* nonnulla adfert libr. I. cap. 4. seq.

*Prosperi* Aquitani elegia, quam inscripsit epitaphium Nestorianae et Pelagianae haereseos, exstat in noua editione operum *Prosperi*, Paris. 1711. fol. pag. 198.

*Vincentius* Lerinensis in Commonitorio.

*Capreoli*, episcopi Carthag. epistola ad Constantium et Vitalem Hispanos edita a *Sirmondo* tom. I. Var. opusc. Paris. 1630. 8. et tom. I. Opp. *Sirmondi* p. 361.

[F] *Fausti* Reiensis epistola ad Gratum diaconum scripta ante a. C. 449. et edita primum a *Petro Pithoeo* a. 1586. et recusa cum aliis *Fausti* in tom. VIII. bibl. patrum Lugd. Vide *Tillemontium* tom. XVI. memor. p. 412.

*Gelasii* papae Rom. ab a. C. 492. ad 496. de duabus in Christo naturis aduersus Eutychen et Nestorium *μενίσβιον* Photio laudatum, qui eius graecam versionem legisse se innuit cod. CII. *Praeclarum volumen* vocat Gennadius cap. 94. de S. E. latine exstat diuisus in capita XXIX. et in eo adducuntur testimonia doctorum ecclesiae *Ignatii* ex epist. ad Ephesios, *Eustathii* Antiocheni confessoris contra Arianos, *Hippolyti* episc. et Martyris in memoria haeresium; *Athanasii* e libris contra Arianos et epist. ad Epictetum, et ex libris aduersus haereticos <sup>hh)</sup>; *Eusebii*, episcopi Palaestinenlis cognomento Pamphili, in expositione psalmi XVII.; *Gregorii Naz.* in natalem domini et epist. ad Cledonium et ad Nectarium; *Basilii* Caesar, ex lib. contra Eunomium et de gratiarum actione; *Gregorii* Nysseni contra Eunomium; *Amphilochii* Iconii episc. ex libro, vbi exponit: Pater meus maior est me; *Antiochi* episcopi Ptolemaidis; *Seueriani* episc. Gabalorum contra Nouatum; *Ambrosii* episcopi Mediol. *Ioannis* episcopi CPol. in euangelium secundum Ioannem, et in crucem; et *Damasi* episcopi Rom. contra Arianos. Prodiit in *Io. Sichardi* antidoto aduersus haereseis, Basil. 1528. fol. et in *Io. Heroldi* haeresiologia ibid. 1556. fol. et in *Iosiae Simleri* scriptis veteribus latinis de vna persona et duabus naturis domini et seruatoris nostri Iesu Christi, Tiguri 1571. fol. nec non in bibliothecis patrum Paris. a. 1589. et 1644. 1654. tom. IV. et Colon. a. 1618. tom. V. parte 3. et Lugd. a. 1662. tom. VIII. [conf. *Fabric.* bibl. mediae et infimae latinit. tom. III. p. 27. seq. ed. Mansi. *Harl.*]

*Vigilii*, Tapisitani in Africa episcopi, qui circa a. C. 484. <sup>ii)</sup> claruit, aduersus Nestorium et Eutychen libri V. prodire primum Tiguri 1539. 8. Deinde in haeresiologia Heroldi et in Iosiae Simleri collectione iam laudata, nec non in bibliothecis patrum Paris. et Colon. Hinc cura *Georgii Cassandri* Colon. 1575. 8. et inter Cassandri opera iunctim edita Paris. 1616. fol. p. 514. subiunctis variis lectionibus ex codice veteri Petri Pithoei. Denique ex Petri Francisci Chiffletii recensione, vna cum aliis *Vigilii* scriptis, Diuione 1664. 4. et tom. VIII. bibl. patrum edit. Lugdun. [v. *Fabric.* bibl. cit. tom. VI. p. 296. seq. *Harl.*]

*Fulgentius* Ruspensis in Africa episcopus a. C. 533. defunctus in libris tribus ad Trasimundum Vandalorum regem, quos cum aliis Fulgentii [P] scriptis post Io. Molanum, Iac. Sirmondum et Theophilum Raynaudum recensuit vir doctus cui praeclaram editionem Paris. 1684. 4. debemus. Vide acta Erud. a. 1685. pag. 543. seq. [Plura vid. in *Fabricii* bibl. med. lat. cit. tom. II. pag. 220. sqq. ed. Mansi. *Harl.*]

*Boëthii* liber de duabus naturis et vna persona Christi aduersus Eutychen et Nestorium, compositus occasione epistolae quam episcopi orientales a. C. 512. scripserunt ad Symmachum episcopum Romae de Eutychianis inotibus, et dedicatus Iohanni, qui deinde episcopus romanus primus hoc nomine et martyr. Laudat hunc librum Hincmarus Remensis

<sup>hh)</sup> Loca Athanasii, Gregorii Nazianz. et Ioann. Chrysostomi, latinorumque, Hilarii, Ambrosii, Hieronymi, Rufini et Augustini laudat etiam *Cassianus* libr. 7. de incarnatione.

<sup>ii)</sup> Vide *Tillemont.* tom. XVI. memor. p. 614. seq. et Sirmondi Opera tom. III. p. 1013.

sis tom. I. pag. 521. et vna cum aliis quibusdam Boëthii scriptis edidit Renatus Vallinus Lugd. Bat. 1656. 8. recensum ad calcem consolationis philosophiae variorum notis illustratae ibid. 1671. 8.

*Facundus*, episcopus Hermianensis provinciae Africanæ, in libris XII. quos circa a. 547. scripsit pro defensione trium Capitulorum concilii Chalcedonensis ad Iustinianum imp. cum notis editos a *Sirmondo* Paris. 1629. 8. et recufos in eius operibus tom. II. Paris. 1696. fol. atque ibidem Philippo Priorio curante ad calcem Optati, 1675. fol. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. X. [et *Gallandii* tom. XI. p. 665. conf. *Fabricii* bibl. med. et inf. lat. cit. tom. II. pag. 140. seq. *Harl.*]

*Liberati*, archidiaconi Carthaginienfis, et trium capitulorum promachi, *Breuiarium* siue circa a. C. 553. scripto consignata historia certaminis Nestoriani et Eutychiani, quam notis illustratam edidit *Io. Garnerius* Paris. 1675. 8. In vtraque editione conciliorum Petri Crabbe, Colon. 1538. tom. II. pag. LXII. b. ad LXVI. et Colon. 1551. tom. II. p. 121-128. subiiciuntur Liberato adpendicis loco quaedam epistolae et loca veterum, quae a Garnerio et in aliis conciliorum editionibus sunt omiffa. Quae non alibi in actis concilior. Ephesini et Chalcedonensis reperi, illa infra in indice scriptorum, quem in illa acta composui, suis locis a me adnotantur. [add. *Fabricii* bibl. citatam, tom. IV. p. 272. sq. MS. Breuiarii Mediolani in bibl. Ambros. v. *Montfau.* Bibl. biblioth. MSS. I. p. 519. *D. Harl.* Liberati Breuiarium etiam insertum est *Gallandii* bibl. PP. t. XII. p. 119. sq. *B.*]

*De Nestorio eiusque haeresi scriptores recentiores <sup>kk</sup>*).

Ephesinam synodum improbantes:

*Godfridus Arnoldus* in historia haeresium, germanice vulgata et belgice.

*Auctor* libri Arausione a. 1645. editi *de supposito*, in quo Nestorium contra Ephesinam synodum et Cyrillum Alex. defendit, est *Dauid de Rodon*, licet alii scriptum illud tribuerint Aegidio Gaillardo. *Fabr.* Conf. de hoc libro *Walch.* l. c. p. 830. sq. qui probabilius esse existimat, auctorem esse *Dau. de Rodon*, et de libro ipso praeter Bayle citat *Benoit* histoire de l'Edit de Nantes, tom. III. p. 253. sqq. *Vogt* biblioth. haeresiolog. tom. I. pag. 459. sqq. *Pfaff* hist. litter. theol. tom. III. p. 334. et *de Bure*, (qui damnat librum,) bibliographie instructive, vol. de theologie, Paris. 1763. p. 475. sqq. Inscriptus autem est: *Disputatio de supposito*, in quo plurima haecenus inaudita de Nestorio, tanquam orthodoxo et de Cyrillo Alexandrino aliisque episcopis Ephesi in synodum

<sup>kk</sup>) Cf. de recentioribus scriptoribus *Schroeckh* in hist. eccles. christ. tom. 13. p. 285. sqq. in primis *Walch.* narration. et iudicium de illis in hist. haeres. tom. V. pag. 500. sq. praesertim pag. 817-827. et p. 910-916. p. 842. sqq. 908. sqq. et pag. 916. sqq. de formulis, de quibus in vtramque partem disputatum est, atque de Nestorii doctrina

copiose moderateque indicat, p. 926. sq. autem Nestorium non esse haereticum, concludit, ad quos ablegare praestat eos qui plura scire cupiant. Add. *Vogt* in disquisit. de recentissimis Nestorii defensoribus, in parte I. bibliothecae historiae haeresiologicae, p. 456. sqq. *Harl.*



odum coactis, tanquam haereticis demonstrantur, ut soli scripturae sacrae infallibilitas adferatur. Deus verax, omnis homo mendax, Rom. III. Francof. 1645. 8. Eum, docte quidem atque operose, at tamen acrius refutare sustinuit *Petav.* in Dogmat. theol. tom. IV. libr. 6. p. 498. sqq. edit. Paris. coll. libr. I. cap. 7. pag. 34. sqq. adnotante *Schroeckhio* l. c. pag. 286. Alios, qui de illo libro diuersa tulerunt iudicia, memorat *Gerdes.* in Florilegio libror. rariorum, ed. II. Groningae et Bremae, 1747. 8. p. 271. sqq. et obseruat, suo exemplari veterem quemdam eius possessorem non tantum praefixisse nomen Daudidis Derodon, Prof. philos. sed pro loco impressionis Francof. adscriptisse *Arausonii*, vbi ille per aliquod tempus tradidit philosophiam. *Harl.*

[*D. Martin Luther.* v. *Walch.* l. c. p. 826. sqq. et 910. vbi quoque de *Luca Osiandro*, Lutheri iudicium comprobante, agit, et citat *Weismanni* introd. in histor. eccles. tom. I. pag. 520. *Harl.*]

*J. H. Horbins* in epist. ad M. Gudium data, Paris. 1670. p. 17. Nunc in Nestorianis occupatus, suum Lutheri de conciliis tractatum defendendo, quo Cyrillum haereticum nominatur, Nestorium orthodoxum etc.

*Nicol. Hieronym.* in Gundlingianis XXXV. 4.

*Christi. Auguft. Salig.* in historia Nestorianismi, subiuncta Eutychianismo ante Eutychem, Guelferbyti 1723. 4. [cap. 29. p. 284. sqq. Ille existimat, totam controuersiam fuisse logomachiam. In qua sententia iam fuerunt *Arnold.* et *Edmund Aubertin* de eucharistiae seu coenae dominicae sacramento, Dauent. 1654. fol. lib. II. cap. 3. pag. 756. seq. contra quem stilum acuerunt *Garnier* diss. I. de haeresi et libris Nestorii, part. II. Opp. Marii Mercat. p. 329. *Assermann.* et alii. *Lacroze* in Thesauro epistol. Lacroziano tom. I. p. 304. in epist. ad Mosheim, loquitur, ait, n. Saligius, in ea parte etiam de Nestorio, quem crimine caruisse, quae tua etiam, ni fallor, est et mea sententia, statuit. add. *Walch.* l. c. 834. sqq. *Harl.*]

[*Jac. Basnage* in praefat. ad tom. I. thesauri moniment. eccles. cap. II. §. 2. p. 14. sqq. et in histoire de l'eglise p. 508. moderate iudicasse, nec tamen Nestorium condemnasse, docet *Walch.* l. c. p. 832. sq. qui addit, et Nestorium et Cyrillum in eo peccasse, quod alter nomen *Georgius*, alter nomen *Χεϊσορέας* reiecerit. add. *Walch.* p. 913. vbi etiam laudat *Samuel. Basnage* in annal. historico-eccles. tom. III. p. 339. *Harl.*]

*P. le Brun*, Prêtre de l'oratoire. tom. III. diss. II. de l'explication hist. et dogmat. des prières et des ceremonies de la Messe etc. Journ. des Sav. 1727. Jun. p. 246. sq. de la Liturgie des Nestoriens etc. *Euseb. Renaudot*, etc.

*Paul. Ern. Iablonski* in exercitat. histor. theol. de Nestorianismo, et illa inprimis Nestorianorum phrasi, qua humanam Christi naturam templum diuinitatis solebant appellare. Berolini 1724. 8. v. acta erudit. german. part. CII. [p. 430. sqq. vbi censor in quibusdam discedit a Iablonskio,] et gel. Zeitung. 1725. p. 271. V. N. 1725. pag. 336. [germanice versa

verfa et praefixa *Boweri* Historiae, pontificum roman. in linguam germanicam ex anglica translatae; unde nouae ortae sunt contropersiae. Nam contra eum vile opus contexuit *Io. Wesselius* in libro: *Nestorianismus et Adoptianismus rediuiuus*. Amstel. 1727. 4. Paulo melius successit res *Paullo Bergero* in libello: *Nestorianismus, haereseos conuictus*; — *Iablonskio oppositus*. Wittebergae 1726. sed acquieuit in narratione atque adulatione *Cyrilli* atque synodi Ephesinae. Maiore eruditionis adparatu instructus comparuit in certamine *Car. Gottlob Hofmann* in disputatione, praefide *Henr. Klausningio* ventilata et inscripta: *Controuersiam Nestorianam olim agitatam haud fuisse logomachiam*, Lips. 1725. 4. et pag. 3. sqq. recenset Nestorii defensores: (conf. Auserles. theol. Biblioth. tom. II. p. 88.) at *Cyrilli* auctoritati atque fidei nimium tribuendo, ostendere studuit, (quod tamen erat demonstrandum, atque, num *Cyrillus* fide sit omni dignus et sensum mentemque Nestorii recte adsequutus sit, curatius inuestigandum,) Nestorium, si ea, quae *Cyrillus* prodidit memoriae, reuera docuit, in doctrina de Christi persona in periculoso summoque errore versatum fuisse. At causam *Iablonskii* suscepit *de la Croze* in epistola ad *Iablonskium*, in museo Bremensi vol. I. part. I. p. 78. sqq. *Hofmannus* quidem causam suam deferere noluit, sed eam vindicare studuit in defensione dissertationis de controuersia Nestoriana, Lipsiae 1730. 4. at neque *Iablonskium* neque *Crozium* de sententia pristina deducere ac depellere potuit, ut statim videmus. add. *Iablonsk.* diss. de Nestorii meritis, Francof. 1738. et *Walch.* l. c. p. 836. sq. 335. et 913. sq. *Harl.*

*Mat. Veiffere la Croze* in historia Christianismi apud Indos. Haagae 1724. 12. Gallice. v. unschuld. Nachricht, 1725. p. 947. *Fabr.* Noster tamen *Fabr.* putat in delectu argumentorum et syllabo scriptor. de veritate religionis christ. p. 103. *la Croze* in illa historia p. 16. paullo sequius et sinisterius iudicasse de *Cyrillo*. — Septimus liber germanice est versus. v. *Wolf.* ad *la Croze* in Thes. cit. p. 198. De eius epist. ad *la Croze* paullo ante diximus. Sed *la Croze* et *Iablonsk.* in sua permanisse sententia, iam animaduertimus. De *Iablonskio* v. eius epp. in Thes. epistolico Lacroziano, tom. I. pag. 184. seq. 190. 193. seq. 201. De *la Croze* autem tom. III. p. 175. 176. sqq. pag. 186. et de *Assemano*, aduersario, p. 187. add. eiusd. institut. histor. eccl. antiquior. pag. 147. seq. et *Iordani* Vie de Mr. *la Croze* p. 231. *Harl.*

*Petrus Baelius*, tomo tertio Dictionarii Histor. in *Nestorius* et *Rodon*. [In ed. Amsterd. etc. 1740. F. de *Nestorio* in tom. III. p. 490-499. et de *Rodon*, tom. IV. p. 63-65. *Baelius* potissimum sequutus est et frequenter laudauit de *Nestorio* *Du Pin* biblioth. des auteurs eccles. tom. III. part. 2. *Harl.*]

[P] *Elias Saurin* in libro contra Petrum Iurieu edito Traiecti ad Rhen. 1697. 8. *Iustificatio de la doctrine du Sieur Elie Saurin* parte 2. capite 13. seq. *Fabr.* *Saurin* Derodonii iudicium adprobat. Plura leges in *Bayle* Diction. cit. voc. *Nestorius* not. H. et citat quoque Apologie pour le Sieur Saurin, pasteur de l'eglise Walonne d'Vtrecht contre les accusations de Monsr. Jurieu, 1692. ac quaedam ex ea adfert; inter alia auctor

Vol. X.

Zzz

adfirmat,

adfirmat, Nestorium magis, quam Cyrillum, videri orthodoxum: plura apud Bayle voc. *Rodon*, ubi quoque loca sunt excerpta ex Saurin Examen de la Theologie de Mr. Jurieu, et ex huius Religion du Latitudinaire, atque aliis libris. *Harl.*

[*Richard Simon*. Hic primum, nomine de *Moni* adsumto, edidit Histoire critique de la creance et des coutumes des Nations du Levant, Francof. 1684. 12. vbi p. 94. seq. ostendit, rixam inter Nestorium et Cyrillum inde potissimum, quod neuter alterius mentem verbaque recte perceperit, esse enatam. — Postea, praefixo vero auctoris, *Simon*, nomine liber iterum editus est et inscriptus: Histoire critique des dogmes, des controverses, des coutumes et des ceremonies des Chrétiens orientaux, à Trevoux, 1711. 12. v. *Walch*, l. c. pag. 912. (qui conferre iubet librum: Les sentimens de quelques theologiens d'Hollande sur l'histoire critique du V. T. par le Pere Simon, pag. 58.) et *Schroetkh* l. c. p. 287. seq. — De *Christiano Eberhard. Weismann*, *Cotta*, a *Raefswiz*, *Moshenio* et aliis v. *Walch*. l. c. p. 913. et 915. sq. *Harl.*]

[*D. Io. Salom. Semler* in selectis capitibus histor. eccles. vol. I. p. 229. sqq. et in commentat. praefixa tertio tomo *Baumgartenii* Untersuch. theolog. Streitigkeit. p. 327. sqq. nec non in tom. II. p. 770. sqq. in notis ad additamenta de Nestorianismo; ipsum *Baumgarten*, tom. II. §. 6. et 7. pag. 69. sqq. de Nestorio ipso p. 76. vbi v. not. et tom. III. p. 478. *Harl.*]

[*Walch*. et *Schroetkh*. II. citt. tam diligenter docteq. omnem historiam exposuisse, quam sobrie et moderate iudicasse, saepius iam monuimus: atque posterior pag. 291. sq. prioris studium a partibus alienum ac solertiam maxime laudat et commendat. *Harl.*]

Omitto alios, quos memorat *Io. Vogt* in diss. de recentissimis Nestorii haeretici defensoribus, fasc. 3. histor. haeresiol. pag. 457. seq.

Ephesinam synodum probantes.

*Natafis Alexander* saeculo V. diss. 23. vide etiam pag. 63. seq. 219. seq. edit. in folio. Paris. 1699.

*Rob. Bellarmin*. lib. III. de Christo, cap. 5. sqq.

*Baronius* et ceteri annalium et historiae eccles. scriptores saeculo V.

*Guil. Beueregius* ad Synodicum pag. 103. seq. 216. etc.

*Georgii Calixti* dissertatio de haeresi Nestoriana, eique opposito Concilio Ephesino, Helmstad. 1640. 4. *Fabr.* rec. in eiusd. de persona Christi, domini et seruatoris nostri programmatum et dissertationum fasciculo, ab eius filio edito, ib. 1663. p. 23. sqq. *Harl.*

*Abraham Calouii* exercitatio de Nestorianismo antiquo et nouo. Witeb. 1681. 4. respondente *Simone Frid. Wolfharto*, qui eiusdem exercitationis defensionem a. 1683. edidit aduersus *Io. Si-*

*Io. Simonis* diff. respond. *Bartholdo Holzsfus*, de haeresi Nestoriana, vulgata Francof. ad Viadrum 1583: 4. [Parum laudatur a *Walchio* l. c. pag. 911. *Harl.*]

*Centuriae Magdeburgenses* Centur. V. capite V. et IX.

Histoire du Nestorianisme en VI. livres, avec des remarques sur les Auteurs anciens et modernes qui en ont traité, par le P. *Louis Doucin*, S. I. à Rotterdam 1698. 4. et à Utrecht 1716. 4. pag. 558. Ludolphi Neocori bibl. nouorum libror. a. 1698. pag. 129. *Acta Erud.* a. 1699. p. 166. *Fabr.* Postea accesserunt: 1) Addition à l'Histoire du Nestorianisme, Paris. l. anni nota; 2) Specimen obseruationum ad Nestorianam historiam, Paris. 1698. 12. *Walch.* passim frequenterque excitat *Doucine* Hist. in eaque quaedam laudat, plura culpat, ac p. 936. parui aestimat tam desideratque criticum usum atque iudicium. *Harl.*

*Io. Fabricius*, theologus antea Altdorfinus, dein Helmstädiensis celeberrimus, in scylla theologica capite XII.

*Io. Forbessius* instruct. historico theol. lib. II. cap. 6.

*Io. Simonis Franci* de Nestorio disputationes III. Witeberg. 1670. 4.

*Wolfgang. Franzii* oratio de initiis et progressu certaminum Nestorianorum et Eutychianorum, Witeb. 1605. 4.

*Io. Garnerius* ad Marium Mercatorem tomo secundo, et in additis tribus commentatt. de haeresi et libris Nestorii; de synodis in causa Nestoriana habitis, et de libris a fidei defensoribus eodem tempore conscriptis. Paris. 1673. fol. et ad Liberatum, ibid. 1675. 8. nec non in auctario ad opera Theodreti. Paris. 1684. fol.

*Io. Frid. Koenigii* historia Nestorianismi. Gryphiswald. 1653. 4. Stralsund. 1655. 4.

*Christiani Kortholti* diff. de Nestorianismo, praeside D. *Caspere Mauritio* nostro τῷ παναγωγῇ habita Rostochii 1662. *Fabr.* Sed mitius sensit in histor. eccles. post eius mortem edita p. 168. v. *Walch.* l. c. pag. 911. seq. *Harl.*

*Io. Christiani Letschii* historia Nestorianismi. Witeb. 1688.

*Samuel Marefus* in senione dissertationum theologicarum, auctorem libri de supposito oppugnans: quod factum etiam a *Georgio Staunario* theologo Marpurgensi in fasciculo diff. pag. 156. sqq.

*Henricus Noris* in historia Pelagiana libro II. atque in diff. de vno e Trinitate, carne passio, et apologia monachorum Scythiae, ab Anonymi scrupulis vindicata.

[P] *Io. Pearsonius* ad symbolum apostolicum pag. 291. edit. latinae.

*Dionysius Petavius* libro I. dogmat. theol. de incarnatione verbi cap. 7. sqq. et III. 3. sqq. IV.

3. 11. V. 7. 10. 14. sqq. ad 19. et XV. 3. p. 524. seq. et librò VI. quò auctorem libri de supposito peculiariter confutat. [conf. *Walch.* l. c. pag. 818. seq.]

*Land. Elias du Pin*, tom. IV. bibliothecae scriptorum eccles. *Fabr.* *Du Pin*, quod antea in: *Bibl. des auteurs eccles.* tom. III. part. 2. pag. 61. sqq. p. 287. sqq. p. 323. sqq. patronus Nestorii secus de Cyrillo et concilio Ephesino iudicarat, ideoque ad causam dicendam vocatus erat, postea reuocavit et retractavit sententiam. v. *Weismann* tom. I. pag. 517. *Vogt.* pag. 472. *Pfaff.* introduct. in histor. theol. litterar. part. III. pag. 275. et *Bayle* diction. tom. III. voc. *Nestorius*, not. B. I. L. et O. — De *Wesselio*, *Bergero* et *Hofmanno* vid. quae antea, ubi egimus de *Iablonskio*, adnotauimus. *Harl.*

*Petrus Praetorius* in breui historia certaminum Nestorio atque Eutyche ducibus mysterium incarnationis filii Dei oppugnantium.

*D. Frid. Rappolti* opera theolog. pag. 1289. seq.

*Iustus Wesselus Rumpaeus* in diss. de Deo bimestri contra Nestorium eiusque affectas. *Gryphiswald.* 1704. 4.

*Casp. Sagittarius* introductione in hist. eccles. tom. I. p. 1086–1097. tom. II. p. 693.

*D. Io. Adami Scherzeri* parallelismus Caluino-Nestorianus Lips. 1679. 4. *Frid. Petri* Nestorianismus Caluinianorum. *Francof.* 1612. 4. etc.

*Io. Schraederus* de Nestorianismo et Eutychanismo, *Witeb.* 1594. *Francof.* 1603. *Gieff.* 1612. 8. contra *Iosephum Grabium*, cum praefat. *D. Aegidii Hunnii*, cuius etiam videnda praefatio in epistolam ad Ephesios.

*Theophilus Spizelius* in veteri academia Iesu Christi p. 182. sqq. et alii vitam S. Cyrilli Alex. tradentes.

*Tillemontius* tom. XIV. memor. hist. eccles.

*Laur. Ludouicus* in ecclesia veteri et nona siue orationibus de veteris ecclesiae certaminibus ab Ario, Nestorio etc. motis. *Heidelb.* 1614. 8. curante *Abrah. Sculteto.* *Fabr.* — Doctrina et certamina synodi Ephesinae, recitata in schola Gorlicensi a *Laurent. Ludovico*, *Leobergens.* *Gorlic.* 1582. 4. at exigui pretii, iudice *Walchio* l. c. p. 935. *Harl.*

*Ios. Simon Affemann.* in bibl. orientali, tom. III. part. 1. et 2. de Nestorianis in Syria, Aegypto etc. conf. acta erudit. Supplem. p. 193. sqq. *Fabr.* — In tom. I. p. 346. seq. 349. sqq. est epistola Simeonis Beth Arsamensis de Barsauma, episcopo Nisibeno, deque haeresi Nestorianorum, huius initio et progressu in oriente, syriace et lat. ubi Nestorius valde male audit, p. 202. sqq. *Affemann.* de Iba, Edessae episcopo, Nestoriano, ac de initiis progressibusque Nestorianismi in Mesopotamia, Assyria et Perside: (add. tom. II. p. 403. sqq.) idem pag. 205. sqq. *Renaudotii* opinionem de origine Nestorianismi in oriente refellere conatur; — p. 354. sqq. de synodis Nestorianorum in oriente

ex

ex Simeone episcopo Beth-Arsamensi, cum notis: p. 540. sqq. de codd. syriacis, huc pertinentibus etc. — in tom. II. permultis locis, p. 39. 287. 403. sqq. 387. sqq. (ubi quoque ex II. codd. syriacis et II. arabicis catalogus patriarcharum Chaldaeorum et Nestorianorum exhibetur, ac pag. 456. sqq. augetur,) etc. de Chaldaeis, qui etiam Assyrii orientales et Nestoriani adpellabantur; — in tom. III. part. I. infinitis paene locis de iisdem, eorumdem ortu fatisque in oriente, ac ritibus erroribusque. In parte secunda tota Assemann. longam doctamque de Syris Nestorianis dissertationem edidit, ac de Nestorio eiusque recentioribus defensoribus, Basnagio, praecipue la Croze aliisque, quos refellere adlaboravit, severius acriusque iudicavit; cap. II. vsque ad cap. V. Nestorianorum fata ab eorum initio vsque ad a. 1714. persecutus est: cap. VII. de Nestorii ac Nestorianorum erroribus, §. 23. *Hart.*

Nestoriani adhuc plurimi hodie sunt, qui Nestorii colunt memoriam, licet haereseos ipsi impactae minus fortasse rei, Christiani in oriente cis et ultra Euphratem, in Persia, India, Tartaria: de quibus consulere iuvabit *Abrahamum Bzouium* ad a. C. 1330. nr. 21. sqq. 52. seqq. *Faustum Naironum* <sup>u)</sup> in Euoplia fidei catholicae romanae historico dogmatica, Rom. 1694. 8. *Aub. Miracum* ad Gennadii de scriptoribus eccles. cap. 53. ex Leonardo Abele: *Rich. Simonem* in Historia critica fidei et rituum oriental. gallice edita cap. VII. Ioannem Morinum praef. ad ritum ordinationis Nestorianorum in opere de sacris ecclesiae ordinationibus p. 364. sqq. (434. sqq.) *Eusebium Renaudotum* in collectione Liturgiarum orientalium et in tomo quarto operis, quod inscribitur *la perpetuité de la foi de l'église catholique touchant l'Eucharistie* <sup>mm)</sup>, excuso Paris. 1711. 4. in historia patriarcharum Alexandr. et in Gall. edita eius apologia: *la Croze* in hist. du Christianisme des Indes. *Fabr. Assemann.* passim quidem in bibl. orient. sed praecipue in tom. III. part. 2. cap. 3. de Nestorianismi origin. in oriente, etc. cap. 9. p. 413. sqq. de Christianis S. Thomae in India, deque Nestorianis in Tartaria et vasto Sinarum imperio; §. 2. de Nestorianis in Mesopotamia, Armenia, Syria, Palaestina et Cypro: add. p. 477. sqq. p. 502. sqq. p. 521. sqq. cap. 10. §. 4. p. 605. sqq. de Monophysitis et Nestorianis in Arabia: cap. 11. sqq. pag. 615. sqq. de patriarcha, metropolitibus et episcopis, de presbyteris, diaconis, clericis et monachis Nestorianorum. Sed plura ex isto opere referre, haud vacat. Add. *Matur. Veussiere la Croze* historische Beschreibung der christlichen Religion in Ethiopien und Armenien german. versam, Dantisci 1740. 8. pag. 23. seqq. De Nestorianis in Sina v. *Fleury* in: Histoire eccles. tom. XVII. Paris. 1751. 4. pag. 546. sqq. *Hart.*

Lzz 3

Index

N) A&a Eruditor. tom. 2. supplement. p. 554.

mm) Memoir. de Trevoux. 1712. p. 746. sqq.

[P] XI. *Index scriptorum et epistolarum, in Actis concilii Ephesini a. 431. et Chalcedonensis a. 451. celebrati, nec non in codice encyclico <sup>nn</sup>) et in Synodico Casinensi adversus tragoediam Irenaei Tyrii Nestoriani.*

E. paginas tom. I. at C. paginas tom. II. conciliorum Harduini denotat, S. paginas collectionis concilior. Baluzianae.

Abbibi, episcopi Dolichii, ad Alexandrum, Theodoretum, Marcum, Davidem, Acilinum. *Peruenit ad me.* S. pag. 837.

Acacii Berrhoënsis propositiones de pace facienda. E. pag. 1634. S. 756. Epistola ad Alexandrum Hierapolitanum. *Sicut pridem.* S. 746. *Rediit ab Alexandria.* S. 757. Confessio fidei. *Credo in unum Deum.* S. 930.

Acacii, Melitenes episcopi, homilia, Ephesi habita. Ὁρῶντι μοι ἀγαπητοί. E. 1640. epistola ad Cyrillum Alex. *Quoniam didici.* S. 785. 819.

Aegyptiorum episcoporum ad imp. Valentinianum et Marcianum, τὴν ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν. C. 416. ad Leonem imp. *a Superna gratia.* C. 691. ad Anatolium CPol. pars gr. et lat. apud Baluz. p. 1447. *Sicut paterni pontificatus.* C. 696. ad Leonem imp. pro Timotheo Aeluro, *Scriptum est, omni postenti.* C. 700.

Agapiti, episcopi Rhodi, ad Leonem imp. *Desuper regna sceptri.* C. 736.

Alexandri, Andreae et Theodoreti ad Helladium Tarfi episc. *Scientes quantam curam.* E. 1635. S. 756. Vide infra, Orientalium.

Alexandri, Apameensis episc., ad Alexandrum Hierapol. *Volebam tuae colloqui sanctitati.* S. 834. Alexandri ad Ioannem Antioch. *Sapientissimo Salomoni.* S. 838.

Alexandri, Theodoreti, Heliadae, Abbibi, Marae, Davidis et Acilini provinciae Euphratesiae episcoporum ad episcopos Syriae, Ciliciae et Cappadociae. *Propheta quidem Ieremias.* S. 831. Ad Augustas. *Deus pietate ornavit vestrum imperium.* S. 837.

Alexandri,

Anastasius *bibliothecarius* romanus, abbas et presbyter, clarus temporibus pontificum Nicolai I. (qui ab a. 858. ad 867.) Hadriani II. (qui fuit ab a. C. 867. ad 872.) Ioanne VIII. (qui ab a. 872. ad 882.) et fortasse etiam sequutorum. Multa ex graecis Latio reddidit *rudiori plerumque stilo et semibarbaro*, quanquam, vt Combesius in bibl. concionatoria recte iudicat, *nec ipso inutili, plerisque in mediis illius aevi auctoribus graecis nobis futuris perobscuris, nisi lucem ille, scientia quam sermone peritior, vel ita nobis reddens adfudisset.* Praeterea scripsisse ipse traditur *Chronicon breue Cassinense* ad a. 857. quod edidit; sed ei abiudicat *Murator.* scriptt. rerum Ital. tom. I. part. 2. Mediol. 1723. fol. p. 345. [sed vid. paullo post ad *Hister. de Iosaphat*] *vitae* quorundam pontificum vsque ad Nicolaum I. vt Moguntinae editionis curatores adnotant: additas veteri, vt est credibile, Pontificali, et deinde a Guilhelmo bibliothecario aliisque continuatas. Vide *Lambecium* de bibl. Vindob. tom. II. p. 924. seq. \*\*) *Io. Clampinum* examine libri pontificalis et Ftid. Spanhemium de Iohanna papissa cap. VII. §. 3. tom. II. Opp. pag. 650. Prodiit Moguntiae 1602. 4. [minus diligenter, nec plene, cur. *Io. Busaeo*,] et cum Historia ecclesiastica Anastasii Paris. 1649. fol. [a *Car. Hannib. Fabrotto*, in scriptorr. histor. Byzant. rec. Venet.] *Antonii Dadini Altserrae* notae et obseruationes ad Anastasium de vitis pontificum Paris. 1680. 4. Locum de Iohanna papissa in recentioribus duntaxat Anastasii codicibus reperiri, et ex Martino Polono, (qui a. 1270. obiit,) tantum non ad verbum insertum, viri docti adnotant. Vide *Lannouium* parte IV. Epist. 8. pag. 355. edit. in fol. et *Guil. Beneuenutum* in diss. de nummo Iohannis VIII. apud Io. Clericum tom. XXIII. bibl. selectae p. 59. [De papissa Ioanna, Milesiis fabulis adscribenda,

\*\*) Sicut pag. 810. sqq. ed. Koll. de cod. CCLXXVII. caesareo, in quo et aliis quatuor codd. *Historiam pontificum roman.* S. *Damaso* papae, propter duntaxat praefationis loco illi praefixas epistolas adscribi, Lambecius tradit, ipsasque epistolas exhibet, et suam de auctore illius dicis sententiam, et p. 814. sqq. de Anastasio bibliothecario, illius historiae continuatore etc. plura adfert.

Add. *Schroeckhii* hist. eccl. christ. tom. XXII. p. 75-110. longamque *Oudini* diss. de operibus Anastasii, romanae ecclesiae bibliothecarii, in comment. de SS. eccl. tom. II. col. 250-506. vbi varia Anastasii recenset opera praecipue de vitis rom. pontificum, ex multis auctoribus constatis, de eod. et fabula de Ioanna papissa vberime agit. *Harl.*

da, copiosus est *Christoph. Aug. Heumann* in diss. de origine vera traditionis falsae de Ioanna papissa. Gotting. 1739. rec. in eius Dissertationum sylloge tom. I. part. 2. Gotting. 1744. 8. p. 352. sqq. add. p. 991. sqq. *Harl. Add.*, praeter alios, diatribe de Iohanna Papissa s. de fabulae eius origine a Ioh. Blaseo concinnatae Neap. 1778. et: Geschichte der Päpstin Iohanna, untersucht von M. I. A. Lips. 1788. 8. B.] — Nouissime Anastasium de vitis pontificum recensuerunt illustraruntque Romae viri eruditiss. *Franciscus Blanchinus* et *Io. Vignolius*. *Fabr. Blanchini* auctor edit. cum variis plurium codd. lectt. prodiit Romae ap. I. Mariam Saluioni tom. I. 1718. fol. (rec. ib. 1731. fol. — tom. II. cum notis variorum ibid. 1723. — tom. III. ibid. 1728. (v. acta erud. 1719. p. 425. a. 1725. p. 153. a. 1727. p. 52.) 1731. p. 149. sqq. — tom. IV. post mortem Franc. Blanchini curatus a *Ios. Blanchin.* et *Caietano Cennio*, ibid. 1735. (v. ephem. litter. Lipsiens. a. 1736. p. 673.) tom. V. adhuc desideratur. — Vitae Romanorum pontificum a b. Petro apostolo ad Nicolaum I. cum antiquissimo codice et tribus aliis exemplaribus bibl. Ambrosianae nunc primum collatae, adiectis vitis Hadriani II. et Stephani VI. a Guiljelmo bibliothecario conscriptis, in *L. A. Muratorii* scriptt. rer. ital. tom. III. pag. 1. Praemissae sunt *Schellstratii* diss. de antiquis rom. pontificum catalogis etc. *Io. Ciampini* examen libri pontificalis, et *Franc. Blanchini* in Anastasium praefatio. — Correctissima ed. cum XIX. MSSis collata, habetur: Liber pontificalis seu de gestis romanor. pontificum, quem cum codd. MSS. Vaticanis aliisque summo studio et labore collatum emendauit, suppleuit *Io. Vignolius* Romae, Rocchi Bernabo 1724. 4. conf. *Hamberger*. zuverläss. Nachricht. etc. tom. III. p. 647. sqq. vbi de Anastasio bibliothecario is agit, eumque circ. a. 886. mortuum esse scribit, duce Baronio; *Dan. Clement* in bibliothèque curieuse historique et critique, tom. I. p. 291. sqq. vbi editiones diligenter copioseque recensentur. Vniuersim de illo fusius disputarunt *Fabricius* noster in bibliotheca med. et infimae latinit. tom. I. pag. 87. sqq. ed. *Mansf.* qui suppleuit. — *Caue* in hist. litter. SS. eccl. tom. II. pag. 56. sqq. ad a. 870. — *Mazzuchell.* l. cit. pag. 662. sqq. — *I. G. de Chauffepié* in nouv. Diction. hist. et crit. tom. I. p. 323. sqq. — *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XVII. pag. 84. sqq. — tom. XXI. p. 159. sqq. Add. *Saxium* in Onomast. litter. II. p. 123. sq. qui praeter alios laudat *Pagii* crit. Baron. a. 867. XXV. p. 129. et a. 876. XI-XIII pag. 296. sqq. tom. XV. et ipsius *Baronii* annal. vbi in calce tom. XII. p. 671-687. ed. Luc. exstat *Dominici Georgii* monitum de varietate lectionum Anastasii ex variis codd. digesta: it. tom. XIII. p. 630. sqq. et tom. XIV. pag. 613. sqq. — Edit. *Mogunt.* 1602. exemplaris in bibl. publ. Leideni paginas nonnullas contulit V. D. cum MSto. v. cat. bibl. Leid. pag. 18. — aliud exemplar cum additionibus et emendatt. *Io. Armach.* msst. exstat *Dublino* in bibl. collegii S. Trinitat. v. *Montfaut.* bibl. biblioth. MSS. p. 690. A. (et cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. nr. 157.) — *Romae* in bibl. Hospitii congregationis S. Mauri sunt variae lectt. et fragmenta Anastasii bibliothecarii: v. *Montfaut.* l. c. p. 200. B. Idem in eodem opere plures chronici, epistolarum etc. Anastasii illius codd. in variis bibliothecis obuios passim ex. gr. pag. 188. C. D. *Romae* in cod. Ottobon. Anastasii et aliorum vitas pontificum rom. et opp. etc. indicat, (v. indic. vol. I. praemissum, voc. *Anastasi* etc.) quae omnia repetere nec vacat, nec huius loci est. — Idem in diario ital. pag. 309. memorat cod. Neapolitanum S. Ioannis de Carbonaria, qui continet *Anastasi* bibl. collectanea cum vitis quibusdam. — *Venetis* in bibl. Marciana in cod. lat. CCCLIX. sunt vitae pontificum romanor. a Petro ad Martinum V. sine nomine auctorum; sed priores vitae

usque ad Hadrianum II. cum iis, quae sub Anastasii bibliothecarii nomine typis expressae sunt in omnibus fere conuenire, monet auctor cat. codd. lat. Marc. p. 150. — *Paris.* in v. decim codd. bibl. publ. suat Anastasii vitae pontificum. *Harl.*

*Ex graecis versa ab Anastasio bibliothecario.*

*Chronologia Nicephori* CPolitani a. 828. defuncti, ab orbe condito ad suam usque aetatem, in bibliothecis patrum saepius edita et ab Antonio [P] Contio illustrata, ut dixi vol. VI. p. 153. [vol. VII. p. 462. sqq. ed. nou.] In huius calce legitur *Stichometria* librorum sacrae scripturae et apocryphorum, quae etiam occurrit in operibus *Petri Pithoei*, Paris. 1609. 4. *Fabr. Caesena* in bibl. Malatestiana Franciscanor. exstant Anastasii bibl. historia ecclesiast. item Nicephori chronologia, ab eodem lat. reddita. v. *Franc. Ant. Zachariae* iter litterarium per Ital. ab a. 1753. Venet. 1762. 4. p. 95. inprimis *Ios. Mar. Muciolii* cat. codd. MSS. Malatestianae Caesenatis bibliothecae, tom. II. Caesena 1784. fol. p. 116. sq. *Harl.*

*Historia ecclesiastica ex eodem Nicephoro, Georgio Syncello et Theophane* confessore contracta ad Ioannem urbis Romae diaconum (qui deinde a. 872. papa Ioannes VIII.) [v. *Millon.* museum italic. tom. I. p. 77. *Harl.*] Cum notis *Caroli Annibalis Fabrotti* prodit inter scriptores historiae Byzantinae, Paris. 1649. fol. [v. supra, vol. VIII. pag. 85. nr. 4.]

*Acta synodi sextae* CPoli in Trullo habitae a. 680. in concilior. tom. III. Bini, et VI. Labbei et III. Harduini. Auctorem veteris versionis esse Anastasium notauit *Labbeus* de S. E. tom. I. p. 63. [v. *Oudin.* l. c. p. 252. sq.]

*Acta synodi septimae, siue Nicaenae secundae, a. 787. celebratae ad eundem Iohannem, iam pontificem* in concilior. tom. III. Bini et tom. VII. Labbei; et Harduin. tom. IV.

*Acta synodi octauae* a. 869. habitae CPoli, cui ipse interfuit, ad Hadrianum II. pontificem, in iisdem concilior. tom. III. Bini et tom. VIII. Labbei et Harduini tom. V.

*Collectanea ad controuersiam et historiam Monothelitarum spectantia*, quae prodierunt *Iacobo Sirmondo* curante in eius variis opusculis tom. I. Paris. 1620. 8. deinde recusa in bibl. patrum edit. Lugd. tom. XII. p. 731. in operibus Sirmondi tom. III. ex parte etiam ante tomum primum operum S. Maximi iunctim editorum a Franc. Combessio. *Fabr.* Vid. plura de his ap. *Oudin.* l. c. p. 254. sq. *Harl.*

*S. Maximi et Ioannis Scythopolitani scholia in Dionysium*, quem areopagitam adpellant. Versio Anastasii necdum edita est; quod sciam, sed epistolam a. 875. illi praefixam ad Carolum Caluum, vulgauit *Iac. Vsserius* in Epistolis Hibernicis p. 45. qui Ioannis scholia alibi (\*) obseruat illa ipsa esse, quae Dionysio Alex. ab quibusdam tribuuntur, atque in editis permixta legi cum scholiis S. Maximi. *Fabr.* Anastasio bibliothecario *Baronius*

\*) In bibl. theologica MS. Vide *Caucum* in Ioanne Marentio ad a. 520.

nus in annal. eccl. tom. I. ad a. 48. pag. 366. ed. Plantin. tribuit praefat. ad Carolum, Francorum regem, (atque in nonnullis codd. e. gr. *Bodleiano* CXLVIII. f. nr. 3614. cat. MSS. Angliae etc. *Oxon.* in coll. S. Ioannis baptistae, cod. XI. f. nr. 1749. cat. in cod. *Clarendon.* LXXXIX. ib. vol. II. part. 2. et in aliis inuenimus modo ab Anastasio bibl. modo ab Anastasio romano scriptam: add. *Oudin.* l. c. p. 253. sq. et *Mazzuchell.* l. mem. p. 667. nr. XIII.) sed perperam id factum et auctorem illius praefat. esse *Ioannem Hibernigenam*, contendit docetque *Lambec.* in comment. vol. VIII. p. 392. not. 2. ed. Kollar. *Harl.*

*Vita Dionysii* eiusdem, scripta a Methodio. Etiam haec nusquam vulgata mihi occurrit, sed tantum epistola, quam ad eundem Carolum Anastasius praemiseraat, contra eorum sententiam, qui Dionysium primum Paris. epise. ab Arcopagita distinguunt. Haec edita est a *Surio* ad VIII. Octobr. *Petr. Franc. Chifletio* in diss. de vno Dionysio, aliisque, Passio S. Dionysii areopagitae per Anastasium bibliothecarium MS. fuit in bibl. Caroli de Montchal, teste *Labbeo* p. 207. *Fabr.* et in bibl. quadam non nominata, in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. II. pag. 1279. E. — *Mazzuchell.* citat adhuc *Mabillon.* *Analecta* etc. tom. I. 59. sqq. vbi alia quoque reperiantur. — *Cantabrigiae* in bibl. publ. cod. CXI. f. nr. 2291. cat. MSS. Angliae etc. exstat *Dionysius de coelesti hierarchia*, cum praefat. *Anastasio bibliothecarii ad regem Carolum.* *Harl.*

*Encomium S. Bartholomaei apostoli* scriptum a Theodoro Studita, ex Anastasii versione dederunt *Lucas Dacherius* tom. III. (tom. II. ed. nou. f. 123.) *spicilegii* et *Franciscus Combesius* in bibl. concionatoria tom. VII.

[P] *Passio S. Demetrii martyris*, incerto auctore, apud *I. Mabillonium* tom. I. *Analect.* p. 65.

*Vita Petri Alexandrini* et *Passio S. Agathii*, sociorumque eius, quarum in *vita Iohannis VIII.* a *Papebrochio* edita mentio, et *vita Ioannis eleemosynarii patriarchae Alexandrini*, scripta a *Leontio*, quam iussu *Nicolai pontificis* vertisse *Anastasium* testatur *Sigebertus* c. 103. de *Script. eccles.* *Fabr.* [Conf. supra in hoc vol. pag. 262. *Lambec.* VIII. p. 576. sq. nr. 12. cod. XIX. et *Mazzuchell.* l. c. p. 667. nr. XI. vbi etiam tres codd. romani memorantur. *Harl.*] Exstat apud *Rosweydatum* et in *actis SStor.* tom. II. 23. Ian.

*Epistola S. Cyrilli Alex. ad Gennadium*, quam ab Anastasio versam notat *Hendreichius* in *pandectis Brandenburg.* p. 163. sicut et *narrationem miraculi Berytensis* de imagine Christi a Iudaeis transfixa a. C. 765. *Fabr.* Veterem et forsan primam omnium atque antiquissimam latinam miraculi Berytiensis versionem, sine nomine interpretis et absque vilo prooemio, quae vero non mediocriter discrepat ab *Anastasio bibliothecarii* (apud *Card. Baronium*, annal. eccl. tom. IX. in *actis a. 787.*) *Laurentii Surii* (tom. VI. de vitis SStor. d. 9. Nou.) et *Seuerini Binii* (tom. III. concilior. in *actis synodi Nicaenae* II. p. 329.) *narratione*, e cod. *Vindobon.* euulgauit *Lambec.* comm. I. pag. 232. sqq. Add. supra in h. vol. pag. 254. *Harl.*

*Historiam de Iosaphat et Barlaam*, quae ex graeco versa legitur in scriptis Ioannis Damasceni, Anastasio velut interpreti, incerta coniectura tribuit *Caspar Barthius* notis ad *Hermæ Pastorem* p. 910. *Fabr. Conf. supra*, vol. VIII. p. 144. sq. nr. XII. et vol. IX. p. 737. sq. — *Caspar* tamen *Barthius* in *Aduersar. lib. XLVII. cap. 10. pag. 2205.* „Quae, (n. historia Barlaami et Iosaphat,) ait, quum ante aliquot saecula a monacho quodam sit de graeco Ioannis Sinaitae translata; multos retro annos inter opera et cum titulo Ioannis Damasceni ex interpretatione, si diis placet, Trapezuntii lecta est.“ *Harl.*

*Prologos Anastasii in passionem 1480. martyrum* vulgavit *Mabillon.* tom. I. *Musei italici* pag. 80. sqq.

*Passio 10,000 martyrum* sub Hadriano et Antonino Pio, in actis SS. tom. IV. Iun. 22. p. 182. ad Petrum Sauiensem et commentar. pag. 175. Ibid. p. 188. sqq. *de illis, in Palaestina passis, sub Chosroe. Fabr. Codd. prioris libelli exstant Romae* in bibl. Vaticana inter codd. Petau. nr. 103. *Florent.* in bibl. Medic. et habuerunt Bollandini codicem, in quo, loco *Anastasio*, legebatur *Athanasius.* v. *Mazzuchell. l. c. p. 667. Harl.*

*Miracula S. Basilii Caesar.* item *Passionis Sctor. Cyri et Ioannis: vita S. Donati* episc. apud Euriam in Syria, edit. a. *Mabillon. l. c. Fabr. conf. de his Mazzuchell. l. mem. Harl.*

*Hincmari Remensis episc. epistola* ed. a *Mabillon. fol. 212. Analect.*

[*Tres epistolae*: n. duae ad Adonem, archiepiscopum Viennensem, de obitu Nicolai I. papae et electione papae Hadriani, et tertia ad Hincmarum, in collect. concilior. reg. Paris. vol. 23. Labbei, vol. VIII. Harduini, vol. V. et Venet. Coleti vol. X. v. *Fabr. bibl. med. et inf. lat. I. p. 89. et Mazzuchell. l. c. p. 665. nr. 1. vbi adhuc memorat aliam epist. de translatione S. Stephani protomartyris, edit. in appendice ad Opp. Augustini tom. VII. pag. 11. ed. Paris. et Mazzuch. ib. nr. 19. 21. et 22. quaedam adnotat contra Vossium, Oudin. et Fabric. in bibl. med. et inf. lat. ac nr. 23. agit de opere cuiusdam Anastasio abbatis contra Hebraeos, et nr. 24. de auctore epitomes chronicor. Casinensium; is autem non noster Anastasius, vti alii putarunt, sed Anastasius monachus montis Casin. circ. a. 752. esse videtur: de quo paullo post ad Anastasio cardinales. — De epistola ad Io. Diaconum, et ep. de mortuo Nicolao, v. infra, vol. XI. pag. 464. et 532. ed. vet. Add. *Chaussepé* notiv. Dict. I. p. 324. not. A. nr. XIII. sqq. *Harl.**

Alius Anastasius bibliothecarius, et cardinalis S. Marcelli circa a. 848. sed deinde, quod quinque annos ab ecclesia sua abfuisset, semel iterumque exauctoratus condemnatusque: ut ab altero Anastasio in vitis pontificum traditur, quem cum hoc multi confundunt. [conf. *Caue hist. litt. etc. p. 470. ad a. 870. et Mazzuchell. l. c. p. 663. Harl.*] De tertio Anastasio bibliothecario infra, in Cardinali.

Anastasii episcopi *Caesareae Palaestinae*, qui sub extremum saeculi vndecimi floruit, *περὶ τῆς νηστείας τῆς ὑπερβόλης Θεοτόκου de ieiunio Deiparae* MS. *Lambec. VI. pag. 60. et VIII.*

VIII. p. 430. <sup>pp</sup>) graece et lat. tom. III. monumentor. *Cotelerii*, p. 432 - 437. vbi p. 650: notae sunt adiectae. Eiusdem *de artziburio* <sup>qq</sup>) aduersus Armenios graece ad calcem Typici S. Sabae. Eiusdem *περὶ τῶν ἐπτὰ ἑσθεμῶν τῶν νησιῶν*, MS. *Lambec.* VIII. p. 450. [p. 946. qui laudat *Coteler.* l. c. tom. III. p. 650. *Harl.*]

[Anastasius, calligraphus, descripsit vitas SS. a. 890. v. *Montfauc.* palaeogr. graec. pag. 42. 43. 94. *Harl.*]

Anastasios cardinales inuenio septem, in his duos prae ceteris memorandos, vnum quem eundem nonnulli faciunt cum Anastasio bibliothecario, <sup>rr</sup>) de quo supra dictum: et alterum monachum, vt aiunt, *Cassinensem* et bibliothecarium Stephani II. (aliis III. vt *Cauco* in *Hist. literaria*,) qui fuit papa ab a. 752. ad 757. Huic Anastasio tribuunt historiam, an fabulam de translatione patris reliquiarum S. Benedicti et sororis eius Scholasticae. *Fabr.* Istam historiam, inscriptam: *Epitome chronicorum Cassinensium, auctore, vt fertur, Anastasio bibliothecario nunc primum edita e MSS. codicibus, a Muratorio* in SS. rer. ital. tom. I. part. 2. p. 345. sqq. Conf. *Maillon.* Act. Sanct. ord. S. Benedicti, saec. II. p. 337. inprimis *Mazzuchell.* l. c. p. 661. sq. vbi plura de illa historia, de controuersiis aliorumque erroribus et de codd. scripsit. v. paullo ante ad *Historiam de Ibsaphat et Barlaam.* — Cardinalem Anastasium quemdam reginae Annae pontifex Iulius II. commendat per litteras 1508. scriptas, quas bibl. publ. Paris. seruat, et memorat *Montfauc.* in *Bibl. biblioth. MSS.* II. p. 808. *E. Harl.*

Anastasius, *Cnossiae* episcopus. Vide *Gnossi.*

Anastasius *Comnenus*, recentis aetatis archimandrita, in monte Sinai, qui circa a. 1650. in Germania versatus est, cuius mentio apud *Allatium* de purgatorio p. 865. seq. 881. 883. v. *Nihufum*, progr. ad *Ecchellens.* libr. p. 268.

Anastasius ex ecclesiae CPol. Synecello in locum Germani patriarcha CPolitanus ab a. 730. ad 754. Eius synodica ad Gregorium II. reiecta, et ipse velut iconoclasta excommunicatus, teste Theophane, et in *Hist.* [P] eccles. Anastasio bibliothecario. Confer *Allatium* de consensu I. II. 1. p. 475. Synodicum Pappi c. 138. *Fabr.* Conf. supra, in vol. IX. p. 711. nr. 12. — Ex Anastasii, patriarchae CPolitani, epistola circulari, in cod. bibl. Laurent. Mediceae, teste *Montfauc.* in *Bibl. biblioth. MSS.* p. 406. *D.* — In epistola Nicacnae

<sup>pp</sup>) Siue fec. ed. Kollar. VI. p. 135. vbi v. not. Kollar. qui obseruat, in illo cod. id Anastasii responsum epistolare esse maiore sui parte mutilum; sed in cod. XLV. nr. 62. (v. vol. VIII. p. 946.) siue epigraphe tamen, non modo integrum extare, sed docta peritaque ac diligenti manu vetusta membrana scriptum, dignumque, quod cum exemplo Coteleriano diligenter conferatur. — Existat quoque *Venetis* in cod. Marciano DLXXV. v. catal. codd. gr. Marc. p. 301. — in cod. *Mazzarino*, bis. v. *Montfaucon* *Bibl. biblioth. MSS.*

pag. 1306. *D.* et 1319. *A.* Conf. *Oudin.* comment. citt. ad a. 1090. tom. II. col. 850. sq. et *Cauco* l. c. tom. II. p. 163. ad a. 1094. *Harl.*

<sup>qq</sup>) Ita Armenii appellant ieiunium suum. Vide *Cangii Glossar.* in *Ἀρχιῆς*.

<sup>rr</sup>) Sed eos esse diuersos docent *Cauco* et *Mazzuchell.* locc. supra citatis: add. *Charfepid* nouveau Dictionnaire tom. I. voc. *Anastase* pag. 326 not. *B. Harl.*



caenae synodi ad Alexandrinorum ecclesiam, (edita a *Montfaucon*, in bibl. Coisl. pag. 96. sqq. p. 101.) *Anastasio CPolitano et Nicetae*, qui sub *Isauris* initium *haeresibus* dederunt, ut execrandis et perniciosi ducibus, anathema pronuntiatur. *Harl.*

*Anastasius consul* a. C. 517. diuersus fuit ab imperatore, nec imperator *Anastasius* consulum gessit, antequam imperii fasces capesseret. Vide *Pagium* ad a. 517. num. 2. [Ex epistola *Seueri Antioch.* ad eum, in cod. Coisl. VIII. v. *Montfaucon*. bibl. Coisl. pag. 42. *Harl.*]

Ad *Anastadium diaconum*, quemadmodum et *Anastadium diaconissam*, et ad *Anastadium ὑπά-τισσαν* siue consulis coniugem exstant *Seueri Antiocheni* epistolae MSS. in bibl. Coisl. niana. Vide eius catalogum p. 56. et 263.

*Anastasius, Eleutheropolitanus* in Palaestina episcopus, subscripsit synodo Hierosolymitanae a. 536.

*Anastasius*. episcopus in Palaestina Gabenus, interfuit eidem synodo Hierosolymitanae a. 536. celebratae.

*Anastasius*, Gnosii in Creta episcopus, interfuit synodo Nicaenae secundae a. 787. Ad hunc *Theodori Studitae* epistolae.

[*Anastasiu Germonii*, I. C. archidiaconi et professoris iuris pontifici in gymnasio Taurin. animaduers. tam ex iure pontificio quam caesareo libri II. Taurin. 1586. fol. v. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 201. A. — *Anastasiu Gordius*, ex Acarnania hieromonachus, utramque linguam callens, vide *Demetrium Procopium*, de viris eruditis, infra in vol. XI. p. 802. ed. vet. *Harl.*]

*Anastasius Hierosolymitanus* interfuit synodo CPol. in trullo habitae a. C. 680. citatur a *Manuele Caleca* de essentia et operatione tom. II. auctar. nouiss. *Combesii*. p. 26. Κατὰ γὰρ τὸν Θεὸν Ἀναστάσιον ἱεροσολύμων, τριχῶς λέγεται ἡ ἐνέργεια. *Combesii* p. 131. mendum esse putat pro *Σινάι*, siue *Sinaita*, sine graui caussa, ut exillimo.

*Anastasius iconoclasta*, supra in CPolitano.

*Flauius Valerius Anastasius Dyrrhachenus*, cognomento *Dicorus*, imperator orientis ab 7. April. a. C. 491. ad 10. Iul. 518. de cuius laudibus *Procopius* c. 19. anecdot. Hic professionem fidei misit ad *Constantinum*, episcopum vrbis Romae per *Scholasticum Patritium* exarchum. Vide *Anastadium* bibliothecarium in vita *Constantini papae*. *Fabr. Conf. Lamber.* VII. p. 104. sqq. ibique *Kollar.* not. pag. 109. sq. et *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XVIII. p. 521. sqq. 529. 532. sq. *Villoison* anecdota gr. part. II. p. 28. sqq. et 45. sq. infra vol. XI. p. 422. et 423. ed. vet. Multus est de eo et de controuersis, sub eo agitat, *Chaufepié* in nouveau Dictionnaire etc. tom. I. pag. 319. sqq. voc. *Anastase* I. — *Anastasi* imp. epistola ad abbatem *Theodosium*, archimandritam, *Florentiae* in cod. *Laurent* IX. nr. 18. fin. plut. II. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 505. — Epistola *Attici*,

*Attici*, episc. CPolitani et particula historiae ecclesiasticae sub imp. Anastasio, *Paris.* in bibl. publ. teste *Montfaucon* in Bibl. bibliothecar. MSS. p. 903. *D. Harl.*

*Flavius Artemius* siue *Anastasius II.* *imperator* orientis a festo pentecostes a. 713. ad a. 715. quo captus a Theodosio III. Adramytteno Theffalonicamque relegatus, et deinde ab imp. Leone III. capite minutus est. Vide Nicephori CPol. breuiar.

*Anastasius, Iotapensis* in Isauria episcopus, interfuit synodo Hierosol. a. 536. et CPol. sub Memna eodem anno celebratae.

*Anastasius, Linoae* in Bithynia, et alter *Anastasius, Maeonias* in Lydia episcopus, interfuerunt synodo CPol. a. 680.

*Anastasius martyr*, cuius encomium scriptum a Georgio Piside tradunt quidam Suidae codices in Γεωργίος. Vide supra, p. 53. [in h. vol. p. 193. ubi etiam de aliis Anastasiis agitur,] et volum. VIII. pag. 787. [i. vol. IX. pag. 702. nou. ed.] infra, in Persa. *Anastasius martyr*, cum undecim fratribus sub Iuliano imp. vid. tract. praeliminar. ad tom. I. Act. SS. Iul. Alius, de quo Menologia V. Dec. *Fabr.* — *Florentias* in cod. bibl. b. Mariae vita Anastasii, et vita ac passio Anastasii cum undecim fratribus. v. *Montfaucon*. diar. ital. p. 372. et Bibl. biblioth. MSS. p. 417. *D.* — In cod. *Barocc.* CLXXXIII. Anastasii martyrium: incip. Τῆς μεγάλης πόλεως Ἱεροσολύμων. — *Romas* in bibl. Vatic. cod. quondam Petau. — ibid. in alio cod. acta et passio Anastasii, martyris de Persida ciuitate. — eadem bis *Florent.* in codd. Laurent. — bis in bibl. *Sfortiana*; — in multis codd. *Mazarin.* v. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 75. *A.* 143. *D.* 261. *B.* 262. *C.* 417. *D.* 699. *B.* *D.* 1306. *D.* et 1318. *A.* — *Mosquae* in cod. synod. XXI. encomium Anastasii cuiusdam; incip. εὐχ. εἰς τὴν λαμπρότητα. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 41. nr. II. ed. in 8. *Harl.*

*Anastasii duo*, *S. Maximi* confessoris discipuli, *Lambec.* VIII. p. 444. [p. 933. Kollar.] Horum alter Anastasius, rom. eccles. *Apocripiarius* ss) de obitu S. Maximi [P] scripsit ad Theodosium Gangrensem presb. et vitam atque Acta huius magistri sui Maximi composuit. Vide eundem *Lambec.* VIII. p. 127. [p. 272. seq. ibique Kollar.] *Sirmond.* tom. III. Opp. p. 573. 602. et in tomo primo operum S. Maximi edit. Combefisiana, et quae notati volum. VIII. huius bibl. pag. 729. [i. p. 635. seq. nou. edit.] nec non *Baronium*

ss) *Apocripiarius*, (h. e. legatus episcopi aut pontificis rom.) mortuus est d. 15. Oct. a. 666. v. *Mazzuchelli*. Scrittori d'Italia, I. p. 661. Sed *Ordin.* comun. de SS. eccl. I. col. 1652. eum d. XI. Oct. et Cauchist. litt. SS. eccl. tom. I. ad a. 655. p. 591. d. V. id. Oct. vita defunctum esse scribunt. *Petr. Dan. Huetius* de claris interpretibus p. 154. ed. Par. aut pag. 250. ed. Stadae 1680. 12. in adfectandis, ait, Graecia, et quum linguarum etiam

minime ferret discrepantia, ad verbum referendis nimis est et insolens Anastasius Apocripiarius, cuius expressas ex Hippolyto Portuensi interpretationes videre mihi contigit, nimia religione attenuatas. Tum iudicat quoque de *Anastasio* bibliothecario, et de *Anastasio* quodam, qui Gregorii Nazianzeni vitam, a Gregorio presbytero circ. a. 940. scriptam lat. vertisse, at latini stili barbarie obleuisse dicitur. *Harl.*

quoniam ad a. 640–657. ubi eadem acta Maximi ab Anastasio prodita exhibet latine ex versione Petri Morini, qui ea transtulit ex tribus codicibus Vaticanis. Anastasii *monachi* ad commune monachorum collegium Calaritanum, legitur tom. I. opp. S. Maximi p. XLIII. *Fabr.* Et in bibl. patrum, tom. XII. p. 851. atque inter Anastasii collectanea, a Sirmondo edita, Paris. 1620. 8. p. 142. — Is mortuus est sec. *Oudin.* l. c. in Lazica d. 24. Iul. a. 662. sed secundum *Cous* l. c. a quo haud dissentire videtur *Mazzuchell.* l. mem. d. 24. Iul. a. 664. vix adhuc femivivus, tam ex tormentorum et verberum, quae Byzantii sustinuerat, copia, quam ex afflictionibus et angustiis in Lazica ipsi illatis, quum a. 662. Lazica cum Maximo deportatus, ibique castello Scotori dicto Apfiliæ prope Abasgiam, dein Suanensis inclusus fuisset. *Harl.*

Anastasius *Michaelis Macedo*, qui Halae Sax. 1707. fol. gr. et lat. edidit σύμβολον χειρῶς νέας s. scriptum; quo Friderico I. regi Prussiae et eius filio Friderico Guil. sponso gratulatur. v. diar. Belgic. Boeckzaal van Europe 1707. p. 486. seq. *Fabr.* Add. infra in vol. X. p. 538. ed. vet. et Demetr. Procopium, infra, in vol. XI. p. 803. c. XCIV. ed. vet. *Harl.*

[Anastasius *medicus.* v. infra, vol. XIII. p. 56. *Harl.*]

[Anastasius *melodius.* Vid. infra, vol. X. p. 130. ed. vet. *Harl.*]

Anastasius *monachus* circa a. 520. cuius mentio in adpendice ad vitam S. Io. Climaci. *Fabr.* A *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 1218. E. et p. 1219. C. citantur codd. bibl. SS. Sergii et Bacchi, qui continent epistolam *Anastasi monachi* ad G. abbatem de corpore *Christi.* Sed nomen *monachi* etiam in codd. interdum tribuitur Anastasio Sinaitae. *Harl.*

Anastasius, *Narnensis* in Umbria episcopus, interfuit concilio Romano Lateranensi a. 649.

Anastasius, episcopus *Nicaensium* metropolitanus subscripsit a. 520. relationi synodi CPol. de ordinatione Epiphani episcopi et concilio interfuit, sub Menna habito CPoli a. 536. In bibl. Coisliniana p. 389. exstat MS. ὑπόθεσις καὶ ἐρμηνεία τῆς ψαλτηρίας τῶν ἑκατὸν πενήκοντα ψαλμῶν ἀπὸ τῶν Ἀναστασίου μητροπολίτου Νικαίας. Et p. 244. Catena MS. in psalmos collecta tum ex aliis, tum ex Anastasio Nicaeno. Sub Anastasio Nicaeni nomine quaestiones varias et responsiones edidit Heruetus<sup>4)</sup>, quae in aliis codicibus et in editione Gretseri rectius referuntur ad Anastasium Sinaitam. Sed de his supra ad §. IV. 3.

Anastasius, *Nicopoleos* in Epiro episcopus, interfuit synodo sextae sive Trullanae CPol. a. 680.

Anastasius notarius *ὑπερωνάριος* romanus in synodo Lateranensi a. 649.

S. Anastasius *Persa*, monachus in monasterio S. abbatis Anastasii non procul Hierosolymis, occisus a. 628. de quo Surius et Bollandus ad 22. Ian. Vide supra in martyre. [et in h. vol. p. 193. seq. *Harl.*]

Anasta-

11) Eadem exstant in bibl. patr. Paris. 1575. vol. VI. col. 121. fol. et 1589. vol. I. col. 23. fol. *Harl.*

Anastasi<sup>us</sup>, *Polemonius* in Ponto episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. 680.

Anastasi<sup>us</sup>, *praefectus* magni montis Antonii, de quo in vita S. Ioannis Eleemosynarii.

Anastasi<sup>us</sup> *presbyter*, qui Romae causam Honorii papae sciscitatus est, de quo S. *Maximus confessor* tom. II. p. 132.

Anastasi<sup>us</sup> *presbyter*, de quo Io. *Moschus* in *prato* c. 48. 49.

Anastasi<sup>us</sup> *presbyter* tituli Anastasiae, qui interfuit concilio Rom. a. 495. 499.

Alius Anastasi<sup>us</sup> *presbyter*, auctor collectaneorum aduersus Seuerianos, quae latine ex Turriani versione exstant tom. IV. Lectt. Canisii, (tom. II. edit. nou. p. 250.) et integriora habentur ista graeco in codice collegii Iesuitarum Paris. vid. *Harduini* Opp. selecta pag. 239. 243.

[Anastasi<sup>us</sup> *presbyter*, amicus Nestorii. v. *Schroeckh*. Hist. eccles. christ. tom. XVIII. pag. 187. *Harl.*]

[Anastasi<sup>i</sup> *presbyteri*, nescio, cuius, epistola, Romae in bibl. Vatican. inter codd. reginae Sueciae; et in cod. *San-Germanensi*, de Anastasio *presbytero*. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 51. nr. 1622. et p. 1157. nr. 17. — *Oxon.* in cod. *Selden.* IX. f. nr. 3397. cat. codd. Angliae etc. I. Anastasi<sup>i</sup> *presbyteri* et vxoris *Theogoniae* miraculum. — Anastasi<sup>i</sup> *monachi* et *presbyteri* montis Simai (de quo vid. ad §. II. sqq. et *Adelung* in *Gelehr.* Lexic. I. pag. 777. seq.) homilia, habita in passionem Iesu Christi, (inedita,) *Taurini* in cod. reg. CLXVI. v. catal. codd. gr. Taur. p. 253. *Harl.*]

Anastasi<sup>us</sup>, *prior* monasterii Romanorum CPoli, subscripsit synodo sub Menna a. 536.

[P.] Anastasi<sup>us</sup> *protospatharius*, ad quem Theodori Studitae epistola.

[Anastasi<sup>us</sup>, *quaestor*, (Κοιτωσε) or. in S. Agathonicum: incip.: λαμπρὰ μὲν τὰ τῆς ὑποδείξεως, Mosquae in cod. synod. XXVI. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 42. nr. 18. *Harl.*]

Anastasi<sup>us</sup>, *Rashlenorum* siue *Arachlenorum* in Phoenicia maritima episcopus, interfuit concilio CPol. generali quinto, a. 553.

Anastasi<sup>us</sup> I. episc. Romanus ab a. 398. ad 401. [aut sec. Baron. in Ann. eccl. d. 27. April. a. 402.] de quo *Henschenius* ad 27. April. tom. III. Aët. SS. p. 491. sqq. *Lud. Jac. a S. Carolo* in bibl. pontific. p. 15. seq. et *Tillemontius* tom. XII. memor. Ex epistolis tribus, quae sub eius nomine in conciliorum tomis leguntur, genuina est illa ad *Ioannem Hierosol.* quam habes etiam inter Hieronymi epistolas et Io. Garnerii notis illustratam tom. I. Opp. Marii Mercatoris p. 109. seq. [et in *Constant* ed. epistoll. pontificum, vol. I. p. 723.] De suppositis ei epistolis *Bloudellus* in pseudo-Isidoro p. 557. seq. *Fabr.* De hoc et reliquis Anastasi<sup>i</sup> pontificibus romanis, II. III. (tam antipapa, contra verum

Hhhh 2

pontificem

pontificem Benedictum III. a. 855. creato, quam legitimo, creato circ. a. 912. mortuo, a. 913.) et IV. plura tradidit *Mazzuchelli* l. c. p. 659. sqq. Add. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 87. ed. Mansi. — Primi *Anastasi* epistola ad Ioann. episc. Hierosolym. super nomine Rufini *Oxon.* in cod. XVIII. coll. Baliolens. f. nr. 377. cat. MSS. Angliae etc. I. 2. et *Dublino* in cod. VII. nr. 7. coll. Trinitat. f. nr. 147. cat. cit. II. 2. et in edd. Hieronymi, a *Fossio* in cat. bibl. Magliabech. tom. II. p. 850. memoratis, et notante *Fossio*, Mansius innuit in Supplem. aliam sinceram huius pontificis epistolam in tom. I. conciliorum se adiecisse. Add. infra, vol. XI. p. 390. 391. et 763. ed. vet. *Harl.*

**Anastasius II.** episcopus Rom. ab a. 496. ad 498. cuius fragmenta epistolae ad Vrsicinum dat *Baluzius* in noua collect. concilior. p. 1457. et *Harduinus* tom. II. concil. p. 951. apud quem p. 947. etiam legitur epistola Anastasii papae ad *Anastasium* imp. <sup>uu)</sup> Non alteram ad *Clodouum* Francorum regem, qua ei christianam fidem exordio pontificatus sui susceptam gratulatus est, omisit. Eam dedere *Dacherius* tom. V. spicileg. pag. 582. et tom. III. ed. nouae p. 304. et *Labbeus* tom. IV. concil. p. 1282. *Carolus le Coigne* tom. I. Annal. ecclesiast. Francor. etc. *Libros de Trinitate*, et alios, quos *Platina* et *Guilelmo* bibliothecario commemorat, nemo hactenus in lucem protulit.

**Anastasius III.** episcopus Rom. ab a. 912. ad 914. cuius epitaphium habet *Baronius* ad a. 912. I. *Vatis Anastasii requiescunt membra sepulchro* etc.

**Anastasius IV.** episcopus Rom. a. 1153. et 1154. cuius epistolae XIII. in concilio Labbei tom. X. p. 1132. et decima ad episcopos et abbates prouinciae Burdegalensis, (quam *Baluzius* ad Marcum de concordia sacerdotii et imperii vulgauerat,) p. 1851. Epistolae decem apud *Harduinum* tom. VI. parte 2. p. 1323. <sup>vv)</sup> qui alias duas, alteram ad archiepiscopum Bracarensem, et alteram ad Hyacinthum cardinalem, quærere iussit apud *Odonum* Raynaldum ad a. MCCXXXIX. nr. 54. seq. ubi male in margine Raynaldi notatur *Anastasius II.* pro IV. *Fabr.* *Mazzuchelli* l. c. p. 660. seq. addit, vnam editam esse a *Dacherio* tom. III. spicileg. p. 495. duas a *Martene* in noua collect. vet. scriptt. et monumentorum, tom. I. part. 1. p. 89. et part. 2. p. 61. atque vnam ab *Vghell.* tom. I. Italiae saeculæ, col. 395. in eodemque opere tom. I. part. 2. col. 109. et 436. tom. III. col. 315. et 460. tom. IV. col. 660. et tom. VIII. col. 175. multa reperiri eiusdem pontificis rom. diplomata et priuilegia in *Storia del Campo*, vol. II. p. 353. — *Anastasi* papae, (forsan quarti,) epistolae, decreta et alia in multis seruantur codd. a *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. msst. passim memoratis. Vid. indicem, tom. I. praemissum, voc. *Anastasi papae*. — De *Anastasio IV.* *Helenae* mausoleo porphyretico illato, et de donis eius v. *Mabillon.* museum italicum, tom. II. p. 569. seq. *Harl.*

[*Anastasius*

<sup>uu)</sup> Exstat *Romae* in bibl. Vaticana. — in bibl. *Coetaniana* etc. v. *Montfaucon.* l. cit. p. 104. C. 636. B. etc. et pag. 1369. A. in B. S. Victoris, (Parisiensis,) *Anastasi* papae quaedam. — Conf. *Schroechh.* hist. eccl. christ. tom. XVI. p. 194. sq.

*Oxon.* in cod. Laud. LXVIII. f. nr. 1105. cat. MSS. Angliae I. 1. *Privilegium Anastasi papae rom.* haud tamen addito numero, quo distingueretur — Forsan pertinet ad *Anastasium IV.* *Harl.* <sup>vv)</sup> Vid. infra, vol. XI. p. 614. ed. vet. *Harl.*

[Anastasius *protospatharius*, ad eum scribit Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 322. *Hartl.*]

Anastasius *Senogallensis* in ducatu Vrbinatē episcopus, subscripsit Pauli I. papae constituto, a. 761.

Anastasius *Tabienfis* siue *Tauientfis*, *Taßias* in Galatia episcopus, vicem gerens metropolitani Dorothei Ancyrae, adfuit concilio CPol. a. 553.

Anastasius, *Tenedi* insulae in Cycladibus episcopus, interfuit concilio Ephesino a. 431. et conciliabulo a. 449.

Anastasius *Theototianorum* episcopus, supra, Apolloniadis.

Anastasius Thessalonic. episc. ad quem Leonis M. epist. *Fabr.* conf. *Schroechh.* l. c. tom. XVII. pag. 88. *Hartl.*

Anastasius, *Tiberiopolitanus* in Phrygia Pacatiana episcopus, interfuit synodo CPol. a. 680.

[P] Anastasius, *Tiburtinus* (= *Tiuoli*) in Campania Romana episcopus, interfuit concilio Romano a. 595. et alius a. 721.

Anastasius, *Ticini* in ducatu Mediolanensi episcopus, interfuit Romano concilio celebrato a. 680.

Anastasius, *Trium Tabernarum* in Latio episcopus, interfuit concilio Rom. a. 853.

Anastasius, *Tripolitos* in Lydia episcopus, interfuit synodo generali septimae siue Nicaenae secundae a. 787.

Anastasius, *Tudensis* in Gallaecia Hispaniae provincia episcopus, Toletanae interfuit synodo a. 633.

Anastasius, *Tynaei* in Pisidia episcopus, interfuit synodo Photianae a. 879.

Anastasius, *Vagrorum* siue Hungarorum archiepiscopus, a. 1007, subscripsit diplomati Iohannis papae XVII. quod in vita S. Henrici edidit Gretserus et e Gretsero *Harduinus* tom. VI. concil. pag. 770.

De S. Anastasia ytraque Romana dixi supra p. 193. Et de Anastasia diaconissa et Anastasia consilia coniugo p. 608. in Anastasio diacono. *Fabr.* Conf. supra, vol. IX. p. 261; infra vol. XI. vet. edit. p. 423. — *Seueri* epp. ad Anastasiam, consulis uxorem, et ad Anastasiam, diaconissam. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 56. nr. 34. et 35. — In cod. *Bodleiano* IV. 25. (f. nr. 2432. cat. MSS. Angliae I. part. 1.) passio S. *Chrysogoni* martyris et *Anastasiae* virginis, VIII. Cal. Decembr. — et in cod. *Bodlei.* LXXII. 93. (nr. 2567. cat. cit.) vita *Anastasiae* virginis, antiquis versibus anglicis descripta. — Plura de illa Anastasia romana, a. 303. interfecta eiusque duabus epistolis scripsit, multosque, qui eius vitam persequuti sunt, citauit *Mazzuchell.* l. c. p. 659. — Idem pag. 669. sqq. copiose exposuit vitam scriptaque *Philippi Anastasi* archiepiscopi Surrent. in Campania, nati 1656. *Ludouici Anastasi*, archiepiscopi Surrent. nati 1692. et trium aliorum Anastasiorum, Itatorum, recentioris aetatis, aliosque Germanos natione *Adelung.* l. c. p. 770. sqq. *Hartl.*

## CAPVT XXXIII. (olim XXXVI.)

## DE SEVERO ANTIOCHENO, OLYMPIODORO ALEX. ET ZACHARIA SCHOLASTICO.

*Seuerus Antiochenus. I. Eius scripta. II. Alii Seueri. III. Olympiodorus Alex. IV. Olympiodori alii. V. Index scriptorum in Olympiodori commentariis ad Meteora laudatorum. VI. Zacharias scholasticus. VII.*

[Cum supplementis G. C. Harles.]

**S**EVERVS Sozopolitanus in Pisidia, ex caesidico Berytenfi monachus ac post Flavianum a. C. 513. <sup>1000</sup>) episcopus *Antiochenus*, sed quoniam synodo Chalcedonensi aduersabatur, ob Eutychianam haeresin depositus primo anno Iustini imp. (CHRISTI 519. <sup>1001</sup>) Antiocheno 567.) successorem nactus Paulum, et, hoc defuncto, Euphrasium. Deinde edicto Iustiniani iterum condemnatus, contra Aphthartodocetas ita depugnauit, ut caput daret contrariae haeresi, quae ab ipso dicta est *Seuerianorum* sive *corrupticolarum*, de qua videndus *Damascenus* c. 84. et e recentioribus *Natahs Alex. saec. VI.* p. 400. et *Garnerius* ad *Liberatum* p. 140. *Oi ἔχοντες τὰ Σευρήν συγγράμματα, καὶ μὴ καίοντες αὐτὰ, χερσπονοῦνται, Matthaeus Blastares* p. 59. syntagm. *Fabr.* [v. inter Nouell. Iustini: nr. 43. et *Caus. l. cit.* p. 501. *Harl.*] Vita Seueri huius, quam olim legit *Bugrinus* III. [P.] 33. et *Liberatus* cap. 19. breuiarii, in-

<sup>1000</sup>) Ab anno Chr. 513. Seuerum fuisse episcopum Antiochenum, scribit *Saxius* in *Onomast.* II. p. 17. laudatque *Pagii* critic. Baron. ad a. 513. II. III. pag. 126-130. *Caus* tamen in *Hist. litter. SS. eccles.* tom. I. p. 499. (vbi nactus est de hoc Seuero, qui interdum *archiepiscopus* Antiochenus nuncupatur, eiusque scriptis,) „anno, inquit, 513. Flauiano, patriarcha Antiocheno, ob fidei catholicae defensionem sede sua pulso, Seuerus tunc sibi thronum arripuit; et in *Enthronificis* tum litteris, tum sermonibus, statim se Zenonis *Henoticum* suscipere, et synodum Chalcedonensem anathematizare dilerte professus est.“ De *Seuerianis* vide *Oudin.* comm. de SS. eccles. tom. I. pag. 1068. et 1360. inprimis *Assmannus*, de quo postea sermo erit, passim in tom. III. part. I. v. ibi indic. voc. *Seuerus*. — In bibl. *Coislin.* pag. 26. cod. XXXIV. est definitio synodi CPolit. II.

contra impium Seuerum alioque cum ethnicis sentientes haereticos, (quam *Montfaucon* ait consentire cum edit. Concil.) tum sententia Mennae patriarchae contra eundem — ibid. pag. 263. seq. editae sunt a *Montfaucon.* graec. et lat. e codi. CCV. *definitiones fidei orthodoxae*, in quibus anathemate quoque damnatur Seuerus impius et cum Graecis, (h. e. deorum cultoribus,) sentiens. Ibid. p. 56. sq. plura ex diuersis Seueri opusculis adferuntur fragmenta; in his *Testimonia Seueri Acephali, haeresisque principis.* (ἀκεφαλῆς) et ethnici (ἔθνη) qui Antiochiae Syriae archiepiscopus fuit. — Romae in bibl. patrum S. Basilii sunt libri canonum duo, in quorum vno acta contra Seuerum, v. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 196. *A. Harl.*

xx) Anno 518. sec. *Assmann.* l. c. p. 408. tom. II. vti postea docebimus. *Harl.*

tercidit. [Add. *Euagrii* H. E. lib. IV. cap. 10. et p. 336. sqq. *Walsh*. in historia haeresium tom. VII. p. 128. sqq. de controuersis monophysit. sub imper. Iustiniano primo etc.] Inter-  
ciderunt et Acta synodi aduersus eum celebratae CPoli a. 518. sub Ioanne patriarcha, de qua  
mentio in actione V. concilii sub Menna a. 536. Os omnium doctorum a Syris dictus est.  
v. *Assmann*. bibl. orient. tom. II. p. 241. Ex scriptis Seueri ipsius, quae olim exstiterē quam  
plurima, sola fere ad nos fragmenta peruenerunt. De syriaco scriptorum Seueri interprete,  
*Iacobo Edesseno*, a. C. 651. v. *Assmanni* bibl. orient. tom. I. pag. 469. 474. 488. vbi etiam  
mentio epistolae Seueri ad *Solonem*, *Isauriae principem*: idem etiam p. 494. vbi de Seueri tri-  
bus tomis homiliarum, syriace versis. De *Paullo*, episcopo Callinici, sexto saeculo ineunte  
claro, qui itidem plura Seueri syriace versit, vti ex nota ad calcem codicis Nitriensis XXIX.  
colligitur, locum dedit *Assmann*. ibid. tom. II. p. 46. seq. Alter post Seuerum, monophy-  
sitarum doctor praecipuus, *Philoxenus*, Syris *Mar Xenaias Mabuiensis*: eius epistola ad  
monachos ap. *Assmann*. bibl. orient. I. p. 479. et tom. II. p. 23. sqq. vbi plura illius scripta  
recensentur: et a p. 10. eius vita fataque enarrantur. *Fabr.* — *Assmann*. in bibl. sua or.  
multis aliis locis agit de Seuero Antiocheno. In tom. igitur I. p. 408. in chronico Edesseno  
§. LXXXVII. Iustinus dicitur, anno imperii secundo, qui fuit annus Graecor. octingentesi-  
mus tricesimus, (a. C. 519. m. Sept. quo etiam Baronium Seueri fugam narrare, animaduer-  
tit *Assmann*. in nota 4.) Seuerum Antiochia et Mabugo Xenaiam expulisse; sed *Assman-*  
*nus* in nota cit. obseruat, anno praecedenti id accidisse, doctēque probasse *Norisum* in libro  
de anno et epochis Syro-Macedonum diss. 3. cap. 6. atque *Euagrium* lib. IV. cap. IV. di-  
serte scribere, Iustinum primo imperii anno iussisse, Seuerum comprehendi; Dionysium de-  
mum testari, Seueri depositionem a. Graecorum 829. Christi 518. peractam fuisse: praeter-  
ea laudat *Pagium* a. 518. nr. 7. et 519. nr. 17. — Idem *Assmann*. in tom. II. in diss. praefixa de Monophysitis fol. d. quaedam de Seuerianis tradit. In ipsa bibliotheca ibid. pag. 54.  
ex loco Ioannis, Telae episcopi aequalis, notatur, Seuerum e vita migrasse a. Graecorum  
849. d. VIII. Febr. et Ioannem illum edidisse cantus syriacos de natiuitate Domini, et de lau-  
dibus Seueri Antiocheni, eosque exstare in cod. Clement. Vatic. XV. pag. 321. de chronico  
Gregorii Bar-hebraei, inter alia de fuga fatisque Seueri narratur, eum scripsisse *Philalethem*  
et *Zenonis Henotica* interpretatum esse, et, tandem, postquam se Alexandria contulerat in  
urbem regiam, fretus Theodoraē imperatricis patrocinio, demum sententia Agapeti papae,  
Byzantio eiectum, in Aegyptum reuertisse, ac monachi specie tandiu delituisse, donec Alex-  
andriae interisset die 28. Febr. anni Graecorum 850. a. Christi 539. Sed *Assmann*. in nota  
docet, eum a. Chr. 542. non 539. periisse. Add. p. 327. de nostro Seuero; et multis aliis  
locis nominantur Syri, a quibus varia Seueri opera citantur. — In tom. III. part. 1. p. 19.  
in not. testatur *Assmann*. se in biblioth. coenobii Scetenfis S. Mariae Syrorum in deserto Ni-  
triensi vidisse cod. peruetustum syriacum, qui inter alia multa complectebatur vitam *Seueri*  
*patriarchae*. — Ibid. p. 167. in nota ex cod. syriaco locum adducit, in quo patres graeci,  
coacta oecumenica synodo, Seuerum eiusque symonistas et gregales condemnasse dicuntur. —  
Add. de nostro *C. Guil. Franc. Walsh*. in historia haeresium, germanice scripta, tom. VI.  
p. 981. sqq. (vbi quoque laudat *Tillemont*. p. 682. *Lequien* or. Chr. tom. II. p. 730. sqq.) —  
t. VII. p. 134. p. 16. sqq. vbi potiora Seueri scripta s. fragmenta et iudicia recensentur, (et p.  
23. not. 1. laudatur *Manfius* in adpendice tom. IV. Supplementi concilior. p. 467. sqq. et in  
collectio.



collectione ampliff. concilior. tom. VII. p. 499.) — saepius a pag. 128-231. tom. VIII. p. 540. de Seuerio et Seuerianis imprimis p. 818. sqq. de eius scriptis. — *Schroetk.* hist. eccles. christian. tom. XVIII. p. 525. 528. 536. sqq. *Lambert.* comment. vol. III. p. 115. sqq. *Harl.*

II. *Seueri Antiocheni scripta* 11).

*Commentarii in Iobum, Matthaeum, Lucam, Iohannem, et alios S. scripturae libros, e quibus plura fragmenta passim in Catenis graecorum patrum editis atque ineditis leguntur* 22) iam sub *Seueri*, iam sub *Antiocheni*, iam ut apud Thomam Aquinatem sub *Graeci*, iam sub *Seueriani* nomine. Etiam in Catena Corderiana ad Lucae VII. 38. pro *Seruo* ex MS. Mazariniano *Seuerum* reponendum monet Combefisius in bibl. concionatoria, in qua ex iisdem plura produxit latine, nihil in illis haeretici obseruasse se testatus, quoniam nimirum Catenarum collectores heterodoxa de industria omiserunt, ut Catenae in Iohannem auctor fecisse se disertis verbis professus fuit, quam eandem cautionem etiam adhibuere in aliis, ut Apollinario, Theodoro Mopsuesteno, et Origene, Eusebio, Theodoro Heracleensi, Diodoro Tarsensi etc.

*Seueri πῶς νοητέον τὴν τῷ Κυρίῳ τεταμένον ταφὴν. De concordantia euangelistarum circa ea, quae in sepulcro Domini contigerunt*, MS. in bibl. caesarea teste *Lambecio* III. p. 44. [p. 117. Koll. cuius not. conferes. *Harl.*] Integrum graecè et latine ex codice bibl. Coislinianae exhibet *Montfauconus* in catalogo codicum illius bibl. p. 68-75. Confer *Anastasi* Sinaitae quaestionem 152.

*Λόγοι* siue sermones quam plurimi, ex quibus fragmenta in MSS. bibl. Coislinianae ἀπὸ λόγου ἰδ' i. e. etc. vsque ad ϛζ' siue 160. Etiam in Catena Ghisleriana ad Ieremiam tom. I. p. 438. ἀπὸ λόγου ζβ'. Vide *Montfauconi* bibl. Coislinianam, p. 53. et p. 61. vbi ἐκ τῶ λόγου εἰς τὸ φωτισήριον, in baptismum, εἰρημένε. *Fabr.* Iacobus Edessenus et alius *Seueri*

39) Codd. *Nyrienses* in bibl. Vaticana bene multos, in quibus plures partes scriptorum *Seueri* syriace verborum continentur, recenset *Assmann*. in bibl. orient. tom. I. pag. 569. sqq. cod. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. e quibus etiam catal. *Fabric.* suppleri potest, tum p. 585. in cod. I. *Beroensis*: p. 601. gr. in *Pentecosten*, inter codd. gr. *Abr. Massad* Maronitae: p. 613. cod. XV. *Assmanni*, *Seueri οὐνοῦχος* seu cantus tonis octo expressi, graec. *Harl.*

22) Conf. supra, vol. VIII. cap. 13. de catenis etc. pag. 644. 646. etc. In permultis catenis MSSis in varios libros sacros vel citantur *Antiochus* vel fragmenta ex variis eius scriptis-excerpta leguntur. Breuitatis causa tantum ablegabo ad *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag. 41. 43. 54. (vbi et

p. 55. sqq. multa alia *Seueri* scripta, aut potius fragmenta, in codd. potissimum Coislin. seruata memorantur,) p. 57. 66. sq. 68. bis, p. 75. 76. 138. 244. bis, p. 247. 248. 250. 251. 264. 267. 275. — tum ad cat. codd. gr. *Marcian.* Vener. p. 17. 19. 20. 22. 23. 24. add. cel. *Morell.* in bibl. MS. graec. et lat. tom. I. pag. 30. 32. et 48. — ad *Lambecii* comment. vol. III. 115. sq. 119. sqq. p. 35. not. 4. p. 43. not. 2. p. 67. 161. sq. 166. 174. et 345. — tom. IV. p. 394. Kollar. — ad catal. MSS. Angliae etc. I. 1. nr. 2329. f. cod. *Bodli.* IX. — nr. 3795. f. cod. *Huntington.* XLIX. explanatio apocalypses ex *Seuero* et aliis, arab. etc. — *Assmann.* in bibl. orient. II. p. 80. sqq. aliquot ex variis *Seueri* operibus loca, quae *Petrus Iunior* syriace versa produxit, reddidit et illustravit. *Harl.*

Seueri homilias, in syriacum transtulerunt sermonem, quae in tres tomos ita distributae fuerunt, ut primus complecteretur priores homilias 43. secundus, (qui ex versione Iacobi exstat in cod. Nitr. XXXI.) a 44-90. tertius a 91-125. v. *Assmann. bibl. orient. I. p. 494. add. ad §. 1.* — Teste *Montfauc. l. a Fabricio ad §. 1. iam cit. pag. 53. in cod. quondam regio memoratur sermo centesimus sexagesimus. Harl.*

Ἐκ τῶν ἐνθρονιστικῶν αὐτοῦ λόγων εἰς τὴν τῶν ἡμερῶν τεσσαρακοσὴν. *Ex eius inaugurabilibus sermonibus, in S. Quadragesima, dictus in parasceue eam praecedente, in Cassiani ecclesia. Incipit: Νόμος ἐστὶ καὶ τῶν σωματικῶν παλαυσμάτων. Fragmentum in Damasceno Mich. Lequien tom. I. p. 504. Fabr. A Moyse Barcepha in commentario de Paradiso, (lat. verso et edito ab Andrea Masio, typis Plantin. 1569. rec. in bibl. patrum,) citantur loca Seueri de Epithronio. v. *Assmann. bibl. orient. II. pag. 128. Add. p. 302. seq. et Montfauc. l. c. p. 56. fin. Harl.**

tom. III. p. 181. sq. De Zacharia rhetore et epi- scopo Meletinensi passim copiosius egit *Assmann*. in bibl. orient. tom. II. pag. 53. vbi Zachariae locus, a Dionysio Barsalibaeo in comment. in euangelia citatus, ex codd. syriacis Vatican. repetitur et illustratur: — ibid. p. 54-62. in cap. VII. de Zacharia episc. Meletinensi, quem eum- dem esse cum Zacharia rhetore censet, et late re- censet eius *historiam ecclesiasticam*, quae ano- nyma quidem exstat in cod. syriaco Vatic. 24. Sed *Assmann*. restituit auctoris nomen tum ex col- latione locorum, quae ab Euagrio ex Zacharia citantur, tum ex Barsalibaeo, qui eius nomen diserte prodidit. Tres vero partes illa continet: prima est epitome Socratis; altera Theodoret; tertia opus ipsius Zachariae a Theodosio iuniore vsque ad Iustinianum: isque cum maxime tertiam partem copiose perconsuet atque illustrat: add. ibid. p. 169. — p. 313. *Gregor. Bar-Hebraeus* in praefat. ad Chronicon syriacae scriptum, se, etiam proficitur, collegisse *Zachariae rhetoris* et alio- rum chronica: in vol. III. part. I. pag. 35. not. de *Zach. rhetoris* narratione de anno, (circ. 450.) quo mortuus dicitur Nestorius. Add. *Lequien* orient. christian. tom. I. pag. 442. et *Walsh.* hi- stor. haeref. tom. VIII. p. 824. sq. *Harl*.

5) *Oudin*. in comm. cit. tom. I. p. 1419. ad a. C. 550. vbi eum vocat Mytileneus archiepiscopus,

LIII

atque

nam in illo concilio iam successoris eius Palladii, episcopi metropolitani mentio, cuius vicem agebat Ioannes episcopus Cucusenorum ciuitatis<sup>1)</sup>. Sed praesens adfuit in concilio CPol. quod celebratum est sub Menna a. 536. in cuius actis plus simplici vice hic Zacharias, metropolita Mytilenaeus, memoratur. Ex eius scriptis ad nos pervenire:

I. Ἀμμώνιος *Ammonius*, siue dialogus cum quodam Ammonii, Alexandrini philosophi, discipulo, qui studii legum causa Berytum se contulerat, et Ammonii sententiam de mundi aeternitate propugnabat. Ὅτι ἡ συναιδὶς τοῦ Θεοῦ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει. Quod mundus non sit DEO coaeternus, sed eius opificium. In hoc dialogo exponit Zacharias, quae de eodem argumento disputauerat Alexandriae cum Ammonio illo Procli discipulo, et Gessio iatrosophista siue medicae artis doctore<sup>2)</sup>. Mentio etiam in hoc dialogo p. 333. Eustathii episcopi Berytii, qui synodo Ephesinae a. 449. et Chalcedonensi a. 451. interfuit. Pythagoram et Platonem p. 341. notat, fabulam de metempsychosi accepisse ab Aegyptiis. Mundum hunc visibilem, post res invisibiles μετὰ τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν productum contendit p. 362. Huius dialogi latina versio a Gentiano Herveto concinnata, mihi quae nunquam visa, traditur in catalogo bibl. Barberinae, vidisse lucem Venetiis a. 1556. Alia Gilberto Genebrardo auctore saepius prodiit in bibliothecis patrum,<sup>3)</sup> etiam in nouissima Lugdunensi tom. IX. pag. 759. [et in Galland. bibl. PP. tom. XI. pag. 266, 179. vbi conf. Prolegg. pag. X. Beck.] Sed et idem libellus editus fuit graece et latine cum versione et [P.] notis Ioannis Tarini ad calcem philocaliae Origenis, Paris. 1619. 4.<sup>4)</sup> Cum eiusdem Tarini (non Turriani, vt in Cauēi hist. litteraria scriptor. eccles. [et Oudin. l. c.] excusum,) versione notisque et notis Casp. Barthii Lipsiae 1654. 4.<sup>5)</sup> post Aeneae Gazaē Theophrastum, siue dialogum de animarum immortalitate. Falitur enim Gesnerus, Simlerusque, qui Zachariae Theophrastum tribuunt. Exstat praeterea Zachariae Ammonius graece et latine cum versione Genebrardi et Frontonis Ducae notis in tomo priore auctarii bibl. patrum Paris. 1624. p. 331. in bibliotheca patrum Morelliana a. 1644. 1654. tomo XI. (notis Ducae reiectis ad calcem tomi XIII.) Fabr. — De opificio mundi contra philosophos, aeternitatem ei adscribentes, Paris. in bibl. publ. eodd. CDLVIII. nr. 2. et CDLX. nr. 3. — dialogus, qui Ammonius inscribitur, in cod. Bodleiano, nr. 2040. 6. catal. MSS.

Angliae

atque de eius libris, tam mssis quam editis, copiosius agit: Oudin. igitur tantum, „vocatur, inquit, quoque Zacharias metropolita in actis oecumenici concilii quinti, quod a. 553. habitum a 165. patribus contra Anthimum et Theodorum sub Vigilio, romano pontifice, tunc CPoli agente, temporibus Iustiniani et Iustini imperatorum“ Hartl.

f) Europe Sauante a. 1718. Aout p. 233. 234.

u) Pag. 559. τῶν Φιτητῶν (τῶ Ἀμμωνία) ὁ πρῶτος Φιλόσοφος, ὅς ἐστιν αὐτὸς τὴν ἱστορίαν τῶ Κωσ καὶ Γαληνῶ τὰ ἐκ Περγᾶς σοφίαν, καὶ τῶν ἱατρικῶν φιλοσοφούντων διδάσκαλος κατὰ τοὺς Νόμους προσηνέστατος.

v) V. cata bibl. Leidens. p. 76. Hartl.

w) Ed. Paris. a. 1618. signatam ipse Fabric. supra in vol. VII. p. 221. notauit, et illius anni etiam praese fert quoque ed. in catal. bibl. Leff. inf. p. 62. ab Oudino l. c. et ab Hambergero in zuverl. Nachricht. II. pag. 584. sq. citata. Nihil autem editio esse videtur a. 1624. 4. quam ipse quondam in manibus habui, (v. supra in vol. IX. p. 62. nr. XXI.) et quae etiam citatur in catal. Menken. I. p. 31. et cat. Krohn. p. 88. Hartl.

x) Vel potius 1655. 4. vt ipse Fabric. infra in vol. XIII. p. 809. scripserat, et meum exemplar illius anni notam (Lipsiae — sumtibus Christiani Gerlachii et Sim. Beckensteinii Anno Domini MDCLV.) confirmat Hartl.

Angliae etc. I. — ibid. II. 2. nr. 5893. in cod. Th. Gale. — Venet. in bibl. Marcianae cod. CDXCVI. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 260. et quaedam Zachariae ibid. in cod. a Montfaucon. in bibl. biblioth. MSS. p. 471. E. memorato. Harl.

2. *Disputatio contra ea, quae de duobus principiis a Manichaeo quodam scripta et proiecta in viam publicam reperit, Iustiniano imperatore: Syntagma aduers. Manichaeos.* Scriptum breue vnius paginae, quod exstat latine ex Francisci Turriani versione in Henrici Canisii antiquis lect. tom. V. p. 143. Ingolstadt. 1604. 4. et nou. edit. tom. I. p. 428. et in biblioth. patrum Colon. 1618. t. VI. et Paris. 1644. 1654. t. IV. parte 2. et Lugd. t. IX. p. 794. [Galland. t. XI. p. 293] Graece MS. Romae in collegio Iesuitarum. Fabr. Syntagma, Romae in bibl. Vatic. cod. teste Montfaucon. in bibl. bibliothecar. MSS. p. 133. D. — Mosquae in bibl. typographi synodalis cod. XXXII. nr. 4. ἀντιρρήσεις Ζαχαρίας, ἐπισκόπου μυτιλήνης, τὸν πατριάρχου τῆς μανναίας διαλέγεσθαι etc. plura leges in Matthaei not. codd. gr. Mosquens. p. 2941sq. — Ἀντιρρήσεις Ζαχαρίας — εὐρόντος ταῦτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ὁψιαντος αὐτὰ μανναίας τινος ἐπὶ βασι. Ἰεσυνιανῆς, Monacii in cod. Bazar, LXVI. v. cl. Hardt. in Aretini Beytrüg. etc. a. 1804. part. 3. p. 29. seq. Is vero docet, in cod. illo multo plura contineri, quam edita sint, et sequi capita breuia XLIX. et de eodem adhuc capita breuia XVI. Harl.

3. Inter eos, qui Aristotelem commentariis illustrarunt, Zacharias refertur in codice bibl. Coislinianae, de quo Montfauconus p. 598.

#### Zacharias quidam alii.

Zacharias, Hierosolymitanus patriarcha, cuius epistola ad eccles. Hierosol. de abductione sua in Persidem (a. C. 614.) latine versa exstat in bibliotheca patrum tom. XII. edit. Lugd. pag. 984. [gr. MS. Paris. in bibl. publ. cod. DCCLX. nr. 39. add. infra vol. XIII. pag. 790. Harl.]

1. [Zacharias, patriarcha Alexandrinus, circ. a. C. 1012. scripsit epistolas Synodicas ad Ioannem Abdon, patriarcham, de quibus plura scripsit et quaedam ex cod. syriaco excerpta dedit Asseman. in bibl. orient. tom. II. p. 145. sq. in primis p. 151. seq. et Asseman. in illa bibl. passim plures Zacharias orientales produxit; quos paucis tantum commemorato licet: Zachar. episc. Edessae, a. Ch. 769. tom. I. p. 428. sq. tom. II. p. 113. et 114. — Zachar. Kazuinenfis, scriptor Mahometanus, conscripsit miracula gentium, tom. I. p. 178. sq. — Zachar. episcop. Castaræ, ibid. pag. 435. — Zach. episcop. Anbaræ et Haitas, ibid. p. 449. — Zach. qui dicitur martyr. ib. p. 439. XX. fin. — Zachar. Abach, princeps Curdorum, tom. III. part. 1. p. 622. — Zachar. Razensis, ibid. pag. 271. et Zachar. Tiphurenfis, ibid. p. 503. — R. Zakariah sermones pulcritudinis, Imre Schefer, et Aby Zach. Tatcha de theologia, arabice, Paris in bibl. publ. teste Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 712. nr. 192. et p. 714. nr. 420. — At de his, aequae ac de Zacharia, propheta V. T. et de Zacharia, patre Ioannis baptistae, atque de Zachariis recentissimae aetatis, quorum scripta mss. excitauit Montfaucon. in Bibl. biblioth. MSS. (v. ind. sub isto voc.) plura h. l. adferre, nec vacat, nec instituto bibl. gr. respondet. H.]

Zacharias *Catholicus* maioris Armeniae, ad quem Ioannes, archiepiscopus Nicaenus scripsit de natiuitate Domini etc. gr. et lat. in *Combeffii* auctario nouo tom. II. pag. 297. et lat. tom. XII. bibl. patr. p. 817. Zacharias *Chalcedonensis* metropolita, et alius Antioch. ad quos Photii epistolae: *Fabr.* conf. infra in cap. de Photio, sect. IX. fin. ante indicem etc. vbi alii praeterea nominantur Zacharias. Zach. *Chalced.* opusculum *de tempore*; continet V. breuissima argumenta, quibus ostendit, tempus non moueri: *Venetis* in cod. Marciano CCLVIII. v. catal. codd. gr. Marc. p. 128. *Harl.*

[Zacharias, *consul*, ad eum epistola Theodori Studitae, v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 144. 145. 148. 314. 315. 320. *Harl.*]

[Zacharias *Calliergus*, circ. a. 1499. v. supra, vol. VI. p. 352. fin. et p. 597. De edit. Theocriti supra ad vol. III. p. 780. sq. — Erotemata gr. L. in cod. *Faurin.* CCCXVIII. v. cat. MSS. gr. Taur. p. 398. Conf. *Humph. Hodijs* de Graecis illustribus lib. II. cap. 94 p. 317. sq. et *Saxius* in *Onomast.* lit. II. p. 527. *Harl.*]

[Zacharias *Manichaens*, filius Gagnaefii Manichaei. Multa de hoc scripsit *Photius* in narratione de Manichaeis repullulantibus, gr. cum lat. versione edita a *Montfauconio* in bibl. Coisl. p. 349. sqq. et quidem de hoc Zacharia p. 350. sq. et 363. sq. — *ibid.* p. 294. cod. CCXXXII. in opere de vita ascetica nude citatur *Zacharias.* *Harl.*

[Zacharias, *presbyter*, calligraphus, v. *Montfauc.* *Palaeogr.* gr. pag. 108. et 112. *Harl.*]

[Zachariae, nescio, cuius, vita, versibus antiq. anglicis conscripta, in cod. *Bodle.* LXXII. 93. f. nr. 2567. cat. MSS. Angliae etc. *Harl.*]

Zacharias, papa romanus ab a. 741. ad 752. de quo Acta Sanctorum XV. Martii, tom. II. p. 406. seq. Exstat eius *graeca versio dialogorum Gregorii magni*, in editione operum Gregorii Rom. 1590. et, (suppletis ex *Camisii* antiquar. lect. tom. III. p. 24. [tom. II. p. 89. ed. Bafnag.] sex et dimidio, quae in priore deerant, libri tertii capitibus,) Paris. 1640. et in nouissima, quae Benedictinorum cura lucem vidit, *ibid.* 1705. tomo II. Aliorum Gregorii scriptorum versiones graecae ab eodem Zacharia concinnatae (quas olim legit Photius cod. CCLII.) interceiderant. *Fabr. Vindobon.* in cod. CLXXXVII. nr. 17. Excerpta quaedam ex S. Gregorii M. dialogis de statu animarum post hanc vitam, gr. — *ib.* in cod. perantiquo CLXXXIX. dialogorum S. Gregorii M. liber secundus de vita et miraculis S. Benedicti, a principio vsque ad cap. decimum, et liber quartus ab initio vsque ad fin. cap. 61. f. vltimi. Vnaquaeque pagina diuisa est in duas columnas, quarum dextra continet versionem gr. Zachariae papae; sinistra autem ipsum Gregorii textum latinum. v. *Lambec.* comment. IV. pag. 445. et 458. sq. add. eundem not. 1. ad vol. VIII. p. 165. — De Stephano III. et Zacharia pontificibus in cod. Vatic. — canones synodi *Zachariae* etc. in cod. CDLXXII. bibl. *Cassinese*: v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 106. A. et 229. A. — De *Zacharia* pontif. vide plura in *Schroekhii* hist. eccl. christan. tom. XIX. pag. 204. 221. 226. 540. sq. 546. sq. et 550. *Fabric.*

Fabric. ad marg. exemplaris manu. adscriptor. Graecorum dialogorum versionem etiam separatim prodidisse in fol. sine a. et l. notatione, didici ex catal. bibl. Baluz. p. 5. — Add. infra in cap. de Photio, cod. CCLIII. et it. in vol. XI. pag. 477. et 480. ed. vet. Harl.

[Zachariae tres medici. v. elenchum medicor. vet. infra in vol. XIII. p. 453. — Zachary's Practise, inter chemicos codd. *Ashmoleanus* in cat. MSS. Angliae I. r. nr. 7658. — Liber magistri Zacariae de passionibus oculorum, inter codd. *Hawthorne* ib. tom. II. r. nr. 8970. Harl.]

Zacharias, monachus praemonstratensis \*) apud S. Martinum Laudunensem et Chrysopolitanus episcopus, circa a. 1157. clarus, latine scripsit *Commentarium* non contemnendum in *Concordiam evangelicam* siue Monotessarum graeci scriptoris Ammonii Alex. libris IV. qui ex veteri editione Colonienſi 1535. fol. recusus exstat in bibliotheca patrum Colon. tomò XII. parte 1. et Lugd. tom. XIX. *Fabr. Zach. Chrysopolitani* siue *Goldborough*, concordia etc. in cod. *Bodlei.* nr. 2035. cat. MSS. Angliae I. r. ibid. tom. II. r. nr. 1332. — nr. 7627. in cod. *Rob. Burrough.* — nr. 7944. et 7948. et 7983. in codd. CCXXII. CCLXI. et CCXXVI. bibl. *Iacobaeae.* Conf. *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1442. sq. ad a. 1150. vbi quoque codd. nominantur. Pauca dedit *Cass.* in hist. litter. SS. EE. tom. II. p. 232. ad a. 1157. Harl.

[P] Zacharias Scordilius Μαχαριας, Cretensis, vicarius patriarchae CPol, cuius περί τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν συνοπτικὴ συλλογὴ ἐκ διαφόρων, de gradibus cognationis synoptica collectio lucem vidit graece Venet. 1588. 8. \*) Idem fortasse Zacharias sacerdos Cretensis, cuius responsiones duodecim pro Graecis ad interrogationes Claudii Guiffi, cardinalis Lotharingiae, exstant graece MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* V. pag. 239. [p. 491. sq. cum nota Koll.] Opusculum de ieiuniis ad calcem Horologii additum citat *Nic. Comnenus* pag. 118. Praenot. myslagog. *Fabr.* Add. Responsiones etc. in cod. *Parif.* bibl. publ. CMXLIX. nr. 4. et infra in vol. X. p. 548. ed. vet. ac supr., vol. VIII. p. 90. fin. Harl.

Zacharias Gerganus, episcopus Artae, auctor *Χριστιανικῆς κατηχήσεως*, romanis oppositae et in decem libros distributae, quam oppugnandam in se suscepit Io. Matthaeus Caryophilus, archiepiscopus Iconiensis. Hic Urbano VIII. inscripsit, et graece ac latine Rom. 1631. 4. edidit *Ἀρχὴν τῆς ψευδοχριστιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίας τῷ Γεργανῷ ἀπὸ τῆς Ἀγτῆς*, in quo Zachariam sexcentis onerat conuiciis et LXX. blasphemiarum reum peragere nititur, quod in quibusdam D. Luthero nostro accedere potius, (hoc est ipsi p. 327. *Ἀντερολατρεῖς* esse,) quam pontificiis placitis adfentiri maluit.

LIII 3

[Zacha-

y) Vide Alberici, monachi trium fontium chronicon in illustris Leibnitii accessionibus historicis editum ad a. 1157. cuius locum *Caucus* aute me obseruauit.

\*) MS. *Taurini* in cod. reg. CLXX. Plura de eo leges in catal. codd. gr. Taur. p. 258. Harl.

[Zacharias *Ravennatensis*. In archivio *Ravennatensi* existat MS. Adriani papa de unione S. Zachariae ad mensam episcopalem *Ravennatensem*, dat. a. 1529. v. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 442. D. — *ibid.* p. 463. D. Sententia arbitralis, quae nullam unionem declarat ecclesiae S. Zachariae mensae archiepiscopalis *Ravennat.* *Harl.*]

[Zacharias, archiepiscopus S. *Thadaei* in imperio *Tartarorum*. v. ad eum epp. pontif. rom. in bibl. *Vaticanae* codd. nr. 25. 56. et fol. 121. secundum *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 162. A. B. et 163. A. *Harl.*]

## CAPVT XXXIV. (olim XXXVII.)

## DE IOANNE PHILOPONO GRAMMATICO.

Ioannis Philoponi aetas et vita. I. Alii Ioannes grammatici. II. Eius libri VII. in Hexaëmeron III. Index scriptorum in illis laudatorum ibid. Disputatio de paschate. IV. Contra Proclum de aeternitate mundi. V. In Porphyrii Isagogen et scripta varia Aristotelis, commentarii. VI. Scripta alia edita. VII. Inedita et deperdita. VIII.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

**I**OANNES Alexandrinus, Christianus, a multitudine scriptorum miraque contentione laboris in studiis, quibus animus eius inquires pascabatur, PHILOPONI nomen tulit, GRAMMATICUM ipsemet se fuisse professus a), fortasse quoniam [Γ] grammaticam Alexandriae publice docuit. In philosophia praeceptorem habuit Ammonium Hermiae, cuius pleraque commentariis Philoponi permixta leguntur. b) Aetatem, qua scripsit, satis perspicue tradit commen-

a) Grammaticum passim vocat Simplicius in libro de caelo, et τῆς γραμματικῆς βίβλου προοίμιον, p. 12. et p. 17. ὁ γραμματικὸς ἐστὶν ὁ πρῶτος διὰ τὴν γράψαν, et p. 17. b) ὁ γραμματικὸς διὰ τὴν γράψαν. In Onomast. Antiqq. Veronens. pag. 167. per typographi vitium dicitur Ioann. Alexander Philoponus pro Alexandrino. Ioannis huius grammatici mentio fit etiam apud Meimonidem libr. I. More Neuchim, cap. 71. p. 134. Fabr. Conf. de eo Pagii critica. Baron. 935. XIV. pag. 515-517. Cons. hist. litt. SS. eccl. I. p. 567. sq. ad a. C. 601. sed cum iam superiore saeculo claruisse, et vitam ultra an. 608. protraxisse, sibi persuadet; Quidam. in commentar. de SS. eccl. I. p. 1466. sqq. ad a. 530. cui tamen is sub medium saeculum sextum floruisse, et ad initium saeculi septimi, atque ad tempora Sergii, patriarchae CPolitani, venisse videtur; Bruther. in Historia critica philos. tom. III. p. 529. praesertim de Io. Philoponi philosophia; sic autem, quod Io. Philoponus iam, duce Photio, cod. XXIV. p. 6. a. C. 578. in disputatione quadam inter dyo. Trithemias duosque Severianos habuerit adfelas, et Alexandria, teste

Elmacino in historia Sarac. (arab. et lat. reddita studio Th. Erpenii, Lugd. B. 1625. fol.) libr. I. c. 3. p. 24. capta est a. C. 640. mense Decembri, concludit, Ioannem grammaticum valde senem et octogenario maiorem obuisse. Add. R. Coillier Hist. gentes AA. eccl. tom. XVII. p. 528. Hamberger. in zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 491. sqq. qui eius aetatem ponit in a. C. 641. si scilicet Abulpharagii narratio de Alexandria capta et Amri responsione de bibl. Alexandrina, vera est; at, forsitan Abulpharagium cum nostro alium grammaticum confudisse melius suspicatur W. G. in histor. haeresium, tom. VII. p. 208. Saxium in Onomast. lit. II. p. 39. sqq. qui, quod Io. Philop. a Simplicio non semel laudatus est, adsignat aetatem eius circ. a. C. 555. ideoque, ait, hoc aetatis circuitu serius poni non debebat: conf. quoque, quae collegi in Introduct. in hist. L. gr. II. part. 1. p. 418. sqq. Harl.

b) Vide, quae de hoc Ammonio dicta sunt libro IV. cap. 26. [Damasii quoque discipulus dicitur in cod. Mosquensi VI. v. Matthaei not. codd. Mosq. p. 24. nr. 15. Harl.]



commentario in librum IV. Physicorum, vbi de tempore disputare incipit S. 3. *Φαμέν γὰρ ἐνεστηκέναι τῶν καὶ ἐνιαυτὸν, καὶ μῆνα καὶ ἡμέραν. Ἐνιαυτὸν Διακλητικὸν ἔτος τλῆ, μῆνα Παχών, ἡμέραν δεκάτην.* Dicimus praesentem iam esse annum, mensem et diem. Annum quidem Diocletiani 333. (Christi 617.), mensem Pachon (Maium) diem decimam. Etiam libros in Hexaëmeron dedicauit Sergio, qui a. 610. Thomae in archiepiscopatu CPol. successit, defunctus a. 639. quumque a. 641. Amrus \*) Saracenorum dux cepisset Alexandriam, Ioannes Philoponus eum rogauit, vt libros philosophicos, qui in gazophylaciis siue bibliothecis regis reperirentur, sibi concederet, tulit vero responsum hoc iniussu caliphæ Omarî fieri non posse. At Omarus ab Amro consultus respondit: \*) *Quod ad libros, quorum mentionem facisti: si in illis continetur, quod cum libro Dei (Alcorano) conueniat, in libro Dei est, quod sufficiat absque illis: quod si in illis fuerit, quod libro Dei repugnet, usquequàm est illis opus: inbe igitur e medio tolli.* Iussit ergo Amrus dispegi eos per balnea Alexandriae, quibus calefaciendis per spatium semestre consumti sunt. \*) Propter placita varia a catholicis doctrinis abhorrentia male passum audit Philoponus, Chalcedonenſis ſynodi dogmaticque de resurrectione eorundem corporum oppugnator, \*) auctorque sectae Tritheitarum, \*)

c) Petrus Petitus miscell. obseruat. III. 18. p. 191. male ponit annum Diocletiani 333. et Christi 576.

d) Vide Simonis Ockley librum anglico editum: *conquest of Syria, Persia and Aegypt by the Saracens*, Lond. 1708. 3.

e) Abulpharaius Historia dynastiar. pag. 114. [arab. et lat. ed. ab Ed. Pococke Oxon. 1663. tom. II. 3. germanice versa et notis instructa a G. L. Bauer, Lips. 1783. et 1785. II. tom. 3. Harl.]

f) At falsam esse opinionem vulgarem, bibliothecam Ptolom. Alexandrinam iussu caliphæ Omarî fuisse combustam, docet cel. G. St. Craig in Magazin Encyclop. ann. 3. nr. 26. et in nota ad Examen critiq. des anciens Historiens d'Alexandre, ed. II. Paris. 1804. in. 4. pag. 772. Add. Beckii Specimen bibliothecarum Alexandrinarum, Lips. 1779. 4. Harl. Et in primis Carl Reinhard Euladungsfar. über die längsten Schicksal der alexandr. Bibliothek. Gött. 1792. 3. et qui fabulam tinentis Tiedemannus et Schroeckhii (v. huius Hist. eccl. XIX. p. 37. seq.) Beck.

g) Phot. bibl. cod. XXI. XXII. XXIII. LV. LXXV. etc.

h) Nicetas Byz. in Allatii Graecia orthodoxa tom. I. p. 715. Fabr. — Asseman. in bibl. or. tom. II. p. 96. sq. Ioannem quidem Philoponum, scribit, fuisse Tritheitarum parentem, vixisse sub Heraclio imperatore, et Leonem, Haranitarum episcopum, fuisse discipulum Georgii episcopi

Tagritensis, huiusque librum aduersus Probum et Ioannem Philoponum Eliam patriarcham Iacobitarum, incunte saeculo quarto florentem, laudasse: ibidem autem p. 324. de Sergio, presbytero Telenſi et patriarcha Monophysitarum disputans, sub illo, adnotat, inter Monophysitas clariſſe Ioannem, alterum Tritheitarum parentem, et Ioannem grammaticum, cognomento Philoponum; pag. denique 327. seq. longum Har. Hebraei locum syriace scriptum adfert, in quo Tritheitarum origo non ad Ioannem Philoponum, sed ad Ioannem alterum, cognomento Ascasagum, h. e. vtrius fundum, refertur, et inter alia narratur, Ioannem quoque Grammaticum s. Philoponum, Alexandrinum, quum ecclesiastica conditione clarescere coepisset, postremo eandem opinionem amplectum esse. Paulo post Abulpharaius tradit, Athanasium monachum, post mortem Ioannis Trisfundî, huius demonstrationes in vnum compingentem volumen, Alexandriam transmississe ad Ioannem Philoponum, et hunc de ea opinione librum conscripsisse atque misisse ad Athanasium; Alexandrinos autem, re cognita, librum simul et auctorem condemnasse. Reliqua pertinent ad historiam Tritheitarum. — Io. Riab. praefide Io. Georg. Walchio, diss. de origine et progressu tritheismi, Ienae 1732. 4. vbi S. VII. pag. 43. sqq. auctor agit de Philopono, eumque fuisse Tritheitam, at plura adhuc esse obscura, proficitur. — Schroeckh. in histor. ecclesiast. christiana

confutatus a Georgio Pside, <sup>1)</sup> Nicia, <sup>2)</sup> aliisque, et in concilio CPol. a. 681. <sup>3)</sup> inter alios haereticos condemnatus. *Fabr.* Nicetae, archidiaconi Chartophyl. anathematismi contra Ioan. Philoponum, in cod. Vindob. LXVII. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 542. *E. A. Harl.*

## II. Alii

stiana tom. XVIII. (qui pag. 619-630. historiam Trithemismi doctae persequitur) primum citat *Leont. Byz.* de Sectis, aet. V. p. 449. *Timoth.* de recept. haetic. p. 398. ed. Coteler. *Io. Damascen.* de haeres. p. 101. seq. ed. le Quien, et *Nicephori* hist. eccl. lib. XVIII. cap. 46. ubi Io. Philoponus parens illius sectae habetur; tum locum Assemanii a nobis citatum, n. pag. 327. seq. late excerptis; tandem ita componit utramque narrationem, ut statuatur, Assemanum potuisse primum esse Trithemitam, Philoponum tamen, siue illam opinionem ipse excogitarit, siue ab Assemanio adoptarit; proprie primum fuisse et dici sectae auctorem, atque omnem illius doctrinam et errores latius explicat. Repudiat igitur iudicia *Harenbergii* de commentitiis Trithemitarum haeresi, in *Otiis Gaudersheim.* p. 276. sq. et *Semleri* in hist. eccles. selectis capp. tom. I. pag. 439. seq. Ioanni Philopono eiusque adflectis omnino factam fuisse iniuriam: contra laudat *Io. Gottfr. Scharfsenberg.* diss. de Ioanne Philopono, Trithemismi defensore, Lips. 1768. 4. (Photii potissimum auctoritatem is sequutus oppugnat iudicia *Semleri* et *Moshemii* in institut. hist. eccles. saec. VI. part. 2. cap. 5. §. 10. conf. interpretem illius operis germanicum Heilbronensem, part. I. p. 330. sqq.) et *Christi. Guil. Franc. Walch.* historiam haeres. tom. VIII. p. 743. sqq. Hic autem vir, post fata quoque celeberrimus, omnem historiam Trithemismi ac Philoponi, praecipue huius eiusque sectae opiniones atque errores in tomo memorato pag. 684-778. diligentissime copiosissimeque exposuit: p. 692. sqq. retulit Nicephori et aliorum veterum de Philopono narrationes iudiciaque; p. 702. sqq. de Philopono ipso multa tradit: p. 706. solertius inquiri, quando vixerit Philoponus, comparatis locis, a Fabricio iam citatis. At, si Philoponus ultimis annis Iustiniani I. imperatoris, iam doctor a. 560. haud incelebris suam professus esset doctrinam, et tamen, auctore Abulpharaio a. 640. viribus animi corporisque integris, adhuc in vivis fuisset, sequeretur, ut ultra a. centesimum protraxisset aetatem: quod

quem haud probabile videatur: *Walch.* acute coniecit, (viti iam monuimus,) Abulpharaei narrationem esse suspectam, eumque cum nostro aliam grammaticum confudisse. Postquam nonnullos veteres doctores vel consecantes vel dissentientes enumeravit: ipsam historiam controversiae, initio ab Assemanio, Athanasio, praecipue a Philopono inter Monophysitas facta, secundum temporis ordinem late sciteque coniecit, et pag. 724. sqq. quae ab auctoribus utriusque partis scripta fuerunt, paucis indicavit. Tum p. 726. sqq. vherius inquisiuit, quatenam res aut doctrina controversa et plena dissensionis inter VV. doctores illius aevi fuerit; hinc primum ex antiquis scriptis ac fragmentis veterum, (Philoponi praesertim p. 728. sqq.) memorata scituque digna collegit, tum recentiorum VV. DD. Petavii, Rorbesii, Io. Franc. Buddei, (praecipue in Isagoge in theologiam libr. II. cap. 7. §. 5.) Moshemii, Baumgartenii, I. Fried. Cottae, Io. Lami, (de recta patrum Nicaenorum fide, cap. 33. §. 7. p. 113. sq. Venet. 1730.) aliorumque de Philopono eiusque ingenio atque haeresi iudicia recenset, denique omnem utriusque partis, praesertim Philoponi, studio philosophiae aristotelicae in errorem induci, controversiam, originem progressumque illius, et formulas, ex quibus controversiae existerunt, fusius enarrat examinatque. In sequentibus sectionibus pag. 762. sqq. pari modo controversiam inter Philoponum aliosque de resurrectione mortuorum etc. agitatem exponit; et pag. 815. seq. de Philopono adhuc quaedam addit. *Harl.*

i) Vide *Nicephorum* XVIII. 48. et *Nicetae* lib. 10. thesauri orthodoxae fidei.

k) De hoc infra, p. 390. De Theodoro contra Philoponum Photius cod. XXII.

l) Aetione XL tom. III. Harduin. pag. 1285. *Ἰωάννης ὁ Γραμματικὸς ὁ τῶν ἁγίων Φιλόπονος μὲν δὲ μαθητὴς, Κόνιος τε καὶ Εὐρύκλος δὲ τῶν τῆς τριτάτης τριπασχάριτος πρόμαχοι.*

[P] II. *Alii Ioannes grammaticus.*

Ioannem grammaticum a Philopono male distinguit *Melchior Legdecherus* diss. 2. de *Archaeologia sacra* §. 11. p. 25. ad calcem tomi I. de Rep. Hebraeorum, notatur eo nomine in memoriis litterariis Treuoltianis a. 1708. p. 620. Fuit tamen praeter Philoponum etiam Ioannes grammaticus, *Caesarensis*, cuius Apologiam pro synodo Chalcedonenſi contra Timotheum memorat Anastasius in Hodego p. 90. et 96. et contra quem scripsit Seuerus Antiochenus, ut supra, de Seueri Antioch. scriptis adnotaui: nec non Ioannes grammaticus, cuius manu descriptum a. C. 925. commentarium Hieroclis in carmina Pythagorae seruari in bibl. caesarea testatur *Lambecius* VII. p. 132. [p. 282. Koll. conf. supra ad vol. VI. pag. 371. med. adscripta: *Harl.*] Ne dicam de Ioanne *Charace*, cuius de graecis encliticis vocibus scriptum exſtat, [v. supra ad vol. VI. p. 337. *Harl.*] de Ioanne *Galeno* ſine *Pediasmo*, de Ioanne *Tzetza*, nee de Ioanne grammatico, (patria *Raennate* circ. a. 1400.) quem Leonh. Aretinus primum in Italia ſtudio eloquentiae reparasse ſcribit. v. *Voffium* de historicis latin. p. 524. et diarium Venetum tom. IX. p. 38. [conf. *Fabricii* bibl. mediae et inf. latin. tom. IV. p. 112: ed. *Mansi. Harl.*] Alius etiam Ioannes grammaticus, vir per cuncta laudabilis, de quo *Palio Beneuentanus* in Chronico ad a. Chr. 1120. t. V. *Muratorii* ſcriptor. Italiae p. 96.

*Scripta Ioannis Philoponi edita.*

III. Τῶν εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγος ζ'. *Commentariorum in Moſaicam mundi creationem libri VII.* ad *Sergium* CPol. patriarcham, quem τῶν ἐν αἰγυπτῶσι θεῶν τελέωντων μέγιστον ἐγκαταλίπωμα adpellat, eiusque hortatu ſuſcepisse ſe hoc opus teſtatur. Prodierunt graece et latine cum verſione *Balthasari Corderii* S. I. qui codicem bibl. caesareae a Seb. Tegnagelio nactus, illos vulgavit Viennae Austriae 1630. 4. Non ſatis diligenter ubique in graecis deſcribendis verſatum eſſe editorem, teſtatur eſt *Lambecius*, qui ex eodem codice nouam huius operis editionem daturum ſe promiſit cum notis in ſupplemento, quod meditabatur bibliothecae patrum. Vide *Lambecium* lib. I. p. 138. ſeq. [p. 249. ſeq. Kollar.] et III. p. 75: [p. 203. ſqq. Kollar.] Statim in prooemio pro ἐν αὐτῶν quod *Corderius* vertit cum ab externis illis, legendum ἐν ἀνεκτῶς, intolerabili more: ut alia doctiſſimo *Cotelerio* in notis ad monumenta eccleſiae graecae, aliisque viris eruditis notata omittam. Inſigne hoc Philoponi opus eſt, Photio pridem lectum et laudatum cod. XLIII. et CCXL. atque ex ſolo hoc propemodum integram verſionem *Aquilae*, *Symmachi* et *Theodotionis*, ad primum *Geneſeos* caput datur colligere, ut videre licet lib. 3. huius bibl. c. 12. [cap. 13. vol. III. nou. edit.] atque in *Montſauconi* Hexaplis *Origenianis*, incredibili et ſolertiſſimo ſtudio ex omni antiquitate editorum atque ineditorum monumentorum erutis et concinnatis. Paſſim in his Philoponi libris laudatur *Baſilius* \*) et aduerſus *Theodorum Mopſue-*

\*) Baſilium laudat pag. 2. 6. 7. 14. 15. 24. 28. 29. 75. 108. 111. 134. 162. 170. 176. *Theodorus Mopſueſtenus* oppugnatur p. 15. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 39. 33. 35. 39. 40. 44. 45. 47. 50. 74. 77. 78. 80. 84. 85. 90. 91. 95. 113. 119. 213. 225. 225. 226. 227. 229. 232. 233. 236. 237. 240. 241. 242. 243. [conf. ſupra in h. vol. pag. 355.] Citantur praeterea *Anaxagoras* 72. *Ariſtoteleſi* 17. 55. 73. 106.

Mosphaestonum defenditur, quem lib. 1. cap. 12. ait πλάττει μυθολογῶν ἐν τοῖς εἰς τὴν Γῆν [P] ὄν καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτῷ συγγράμματι. Theodoretum Theodori argumentis libenter uti notat lib. 1. c. 14. et Theodori ὑπερασπίσιν nuncupat lib. 1. c. 18. et lib. 2. c. 15. citatque ibidem et lib. 1. c. 16. eius solutiones εἰς τὴν τῆς παλαιᾶς γραφῆς ἀπορρομένην, quae adhuc supersunt. De Moyſis fide et auctoritate insignis locus lib. 2. cap. 13. Τὸ αἰχμαστὸν δὲ τῷ προφῆτῃ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς καὶ τοῖς τιμωμένοις ὑπ' αὐτῶν χρηστέαις δαμολογῶνται, καὶ γὰρ αὐτὸν τηλικύτων τερατίων ἐργάτην ἐποίησεν ὁ Θεός, καὶ τῆς ἐποψίας ἤξωσεν τῆς αὐτῆς, υποφῆτην τε θείων νόμων γενέσθαι, καὶ τῆς τῶν μελλόντων προρρήσεως πληρωτὴν τε τῶν ὑποχέσεων κατέστησεν, ὧν τοῖς αὐτῷ προπᾶτορας περὶ τῷ παντός ἔθους κατεπηγγέλατο, διὰ τῶν πειρῶν τοῖς ἀνθρώποις συνέστησε, τῶν κατὰ θάλασσαν ἐπιπνοῖαν ὑπ' αὐτῷ λεχθέντων μελλόντων περὶ τῆς τῷ κόσμῳ γενέσεως. Quin et auctoritate fidesque prophetae ab ipsis quoque Graecorum sapientibus, celeberrimisque illorum oculis celebrata fuit. Etenim deus ipsum temptorum prodigiorum patratores reddidit, et sui conspectu dignatus est, nec non legum divinarum et praedicationis futurorum interpretem et executorem constituit promissionum, quae progenitoribus eius de universa gente promissae fuerant, quibus rebus etiam sibi apud homines fidem conciliavit quoad ea quae ex mente Dei de mundi origine dicturus erat. De Salomonis ecclesiaste lib. 3. c. 10. ἡθικώτερον τῷ Σολομώντι τὸ βιβλίον ἢ φυσικῶς διασκευάσαι, liber iste magis ad mores emendandos, quam ad naturae rerum illustrationem compositus est. Plura in eandem sententiam lib. 7. cap. 3. Aspidis pro patrio Deo ab Aegyptiis cultae mentio lib. 4. c. 1. Fabr. In Assmanni cod. XIV. in bibl. orient. tom. I. p. 613. sunt Philoponi quaedam syriace versa scripta: de universali et particulari op. ad Sergium presbyterum; de differentia, quae manet in Christo post unionem hypostaticam; epistola ad Iustinianum imperator.; de divisione, differentia et numero ad eundem. Adde Iudaeorum Assmannorum biblioth. Vatic. MSS. oedd. catal. tom. I. part. 3. Harl.

[P] IV. Disputatio de paschate, ὅτι τῇ τρεσκαιδεκάτῃ τῆς μελήνης, πρὸ μῶν τῷ καμικῷ πᾶσχα τὸ μυσικὸν τῷ Κυρίῳ γέγονε δεῖπνον, καὶ οἱ ἐ τὸν αἶμὸν τότε μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγαν ὁ Χριστός. Decima tertia lunae, pridie legalis paschae, mysticam domini coenam contigisse, neque Christum tunc cum discipulis agnum comedisse. Libris in Hexaëmeron graecis et latine a Corderio subiectum legitur hoc scriptum p. 283-300. Incipit: Ἐξήγηται περὶ τῆς δεσποτικῆς καὶ δεσποτικῆς ποταμῶν. Depromptum ex eodem codice graeco caesareo. Vide Lambecium lib. 1. p. 138. 143. [p. 249. sqq. Kollar.] et lib. 3. p. 75. [p. 208. Kollar.] Sub titulo Iohannis Damasceni de azyms exstat in codice MS. bibl. Coislinianae, teste Montfaucone

M m m m 2

pag.

106. 144. 145. 152. 153. 168. 177. 254. ὁ φυσικώτατος. 58. (Physici 72. 164. 253.) ἂν τῇ λήμβῃ τῆς μετὰ φυσικῆς ἀρρηματικῆς 102. 104. Athanasius 134. Democritus 72. Dionysius Arcopagita ὁ μετὰ φιλοσοφίαν ἔκρινεν τῇ εὐσεβείᾳ τὸν Ἀδύνην τῆς ἐκκλησίας δόξαν κοσμήσας 134. Epistola ad Polycarpum episcop. 89. 117. Empedocles 72. Eusebii hist. ecclesiastica 89. 85. Gregorii (Nazianzenus et Nyssenus) 134. Hipparchus astronomus 14. 102. Hippocrates 55. Iosephi ἀρχαιολογία 89. Iudaeorum expositio 214.

Manichaei 61. 75. 276. Origenis et Basilii disputata aduersus Genethliacos 177. 178. Oracula 71. 181. 185. Pappus et Ptolemaeus accuratius geographi 153. Phlegon ἡ τῶν Ὀλυμπικῶν 88. 89. 90. 117. 169. Pindarus 184. Plato 5. 7. 71. 106. 107. 108. 122. 143. 172. 186. 249. 263. 282. Porphyrius libro secundo περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας 181. libro tertio 182. 183. Ptolemaeus 14. 102. 103. 104. 105. 153. 154. 155. Theodoretus 29. 32. 36. 39. 76.

pag. 585. Id. Philoponū tributum scriptum *de paschate*, videtur idem, quod sine nomine auctoris memorat Photius, cod. CXV. Graeci vero recentiores in duas synopses contractum, non dubitant tribuere Ioanni Damasceno. *Fabr.* — Philopon. de tempore, quo agnum paschalem Christus edit, in cod. *Cromwell.* CXV. 19. siue nr. 294, cat. MSS. Angliae etc. I. 1. *Harl.*

V. *Κατὰ Πρόκλον περὶ αἰδιότητος κόσμου λύσεις λόγων ἐν* *Aduersus Procli Diadochi pro aeternitate mundi argumenta duodeviginti, solutiones*, initio \*) et fine mutilae, et graece primum editae a *Viktore Trincanello*, medico, Venetiis in aedibus Bartholomaei Cisterzagenfis, 1535. fol. et latine ex versione eleganti *Ioannis Mahotii*, Argentoraci, qui eam Francisco a Turnone, cardinali, dedicauit. Lugd. 1557. fol. Etiam alteram latinam versionem *Casparis Marcelli* Labbeus commemorat; vulgatam Venetiis 1551. fol. quam non vidi, nec Mahotium eius meminisse obseruaui. Non dubium est, hoc opus intelligi a *Suida* in *Πρόκλος* °), ubi ait Proclum fuisse alterum, qui post Porphyrium aduersus Christianos bellum mouerit, et Philoponum eius XVIII. *ἐπιχειρήματα* egregie confutasse. Non aequè exploratum videtur, hoc opere contineri commemorata *Simplicio* °) Philoponi quinque *πελύτιχα βιβλία* contra aeternitatem mundi, et librum sextum contra aeternum mundi motum. Nam neque librorum numerus congruit, neque adeo prolixum opus hoc contra Proclum est, ut *βιβλία πελύτιχα* dici mereantur. Et praeter pauca ea, quae aduersus Aristotelem disputat Philoponus ad argumentum Procli XI. cap. 9. seq. diserte etiam promittit, se Aristotelis de mundi aeternitate sententiam singulari optre oppugnaturum VII. c. X. 5. XIII. 1. Quod vero ait, suo tempore accidisse, quod anno Diocletiani 245. contigit, XVI. 4. καὶ ὡν γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ διακοσιοστὸν [P] τεσσαράκισιν πέμπτῳ διολητικῶν ἔτος ἐν τῷ αὐτῷ ζῶδιῳ τῷ Ταύρῳ γέγονασιν εἰς ἑπτὰ πλανήται, εἰ καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ πάντες, id paullo laxius accipiendum, vertendumque sit: nam et non longe a nostris temporibus anno 245. Diocletiani, in uno eodemque signo tauri, licet non in eodem gradu omnes septem planetas fuerunt °). Nam annus Diocletiani 245. respondet anno Christi 529. et supra demonstratum est, Philoponum centum annis post vixisse. *Fabr.* Hanc paragraphum *Fabrie.* noster totidem verbis repetit in syllabo scriptorum, qui veritatem religionis christianae — adseruerunt p. 117. seq. — Exstat MS. in bibl. *Escorial.* v. *Plüer* itinerar. per Hispan. pag. 177. — *Parif.* in bibl. publ. codd. MMLVIII. et MMLIX. — *Venet.* in bibl. *Marcianae* cod. CCXXXVI. v. cat. codd. graec. Marc. p. 120. inprimis cel. *Morrell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 153. qui adnotat, hoc Philoponi opus etiam latine versum esse a *Raphaelē Mambra*, idque hunc ipsum testari in epistola, adiecta particulae commentarii Procli in Platonem de republ. ab ipso latine redditae, et Romae a. 1542. typis expressae. *Harl.*

VII. *Com-*

\*) Initio deest libri primi caput 1. integrum et pars secundae capituli. Incipit graeca editio et *Mahotii* versio a verbis: αἰώνιος ὁ εἰς πάντων ἄγων, adeoque paullo locupletior est MSto codice, quem enoluit *Lambinus*, qui incipiebat a verbis: τῷ γὰρ πεποισμένῳ δυνάμει.

°) Confer, quae dixi volum. VIII. c. 26. pag. 532. seq. [vol. IX. c. 21. p. 418. n. edit.]

p) Vide ibid. p. 631. [pag. 558. n. ed.] et 632. seq. [p. 559. sq. n. edit.] ubi adnotata reperies loca varia, quibus Philoponum acerrime *Simplicius* perstringit, et oppugnat.

\*) Conf. *Walch.* histor. haeres. tom. VIII. p. 706. *Harl.*



graece Venetiis in aedibus Barthol. Zanetti Cisteraciensis 1536. fol. praefatio Victoris Trincauelli ad Herculem Gonzagam epistola. Latinas versiones tres Labbeus adnotauit, vnam *Guil. Dorothei*, Venet. 1541. fol. alteram *Lucilli Philalthei*, ibid. 1544. 1548. 1553. 1555. et tertiam *Alexandri Iustiniani*, Chii, Venet. apud Valgriffum 1560. fol. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 215. Ibi quoque notas, cels. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 131. de cod. *Venero Marcianae* bibl. CCXXV. et pag. 134. de cod. CCXXXV. — Oxon. in eod. *Barocc.* CLV. — Oxon. in collegii noui cod. CCXXXVI. f. nr. 1200. cat. MSS. Angliae etc. I. 2. *Philop.* scholia in Aristotelis priora analytica, excerpta ex ore Ammonii Hermiae, atque in seq. codice, eiusd. comm. in Aristotelis libros de generat. et corruptione, et comm. in libros meteorologicos. — *Parisi.* in analytica, in nouem codd. bibl. publ. *Hart.*

[P] 3. In analytica posteriora, vna cum anonymi Graeci \*) in librum posteriorem commentario, Venet. apud Aldum 1504. fol. et cum variis lectt. aliorum codicum, additioque *Eustratii* \*\*), episcopi Nicaeni, commentario in eundem posteriorem librum, Venet. in aedibus haeredum Aldi et Andreae Asulani socii, 1534. fol. Labbeus etiam editionem graecam a. 1554. memorat. Latine *Andrea Gratiolo* interprete, prodit Venet. 1542. fol. *Parisi.* 1543. fol. et *Martiani Rotae* cura, Venet. 1559. 1568. fol. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 215. et pag. 248. de *Philop. comm.* in Aristot. de sophisticis elenchis. MS. *Taurini* in cod. LXXV. v. cat. codd. gr. *Taur.* p. 170. *Hart.*

4. In quatuor priores libros physicorum, sua auscultationis physicae, graece cum praefatione Victoris Trincauelli ad Casparem Contarenum cardinalem: Venetiis \*) in aedibus Barthol. Zanetti, 1535. fol. et latine *Guilermo Dorotheo* interprete Venet. 1539. 1541. fol. et ex meliore Io. *Baptistae Rasarii* versione ibid. 1558. 1569. 1581. fol. Etiam quatuor posteriores physicorum libros a Philopono illustratos non est dubium, nam ipse suas σχολαίς in librum octauum, memorat t. VI. Atque sunt qui illas in bibl. Vaticanae MSS. existare testantur. Sed lucem hactenus non viderunt. In Coisliniano codice, de quo *Montfauconius* p. 223. seq. commentariis Philoponi in quatuor priores physicorum libros, subiiciuntur commentaria Simplicii in posteriores quatuor: non Philoponi, nisi in quintum fortasse librum. *Fabr.* Vid. supra, vol. III. p. 227. et cels. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 129. et 131. seq. *Hart.*

5. In librum primum meteororum, libri III. graece prodierunt ad calceam *Olympiodori* in meteora, (de quo supra, p. 351. ed. vet.) Venetiis apud Aldi filios, expensis nobilis viri Federici de Turisani, eorum auunculi, 1551. fol. et latine interprete *Ioanne Baptista Camotio*, Venet.

\*) A pag. 102. ad 114. In facsimile hae Anonymi commentario scriptores nullos memorari obseruo nisi p. 113. Theophrasti *συμμετρίας προβλήματα* et p. 112. b. Aristotelis *πρότερον προβλήματα* etc. *Scholia*.

\*\*) De hoc Eustratio, qui circa a. C. 1177. claruit, dixi lib. III. c. 6. §. XXIX. [vol. III. p. 264. sq. ed.]

\*) *Buhle* in ed. Opp. Aristot. tom. 2. pag. 301. fia. citat edit. *Philoponi* comment. in Aristotelis auscultation. physicarum libros IV. priores. gr. Venet. ap. Ald. 1504. Mihi vero nullibi certam eius notitiam ac mentionem explicari licuit. H.

Venet. 1551. et 1567. fol. *Fabr.* v. *supra*, vol. III. pag. 237. *Montfaucon*. bibl. Coisl. p. 224. *Paris*. in cod. bibl. publ. MDCCCXCH. *Hart*.

6. In libros tres de anima, commentarii, vbi libri singuli in *tractatibus*, commentarii ipsi in *Georgiis* siue fufiores disputationes, et *perages* siue lectiones verba philosophi breui explicatione illustrantes a Philopono diuisi fuerunt, sed distinctionis huius vix in libro tertio aliqua supersunt vestigia. Prodiit hoc opus eximium graece cum Victoris Trincanelli epistola ad Nicolaum Rodolphum cardinalem, Venet. in aedibus Barthol. Zanetti 1553. fol. \*) Latinae versiones a Labbeo laudantur duae, una *Gentiani Heruetti*, Lugd. 1544. 1558. et Venetijs 1554. 1568. fol. altera *Matthaei a Boue* Veronensis, Ven. 1544. 1581. fol. *Fabr.* Vide *supra*, vol. III. pag. 236. et cl. *Morelli* biblioph. MS. graec. et lat. I. pag. 130. et 133. — In cod. *Guil. Landi* LXI. siue nr. 713, catal. MSS. Angliae etc. I. r. — ibid. II. nr. 1096. f. in cod. VI. eccl. *Westmonaster*, et in tribus codd. bibl. publ. *Paris*. *Florent.* in cod. *Laurent.* I. nr. 19-22. plut. 85. *Philoponi* comm. in tres libros de anima; in libros IV. Aristot. Meteorologicorum; in primum Meteorologicorum Aristot. libri tres; et in duo libros de generatione et interitu. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 243. sq. — In codd. *Escorial.* in plures Aristot. libros comment. *Philoponi*, v. *Plüer*, itiner. per Hispan. pag. 176. sq. *Hart*.

[P] 7. In libros duos de generatione et interitu, graece cum praefatione Francisci Asulani ad Iac. Sadolerum episcopum Carpentoraetensem, Venetijs in aedibus Aldi et Andreae Asulani foci, 1527. fol. \*) ante *Alexandrum Aphrodiseum* \*) in Meteorologica et de mixtione. Et latine interprete *Hieronymo Bagolino* Venet. 1540. 1543. 1548. 1559. fol. *Fabr.* Conf. *supra*, vol. III. p. 228. 231. cl. *Morell.* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 133. — *Montfaucon*. in bibl. Coisl. pag. 224. — *Paris*. in cod. MXMXVI. bibl. publ. — *Oxon.* in cod. CCXXXVII. coll. noui, cum *Philoponi* commentar. in libros meteorologicos, siue nr. 1201. cat. MSS. Angliae etc. 1. 2. *Hart*.

8. In libros quinque de generatione animalium scholia *Philoponi* (an \*) *Michaelis Ephesi*?) prodierunt graece cum *Nicolai Petri* Corcyraei epistola graeca ad *Andream Matthaeum Aquauinam*, ducem *Adriensem*, Venetijs per *Ioannem Antonium* et fratres de *Sabio* 1526. fol. Latina eiusdem *Nicolai Petri* interpretatio, addito latino textu *Aristotelis* ex *Theodori Gazae* versione, ibid. anno eodem, mense *Octobri*, per *Ioannem Antonium* et *Stephanum* ac fratres de *Sabio*, fol. litteris *Gothicis*.

9. In

\*) Non a. 1553. sed a. 1535. prodiisse illam edit. discimus ex catal. bibl. *Pinell.* I. pag. 226. et ex *Panzeri* A. T. vol. VIII. p. 548. nr. 1832. atque ex catal. bibl. *Banau.* tom. I. p. 123. *Hart*.

w) Exemplar cum notis mssis saec. XVI. fuit in bibl. *Pinell.* v. cat. illius I. p. 225. nr. 1877. *Hart*.

x) De hoc dictum est lib. IV. cap. 25. [siue cap. 28. in vol. V. p. 650. sqq. n. edit. *Hart*.]

y) *Conradus Gesnerus* p. 424. bibl. *Nicolaus Petrus Corcyraeus Philopono* hosce commenta-

rios tribuit, a *Sergio Stiso* praeceptore suo in *Mesappia* iis se donatum scribens. Verum ego ab erudito quodam viro in Italia accepi, eos nequaquam *Philoponi* esse, sed *Michaelis Ephesi*, si bene memini, quod etiam ipse facile credo. Nam et multo breuiores hi commentarii sunt, et paraphrasticam breuitatem *Michaelis* prae se ferunt, et non inscribuntur, ut reliqui commentarii *Philoponi*, ex synopsi *Ammonii Hermiae* etc. [v. *supra* ad vol. III. p. 231. not. 0000. et pag. 244. XVII. *Hart*.]



9. In libros *XIV. Metaphysicorum* scholia latine, *Francisco Patricio* interprete, Ferrariae \*) 1583. fol. nam graeca numquam prodierunt. Patricius autem, qui codice graeco monasterii Basilianorum monachorum, quod Flattri dicebatur, in insula Cypri, usus fuit, dubitavit, an auctor Philoponus esset, quoniam contra illius morem paullo succinctiore commentandi ratione et a theorematibus ac digressionibus libera utitur. Ammonii tantum discipulum atque adeo Philoponum facile agnoscas. In codice caesareo inscribitur: *Ἐξηγησις τῶν μετὰ τὸ Φυσικὰ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ Φιλοπόνου Ἰωάννου*. Vide *Nesselium* partē IV. pag. 107. *Fabr.* Conf. supra, in vol. III. pag. 229. et 257. — Philoponus in Aristotelem *de coelo*, in cod. *Ge. Wheleri* XLVI. f. nr. 9117. cat. MSS. Angliae II. — Philop. in *sylogismos hypotheticos*, Paris. in cod. *MXMXVIII.* bibl. publ. — Philoponi et Michaelis Ephesii expositio *ethicorum Nicomachicorum*, cum Aristot. *Ethicis Nicomachicis*, Romae in cod. *Vatic.* teste *Montfaucon*, in *Bibl. biblioth. MSS. star.* p. 10. C. conf. infra ad §. IX. fin. — Philoponi scholia *eis τὸ τῆς ἀποδεικτικῆς βιβλίου α. καὶ β.* in cod. *Mosquensi* CCEXIII. 4. v. *Matthaei* notit. codd. gr. *Mosquens.* p. 206. ed. in 8. *Harl.*

### VII. *Alia Philoponi scripta edita.*

*Συναγωγή τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρων τενυμένων λέξεων.* Collectio vocum, quae pro diuersa significatione accentum diuersum accipiunt, ordine litterarum digesta. Saepius prodit graecis subiecta Lexicis. Sed separatim et quintuplo a se auctam, (ita tamen, ut additamenta sua a primi auctoris [P] obseruatis distinxerit,) vsibus studiosorum graecae linguae obtulit vir multis alijs maioribus nominibus de illa meritisimus, *Erasmus Schmidius* Witeb. 1615. 8. Titulus est: *Cyrilli, vel, ut alii volunt, Ioannis Philoponi*, (huius esse non dubitabat H. Stephanus,) opusculum utilissimum de differentijs vocum graecarum quoad tonum, spiritum, genus etc. Accessit Schmidii dissertatio de pronuntiatione graeca antiqua. *Fabr.* Conf. supra, vol. VI. pag. 321. nr. 5. ubi in nota iam aliquot laudauī codices: quibus addas codd. *Baroccian.* XCVI. et CLIX. — et cod. *Ambros. Mediolani*, teste *Montfaucon*, in *diario ital.* pag. 16. — Collectio vocum, quae pro diuersa significatione diuersum accentum accipiunt, auctore *Cyrillo*, vel potius *Philopono*, in vsum scholae. *Lugd. Bat.* 1751. 8. Ex *Cyrillo*, s. potius *Philopono*, nec non ex *Ammonio* et *Lesbonacte* *Dan. Peuceus* contraxit commentarium suum *differentium apud Graecos vncum*, *Dresdae* 1749. 8. Add. *Io. Frid. Fischeri* animaduersionum ad *Iac. Velleri* grammaticam graecam specimen I. p. 268. sq. *Harl.*

*Περὶ διαλέκτων.* De quinque dialectis graecae linguae, in τῶν Ἰωάννου τοῦ Γραμματικῆς τεχνικῶν siue ex *arte grammatica* Ioannis Philoponi, (an Ioannis Characis? ut suspicatur *Gesnerus*,) prodit graece cum alijs grammaticis scriptis in *Varini Cameris thesauro*, cornu copiae et hortis *Adonidis* apud *Aldum* 1496. fol. et minoribus typis 1504. fol. nec non ad calcem Lexici graecolatini *Venet.* 1524. fol. et deinde saepius: etiam latine in *Appendice thesauri graecae linguae*, quem H. Stephano debemus, et ad calcem Lexici Ioannis *Scapulae*. *Fabr.* In *Gosst. Lascaris* opusculis grammaticis, *Venet. ap. Aldum* 1512. 4. — Conf. supra,

2) Non *Venetis*, ut legis in *Patianianis* p. 46.

supra in vol. VI. p. 197. p. 294. ibique not. x et p. 297. nec non p. 320. nr. 1. et 2. it. p. 371. — *Paris.* in cod. MMDCLXIX. — Ex Io. Grammatici technicis de dialectis; in cod. *Barrocc.* CXVI. — in cod. *Thom. Gale* CXXXII. f. nr. 5966. cat. MSS. Angliae etc. II. Philop. libellus de dictionis. *Harl.*

*Scholia in Hesiodum*, quae se habere testatus est *Io. Alex. Brassicanus* praef. ad Saluianum, puto, fuisse edita illa vel in Opera et Dies, quae Iohannem Tzetzem auctorem habent, vel in Theogoniam, sed quae non Ioannis Philoponi sunt; sed Ioannis Galeni siue Pediafimi. Vide, si placet, quae dixi lib. II. huius bibl. c. 8. §. 16. [f. vol. I. pag. 588. ed. nou. In cod. *Vossiano* in cat. MSS. Angliae tom. II. nr. [2206. citatur *Io. Grammatici* comment. in Hesiodum. *Harl.*]

### VIII. Scripta Philoponi inedita vel deperdita.

**Xenophanes**, P. a. 9. Parmenidis praeceptor. M. 3. a. b. Epicharmi in Xenophanem dictum. M. 15. b. principia docuit, teste Porphyrio, *τὸ ζῆρόν καὶ τὸ ὕψος.* P. d. 2. *cuius versus γῆ καὶ ὕδωρ πάντ' ἐσθ'· ἴσα φέροντ' ἡδὲ γίνονται.* id.

**Zeno** (Eleates). M. 11. P. c. 1. a. 6. o. 1. p. 9. Parmenidem: 22. Parmenidis discipulus. P. b. 1. 16. Megaricus, Megaris scholam habuit. M. 36. b. motum dari negat. A. CXII. b.

## CAPVT XXXV. (olim XXXVIII.)

## DE PHOTIO PATRIARCHA CPOL.

*Photii aetas et vita. I. Synodi in causa Photiana celebratae. II. Scriptores de causa Photiana. Photio infestis. III. Photio aequiores. IV. Photii alii circiter viginti. V. De Photii bibliotheca. VI. Editiones bibliothecae Photianae. VII. Versiones adfectae aut ineditae, vel editiones promissae. VIII. Index scriptorum, de quibus Photius differit, variis illustratis observationibus. IX. Epistolae Photii. X. Index eorum, ad quos Photius scripsit. XI. Libri quatuor contra Manichaeos. XII. Nomocanon. XIII. Alia eius scripta edita. XIV. Scripta aduersus Latinos. XV. Amphilochia. XVI. Alia Photii scripta inedita. XVII. Et deperdita. XVIII. Photii scripta per odium a Latinis exusta, vel suppressa aut interpolata. XIX.*

[Cum supplementis G. C. Harkes.]

**P**HOTIVS \*) Tarasii patricii, cui bibliothecam inscripsit, frater, ex nobilissima prolapia, Tarasium a. C. 806. defunctum patriarcham habuit πατέρας \*), quod propatrum interpre-

a) Possessor exemplaris Gothani, quod mecum cl. Lenz communicauit, ab initio adscriptis: „Quae ad hoc caput notata in margine vides, et maximam partem petita sunt ex supplementis, quae cel. Fabricius ad oram exemplaris sui adleverat.“ Ego vero omnia, quae adscripta sunt, locis suis adtexam textui Fabriciano. — De Photio et contra illum multa acius disputauit Leo Allatius in dissertat. de perpetuo ecclesiae occidentalis et orientalis tam in dogmatibus quam in ritibus consensu, subiecta eius libro de purgatorio Romae 1604. 8. quam plurimis locis. De Photio sunt quoque consulendi Pagius in crit. Baron. pluribus annis, cum primis a. 858. XIII. p. 492. tom. XIV. a. 868. VI—VIII. p. 148-152. a. 878. XI. p. 325. sq. et a. 886. V. VI. p. 422-424. — Cuae in hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 47. sqq. ad a. 858. in saeculo Photiano. — L. Ell. du Pin nouv. bibl. tom. VII. pag. 80. sqq. — Oudin. in comment. de SS. eccles. tom. II. saec. IX. p. 200. sqq. ad a. 860. vbi quoque plura MSS. Photianorum operum recensentur. — Brucker. in hist. critica philos. tom. III. p. 540. sq. qui cum iure

numeravit inter restauratores eruditionis et philosophiae, eo, quod et ipse elegantissimam doctrinae omnimodae copiam possidebat, et auctoritate sua apud principes rem litterariam plurimum iuuabat. — Io. Laur. Moshem. in institut. hist. eccl. saec. IX. part. 2. cap. 2. §. 13. c. 3. — Hamberger. in zuverläss. Nachr. part. III. p. 652. sqq. — C. F. Zepernick in comment. de vita Leonis Sapientis, subiuncta eius editioni D. Casp. Achatii Beck de nouellis Leonis, Augusti et philosophi etc. Halae 1779. 8. p. 209. sqq. Is autem veretur, ut Nicetas, qui, Photium quoque Protospatharium fuisse scribit, satis accurate scripserit, cum vero antea fuisse *Προπρωτοπαθάρ*, s. primum secretarium docet. — Saxius in Oeom. lit. II. p. 121. sq. et p. 548. et quos ille laudat. — Francisc. Fontanus in diss. de Photio, nouae Romae episcopo, eiusque scriptis, in Fontani nouis eruditorum deliciis, tom. I. Florent. 1785. 8. p. XVII. sqq. — Inprimis Schroeckh in Historia eccles. christiana, germanice scripta, tom. XX. p. 364. sqq. tom. XXI. p. 192-199. tom. XXII. p. 408. sqq. et 547. tom. XXIII. p. 263. seq. 322. sqq.

interpretor. Omnibus ingenii dotibus illustribus maximisque negotiis aulicis primum ac civilibus <sup>(\*)</sup>, deinde ab a. C. 858. ecclesiasticis <sup>(\*)</sup> admotus, [P] maximorum in ecclesia mortuum materia et occasio fuit, quos multis et magnis voluminibus ex diuersarum partium studio, prout amor vel odium scribentibus fuisse, diuersimode narratos ac traditos non licet legere sine indignatione, scissasque in hunc vsque diem exinde ecclesias non sine dolore inueniri. Fabulam de spadone Photio, persuasam multis a Baronio <sup>(\*)</sup> atque, ut canonibus aduersam

sq. — praecipue tom. XXIV. pag. 128-176. de eius controuersia cum pontifice rom. etc. p. 184-207. Add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. p. 458. sq. *Harl.* et *Weguelin* in *Histoire du Patriarche Photius* dans les mémoires de l' Acad. de Berlin pour l' a. 1777.

b) Photius ipse epist. encyclica p. 60. ubi male Montacutius *πατριάρχης* interpretatur *patrem*. Allatio p. 356. contra Creightonum *πατριάρχης* est *ἐκ πατρὸς πατρίων* siue patruus. Sed temporis ratio suadet potius intelligi *τὸν τῷ πατρὶ πατέρα*, *pro-patrum*, quem ab aliis pronunculum adpellari video.

c) Functus est Photius munere protospatharii siue praefecti satellitum imperatoriorum et protosecretarii [v. *Georg. Codin.* de officiis magn. eccles. et aul. CPolit. cap. II. nr. 28. ibique not. Goarii. *Harl.*] ac senatoris praecipui, et ab Michaële imp. CPolitano missus legatus ad Assyrios. Vide *Hanckium* de Byz. rerum scriptor. pag. 273. seq. et de legatione in Assyriam Photium ipsum praef. ad bibliothec. *Πρωτοσπαθάριος* apud Constantinum Porphyrogenitum de administrando imperio c. 51. et alibi est <sup>9</sup>, in Photii epistolis subinde scribitur *πατριάρχης*, quod Meursium Constantini et Montacutium Photii epistolarum interpretem fugit; sed ab eo tempore notatum a multis, ut *Harduino* in numis urbium illustratis pag. 167. *Cangio* in glossar. in *Συναγωγῇ*.

d) In locum Ignatii, Barda imperatoris avuncule et europalata, siue aulae magistro, potissimum impellente deiecti coactique se abdicare a. 858. creatus est patriarcha Photius 25. Dec. ita non improbe inhians illi dignitati, ut in epist. VI. ad Bardam p. 69. scribat, se mortem potius praepotasse: *διὰ τὸ τοῦ καὶ ἀγίου καὶ δαδίου* etc. *καὶ ὅτι ἐκ τῆς αἰτίας καὶ ἀδράστου μολεῖς ἐμὴν τὴν σφαιρὰν. Αἴτιον ὅτι καὶ ἡ μάχη πρὶν ἐκβαλῆσθαι, ἀνεκὸς ἡμῶν ἐκείνη, ἀνεκὸς ἡμῶν ἐκείνη*.

*tius electione arripere. Nequaquam tot et tantorum malorum fluxus animam meam quotidie etc.* *Fabr.* Praeter Caucium v. *Schroeckh* l. c. tom. XXI. p. 193. sq. et tom. XXIV. p. 129. sq. Vtroque loco plura leges de Ignatio, et laudantur *Nisetas*, (qui quidem aduersarius Photii, huius tamen insignem celebrat eruditionem,) in vita Ignatii, in Harduini actis concil. tom. V. 944. sq. 959. etc. et Constantin. Porphyrog. continuator libr. IV. cap. 30. seq. p. 38. seq. in histor. Byzantin. scriptor. post Theophanem, ed. Venet. alique. *Harl.*

e) Photium ex morbo eunuchum factum, contendit *Nic. Comnenus* in testimonio Graeciae sapientis, et pag. 196. praenot. mystagogic. nec eum, qui militauit, ab ordinibus sacris ideo repellendum p. 255. seq. *Fabr.* Cur Baronius ad a. C. 858. N. XLIX. et LV. ad a. 861. N. XV. et alibi Photio, aduersario ecclesiae romanae, adeo infensus fuerit, facile poterit intelligi. Hinc eius admirator *Lambecius*, postquam ad castra pontificiorum transierat, (v. *Io. Henr. Bocrisii* diss. I. de doctis apostatis, *Sueo-phord.* 1716. 4. p. 23.) in commentariis de bibl. caesarea grauius in eum inuehitur: e. g. vol. III. p. 305. in not. 1. „fuit, ait, Photius reuera homo sceleratissimus, qui patriarchalem sedem CPolitanae, quum eunuchus et laicus esset, per vim et fraudem inuasit, totoque iniusti regiminis sui tempore miserrime turbauit, ac foedissime polluit.“ Eadem repetiit in indice ad illud volumen p. 635. *Allatius* in confutatione fabulae de Papissa, subiuncta eius libro: *Συναγωγῇ* inscripto, ed. Nibussi Colon. 1653. 8. p. 418. vocat Photium *mortalium omnium sceleratissimum*, uno verbo *ἡνίκαν ἐκείνην*, et saepius obruit eum conuiitiis. Ipse *Du Pin* in nou. bibl. cit. qui alias mire laudat ingenium atque eruditionem Photii, p. 109. iniquius iudicat de eius animo, astutia fraudibusque. — *Cel. St. Croix* in: *Examen critique des Historiens d'Alexandre*, ed. II, p. 754.



versam docerent eius ordinationem, identidem ingestam refellit *Martinus Hankius*, qui Photii vitam adcurate et diligenter scripsit libro de Byzantinorum rerum scriptoribus Lips. 1677. 4. parte 1. cap. 18. §. 3. seq. et *Frid. Spanhemius* filius libro de papa Joemina tom. II. Operum p. 627. 634. *Antonius Pagi* ad a. C. 868. num. VII. Quod ex laico ordinatus sit episcopus ac patriarcha, negari non potest; sed hoc Tarasii, Nicephori, Nectarii, Georgii Cyprii, et Georgii Scholarii, patriarcharum CPol., Thalassii item Caesareensis, Cypriani Cathaginensis, Ambrosii Mediolanensis, Epiphani Salaminae in Cypro, et multorum aliorum exemplis defenditur<sup>f</sup>). Patriarchali sede bis pulsus est Photius, semel a Basilio Macedone a. 867. 25. Sept. quod ipsum super interfecto Michael imp. graviter reprehensum sacris interdixisset<sup>g</sup>): atque iterum a Leone sapiente Basilio F. a. 886. quod iure, an iniuria, insidiarum conscius argueretur cum Theodoro Santabareno, cui etiam effossi sunt oculi<sup>h</sup>). Ex priore illa depositione restitutus fuit iussu eiusdem Basilii, qui liberorum suorum Constantini et Leonis curam ei commiserat, omniumque consensu<sup>i</sup>), quum Ignatius, Photii decessor, diem obiisset 23. Octobr. a. 877.<sup>j</sup>) Sed post alteram, obiit in exilio in monasterio Armeniacorum Bordi dicto<sup>k</sup>), circa a. 891.<sup>l</sup>) quum ipsi a. 886. successor datus esset vix sedecim natus annos Stephanus Porphyrogenitus, Leonis sapientis frater, de quo acta Sanctor. 17. Mai. tom. IV. p. 36. seq.

## II. Syno-

p. 754. sq. valde quidem eum laudat ab ingenio critico, eruditione aliisque virtutibus; sed vituperat quoque eum, dum, mais, addit, ambitieux, méchant, hypocrite (perqueatque ad epistol. VI. p. 69. sq.) et persécutent, il occupa le trône patriarchal au mépris de toutes les règles etc. Alii tamen acquies rectiusque de eo iudicant. Ipse Fontanus in vita Photii citata, p. XVII. seq. not. defendit eum ab iniuria Baronii, falsi a mendaci titulo cuiusdam epistolae, quam Photio adiudicant vetustissimi omnes codd. praeter unum, de quo nihil constat, et quo usus est *Frider. Metius*, Thematum episcopus, et qui non Photio, sed Iohanni patricio, qui spado fuit et sacellarius, epistolam tribuit. Idem alia pro Photio contra Baronium aliosque addit. Vt alios omittam, *Schroeckh*. libr. cit. tom. XXIII. p. 201. seq. cautius et moderatius de eo fert iudicium. Photius omnino fuit homo mirae industriae, multi ingenii et infinitae eruditionis, eiusque merita splendida sunt. Idem tamen servidioris animi homo, nimis dignitatis suae, auctoritatis doctrinaeque orientalis ecclesiae contra pontificem romanum vindex, honoris vindictaeque cupidus, praeterea irritatus ab aduersariis, interdum quidem abripiebatur, ut fines modestiae ac pudoris transgrederet, et maiores, quam par erat, exciaret tragedias; neque tamen crudelitatis, scelerum abrectique animi iure argui convincique potest.

Contra ab adflectis suis nuncupatur, *sanctissimus*, (e gr. in cod. *Vindobon.* LXIV. nr. 23. v. *Lambec.* III. p. 395.) et *orthodoxus*, (v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 86. fin. et pag. 99. ubi in epistola synodi Nicaenae ad ecclesiam Alexandrinorum gr. et lat. edita scriptum est: *Ἰγνατίος ἡγὼ Φωτίου, τὸν ἐκινεῖται, καὶ ἀνιδίμω πατριάρχῳ, αἰνῶν ἡ μνήμη.*) Enimvero medio tutissimus ibis. *Hartl.*

f) Vide *Allatium* de consensu ecclesiae graecae et lat. p. 394. et libro de aetate et interstitiis in collatione ordinum pag. 165. seq. *Nic. Comnenus* praenotionibus mystagog. p. 130. seq.

g) *Hankius* libro laudato §. CVII. sq. p. 356. [*Schroeckh*. in hist. eccles. christ. tom. XXIV. p. 130. 172. et p. 184. sqq. late exponit Photii et Ignatii fata et historiam synodorum etc. *Hartl.*]

h) Idem §. CLXXVII. seq. p. 384.

i) Vide *Harduini* concilia tom. VI. pag. 240. Vitam Basilii Macedonis c. 31. pag. 43. in *Atlas* *supplementis*.

k) *Schroeckh*. l. c. tom. XXIV. p. 184. Ignatii mortem ponit in a. 878. et antea *Cass.* l. c. p. 47. item *Fontani*. l. c. p. LVII. *Hartl.*

l) *Anselmus Bandurinus* in serie chronologica antiquitatis CPol. praemissa p. XLVI. ex *Zonarae* annal. tom. III. p. 141.

m) *Anton. Pagi* ad a. C. 886. num. V.

## II. Synodi in causa Photiana celebratae CPoli. n).

## Pro Photio.

A. 861. contra Ignatium, duplici congressu episcoporum 318. unde ἡ πρώτη καὶ δεύτερα λεγόμενη in templo SS. apostolorum celebrata. [P] Eius canones XVII. exstant tom. V. Harduin. p. 1195. Eisdem agnoscunt et illustant Io. Zonaras, Theod. Bassamon. et alii graeci canonum interpretes. Acta persiere. Latrocinalem vocat Nicolaus I. papa, Stylianus Neocaesariensis συνέδριον λεγόμενον. Inuehuntur in eam una cum alijs Ignatianae partis Nicetas in Ignatii vita p. 966. seq. tom. V. Concilior. edit. Harduini. Petr. Arcud. p. 182. de purgatorio: Nic. Comnen. p. 302. praenott. mystagog. Alii graeci amplectuntur. Citat Turrian. II. 14. gr. epp. pontificum p. 224. Fabr. Vindobon. in cod. XLIV. nr. 17. v. Lambec. VIII. p. 873. qui ita citat Pseudo-concilii CPolitani in duas actiones diuisi, ideoque vulgo primi et secundi adpellati, in quo machinatione scelestissimi Photii, qui, eunuchus et laicus existens, patriarchatum CPolitani per fraudem et vim inuaserat, 318. episcopi a. C. 861. — Ignatii, (quem in-textu et in nota laudat,) iniustissimam depositionem, simul et Photii illegitimam intrusionem irrité confirmarunt, canones septemdecim. Iidem canon. ibid. in cod. XLV. nr. 41. v. Lambec. l. c. p. 929. seq. Add. infra in vol. XI. p. 534. seq. et 540. ed. vet. Harl. Conciliabulum appellat Manli conc. ampl. coll. t. XV. p. 597. seq.

Post hanc alia tria Photiana concilia celebrata Allatus p. 278. contra Creyghtonum et libro de octaua synodo Photiana p. 8. et Petr. Arcud. de purgator. p. 178. notant: vnum contra Nicolaum papam, et alterum iterum contra Ignatium, tertium iterum contra papam, de quibus synodis nihil praeterea constat, quemadmodum nec de illa quam habuit Photius, Michaelis et Barda caesar, apud Blacherias sub initium patriarchatus sui a. 859.

A. 879. episcoporum 383. in aede S. Sophiae post Ignatium a. 877. iam defunctum, praesentibus et Photium agnoscantibus Ioannis VIII. papae legatis. Aiunt, Ioannem papam pretium reconciliationis a Photio expectasse Bulgariam: conf. Petr. de Marca in concordia sacerdot. et imper. libr. I. cap. 1. Acta huius concilii, quod octauum generali nomine Graecis Photianarum partium, ut sunt plerique, venit, diu delituere in bibl. Vaticana et Columnarum, e quibus excerpta quaedam latine dedir Baronijs ad a. 879. n. 63. seq. restatus ea integra se possidere ex versione Friderici Metii: atque inde Binius tom. III. conciliorum parte 2. p. 100.

n) De synodis, in causa Photiana celebratis, conf. Du Pin, Caucum et Schroeckh. II. citt. — Quosdam codd. in quibus exstant acta, nominare inuat. In cod. Land. XXXIX. (f. nr. 691. catal. MSS. Angliae etc. I.) sunt 1) acta synodi oecumenicae, quae Photium patriarcham in thronum CPolitani restituit — ex relatione Becci scribae; 2) acta synodi CPolitanae VIII. sub impp. Basilio, Leone et Alexandro, in qua, quae in Nicaena secunda decreta fuerant, rata habentur; 3) epi-

stola Ioannis papae ad Photium; 4) Synodicum continens in epitome omnes synodos orthodoxas ab apostolis usque ad octauam CPoli habitam sub Photio. — Venetijs in codd. bibl. Marc. CLXVII. et CLXVIII. (v. cat. codd. gr. Marc. p. 95.) Florentiae in codd. Laurent. (v. Bandini cat. codd. gr. Laur. indic. voc. Concilia) et alibi. v. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. indic. voc. Photius. Harl.

p. 100. *Labbeus* tom. IX. p. 324. *Harduin.* tom. VI. p. 210. Confer *Elam du Pin* tom. VII. bibl. eccles. p. 99. seq. Alia ex Ioannis Becci siue Vecci patriarchae CPol. λόγος de pace ecclesiae *Beueregius* tom. II. magni synodici p. 273. graece et lat. Oxon. 1672. fol. Ex his et aliis, quae euoluisse se testatur, excerptis Actionum VII. numero diuisis historiam huius concilii tradit *Guil. Caneus* in parte altera Hist. literariae scriptorum eccl. ad a. 879. Denique acta integra \*) gr. et lat. vulgauit ex Vaticano codice: *Io. Harduinus* t. VI. concil. p. 214-343. [add. *Mansi* t. XVII. p. 494 sq.] Huius acta seruantur etiam in bibl. Bauarica, Raderi teste, atque in caesarea, vt notat *Nesselius* p. 154. vna cum epistola Ioannis VIII. ad Photium. *Fabr. Leo Allat.* in libro de purgatorio locum longum de Photio ex Vecco inedito in lucem protulit p. 591. sqq. et sub finem illius operis p. 725-856. gr. cum versione lat. edidit *Ioannis Vecci*, episcopi CPolitani, ad Sugdaee episcopum Theodorum, librum tertium, in quo multa contra Photium ac pro Ignatio disputantur, atque historia de Photio patriarchali sede pulso, sed restituto quoque, synodisque ea de causa habitis enarratur, in primis eius doctrina de Spiritu S. refutatur. — Conf. etiam *Pontan.* in nouis eruditorum deliciis citatis pag. LVIII. sqq. vbi quoque Photius a crimine Baronii ad a. C. 879. num. VI. XVIII. etc. aliorumque vindicatur, et *Schroeckh.* in histor. cit. tom. XXIV. p. 188. sqq. Acta huius synodi plena primum graece edidit *Anthimus*, episc. Remaic. in opere: Τόμος Χαρᾶς, 1705. fol. nr. 6. (de quo opere v. infra ad §. IX. de epistolis Photii ad nr. 1.) — *Vindobonae* in cod. caesar. XLIV. nr. 18. exstant concilii illius, (de quo *Lambec.* VIII. p. 874. more suo acerbè iudicat,) canones tres. *Lambecius* ablegat lectores, qui plura de illo concilio scire aueant, ad *Io. Zenaræ* syntagma canonum pag. 260. seqq. ad *Theodori Balsamonis* syntagma canonum pag. 583. sqq. ad tom. VIII. edit. conciliorum Parisinae Labbeanae col. 1526. seq. et ad tom. IX. col. 324-331. — Ibid. in cod. XLV. nr. 42. *Lambec.* VIII. p. 930, add. ibid. p. 1018. nr. 30. anonymi narrat. breu. de VII. conciliis oecumenicis, et de concilio VIII. CPoli sub imper. Basilio Macedone et Photio patriarcha habito etc. in cod. caesar. LIII. — *Monac.* in cod. XXVII. Acta synodi, a Photio, (qui vocatur ἀγιώτατος,) CPoli pro visione S. dei et apostolicae ecclesiae. Insunt septem actiones. conf. cl. *Hardt.* in Aretini Beytiägen etc. a. 1803. part. 4. p. 17. seq. qui etiam adnotat, Photium in hoc cod. se ipsum Ioanni Romano praeposuisse; contra in *Harduini* edit. concil. tom. VI. p. 214. sq. Ioannem praeponi Photio. — Acta illius synodi in cod. Escorial. v. *Pliter* itiner. per Hispan. p. 187. — *Misquæ* in cod. synod. CCCXXIV. de synodo, ἥτις ἀπεκατέστησε Φώτιον τὸν ἁγίον πατέρα ἐρχην εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ τῶ λόγου τῆς Βέκκης, ἣ ἡ ἀρχὴ ἦν ἀν μακάριον ἀληθῶς. In fine excerpta sunt ex variis epistolis Photii: legitur etiam epistola Ioannis papae rom. ad Photium. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 212. seq. nr. 4. In cod. Vaticano testimonia missa a Photio in synodo CPolit. pro vnione ecclesiae, in qua synodo erant nuntii Ioannis papae. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. C. add. alios codd. ibid. p. 380. A. 470. E. et 692. D. nr. 12. et 13. *Hart.*

Contra

o) Horum legendorum copiam sibi factam a Baluzio, qui habuit cod. graec. e biblioth. Columnensi descriptum, et cum aliis duobus romanis collatum, et versionem lat. a Feder. Metio

ante 100. annos adornatam, testatur Steph. de Altamura Ponticenis. v. *Mich. le Quien* in praef. ad Panopliam contra schisma Graecorum. Paris. 1718. 4.

Contra Photium.

A. 856. pro Ignatio episcoporum 102. praefide per vicarios suos Hadriano II. papa \*). Acta huius synodi decem πράξεις siue actionibus diuisa, quae romanae ecclesiae fociis et Graecis quibusdam λατινόφροις oecumenica octaua synodus est, ex Anastasii bibliothecarii passim locupletiore versione, et graece cum noua interpretatione Matthaei Raderi S. I. (qui illa primum vtraque lingua edidit Ingolstadt. 1604. 4.) occurrunt in conciliis *Bini* tom. III. part. 1. *Labbei* tom. VIII. atque *Harduini* tom. V. Reg. tom. XXIII. [*Mansi* tom. XVI. v. infra, vol. XI. p. 538. ed. vet. In cod. *Monac.* XXVII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. 4. p. 17. seq. add. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 469. C. 470. E. et p. 692. D. *Harl.*]

[P] IIR. Scriptores de causa Photiana, Photio infesti.

Nicolaus I. Hadrianus II. et alii pontifices Photium damnantes. Vide Io. Veccum lib. III. de process. Spiritus S. apud Allat. de purgatorio p. 829. seq.

Nicetas Paphlago in vita Ignatii patriarchae \*), et alia Styliani Mapae, Neocaesar. episcopi \*), Theognosti monachi et aliorum scripta cum synodo anni 869. edita, et Anastasius bibliothecarius synodi illius interpres, tum praefat. ad synodum tum in vitis pontificum.

Auctor libelli synodici a Io. Pappo editi.

Auctor vitae S. Nicolai Studitae, in actis Sanctor. tom. I. Februar. p. 548.

Caesar Baronius et Henr. Spondanus ad a. 858. seq. Antonius Pagi in censura Baroniana.

Andreas Schottus praefat. ad Photii bibliothecam.

Leo Allatius libro de synodo octaua Photiana Rom. 1662. 8. et contra Creyghtonum exerc. XVI. seq. p. 272. seq. et de consensu vtriusque ecclesiae lib. II. cap. 4. 5. 6. 7. ac de libris ecclesiasticis Graecorum p. 147. seq.

Francisc. Pagi tom. VI. Breuiar. de gestis pontificum, et Stephanus de Altimura in panoplia contra schisma Graecorum p. 158. sq.

Lud. Maimburgius in historia schismatis Graecorum, edita gallice Paris. 1677. 4. Amstelod. 1682. 12. Et a Maimburgio auctor supplementi ad Lexicon historicum Morerianum.

Qqqq 2

Natalis

p) Confer *Launoium* VIII. 10. epist. pag. 734. seq. edit. Lond. *Franciscum Iouerium* in velitatione de octauo synodo, *Petr. Arcudium* de purgatorio, p. 212. sq.

q) *Nicetas* tamen *Paphlago* in vita Ignatii, in conc. *Harduin.* tom. V. p. 959. Photium etiam

spirifice laudat ab ingenii felicitate, litterarum variarum copia studioque et singulari diligentia atque sedulitate. v. locum, paullo post in §. VI. a Fabricio citatum. *Harl.*

r) V. *Montfauc.* bibl. Coislina. p. 90. *Harl.*

*Natalis Alexander* historiae eccles. saeculi IX. et X. dissertatione IV. quae est de schismate Photiano.

*Elias du Pin* tom. VII. bibliothecae eccles. et alii scriptores historiae eccles. romanis sacris addicti, vt *Nic. Vignier*, *Anton. Godeau*, *Claud. Fleury* etc. [*Lambec.* vti iam significauimus.]

#### IV. *Photio aequiores.*

*Ioannes VIII.* epistola ad Photium et alii in synodo a. 879.

*Ioannes Zonaras* tom. III. annal. *Ioannes Scylitzes* *Curopolata*, *Cedrenus* et alii historiarum illius temporis scriptores graeci.

*Magdeburgenses* centuria IX. et alii historiae eccles. scriptores e protestantibus.

*Richardus Montacutius* notis ad Photii epistolas editas Lond. 1651. fol.

*Robertus Creighton* prolegom. ad Sylvestri Sguropuli historiam synodi Florentinae Hagae 1660. fol.

*Martinus Hanckius* libro de hist. Byz. scriptoribus part. 1. cap. 18. Lips. 1677. 4.

[P] *Guil. Caue* in historia litteraria scriptorum eccles. ad a. C. 850. et in conspectu saeculi noni, quod ipse adpellat Photianum.

*Phil. Mornaeus* in mysterio iniquitatis siue historia papatus pag. 165. seq. 182. etc. *Jean le Sueur* hist. de l'Eglise etc.

*Hunfredus Hody* in libro anglie edito de sedibus vacantibus, *case of sees vacant*, capite XIV. p. 139 - 169.

*Basnage* lib. VI. H. E. gallice edit. cap. 6. tom. I. pag. 323. sqq. lib. XI. cap. 9. p. 572. et cap. 10. pag. 584. vbi de conciliis a. Chr. 869. et 879. *Fabr.* His add. *Pontauxum*, *Schroeckh.* aliosque. *Harl.*

#### V. *Photii alii ultra viginti.*

[S. Photii, (num patriarchae, an alius, nescio,) vita *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 503. *A. Harl.*]

[Ad Photium epist. Libanii. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 516. nr. 34. *Harl.*]

*Photius Babylonis* episcopus, qui interfuit concilio CPol. a. C. 468. *Fabr.* v. *Lambec.* VIII. p. 893. *Harl.*

Photius

Photius, *Belisarii* ex Antonina priuignus, memoratus Procopio in hist. arcana pag. 5. et lib. I. de bello Gothico cap. 5. aliisque in locis. Inter monachos deinde dictus est *Photinus*.

Photius, episcopus *Clerorum*, Κλήρων, in Phrygia salutari, interfuit synodo Photianae a. 879.

Photius presbyter *CPol.* cum Nestorio condemnatus a. C. 435.

Vide *Christianum Lupum* ad epistolas a se editas p. 557. et *Tillemontium* tom. XIV. memor. pag. 607. 787. seq. *Fabr.* Ad Photium presbyterum epp. Seueri. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. 44. bis, p. 55. 56. et 77. *Harl.*

Photius, *Corinthi* episcopus, qui interfuit concilio *CPol.* sub Menna a. C. 536. et in quibusdam codicibus adpellatur Photinus.

Photius *Cypri*, in synodo Sardicensi a. 347.

Photius *Iborensis* siue Ibororum in Helleponto, qui interfuit synodo Trullanae a. 687.

Photius, ὁ μακαρίτης. Eius meminit *Synesius* ep. 61.

[Photius, *martyr*. Eius et nonem aliorum martyrum certamen sub imperatore Leone Isauro, propter imaginem I. C. *CPoli* in porta aenea. In cod. *Vindobon.* XIV. nr. 16. v. *Lambec.* VIII. p. 251. seq. vbi Kollar. adnotat, illa martyria edita esse graece cum versione lat. Pinii in Act. SS. m. Augusti tom. II. pag. 434. — Alius Photii martyrium sub Diocletiano memoratum est supra in hoc vol. p. 314. *Harl.*]

[Photius, monachus et melodus. v. infra in vol. X. p. 137. vet. ed. *Harl.*]

[*Marii Photii*, sacerdotis, de metrica, in II. codd. Vaticanis. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 91. *B. Harl.*]

Photius, episcopus *Nacoliae* in Phrygia salutari, interfuit concilio *CPol.* a. 869.

Photius, naui praefectus, ἀνὴρ πολεμιστὴς καὶ δραστήριος, tempore Basilii Macedonis atque adeo Photii patriarchae. Vide *Cedrenum* p. 478. vitam Basilii Macedonis cap. 43.

Photius, *Nicaeae* in Bithynia episcopus, qui interfuit concilio sexto generali celebrato *CPol.* a. 680.

Photius, *Nicopoleos* in Armenia episcopus, qui synodo Trullanae a. 687. interfuit.

Photius, interfector Phocae imperatoris a. C. 610., de quo Nicephorus *CPol.* in breuiario p. 4. *Chronic.* paschale p. 385.

Photius *πρωτεύων*, ad quem epistolae Seneri Antiocheni.

Photius, *Russiae* metropolita, cuius meminit Sguropulus in historia synodi Florentinae habitae a. 1438. p. 14.

Photius, *scenophylax* et *logotheta* CPol. qui scripsit vitam Lucilliani hieromartyris, quam cum Conradi Ianningi versione habes in Actis sanctorum. [P] tom. I. Iunii p. 276-286. [v. supra in hoc vol. p. 271.] Laudavit *Allatius* p. 753. libri de purgatorio. Incipit: *πάσαι μὲν ἐγκωμιάζουσιν.*

Photius, *Sebastobolcus* in Armenia prima episcopus, qui interfuit synodo Trullanae a. C. 687.

Photius, *sophista*, magister Nicobuli, cuius mentio in epistolis Gregorii Naz. 61. 91. et 118. Vide *Tillemontii* memorias hist. eccles. tom. IX. pag. 544. [et supra in vol. IX. pag. 286. fin.]

Photius, *Theodori* studitae, de quo supra (ed. vet.) cap. 33. pater.

Photius *Tyrius* metropolita, qui a. 449. synodo Ephesinae interfuit et cuius libellus supplex ad Marcianum imp. exstat in actis concilii Chalced. a. 451. actione IV. tom. II. Bini p. 243. et tom. IV. Labbei p. 541. et tom. II. Harduin. p. 436. Iterum mentio p. 503. et 531. Huic *συναγωγὴν καὶ ἐκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων* tribuit Stephanus le Moyne notis ad varia sacra p. 783. [conf. infra, §. IX. de Photii epistolis, not. e. tum vol. XI. p. 183. VII. ed. vet. *Harl.*] Hic est Photius, qui Theodosii iunioris imp. iussu cum Eustathio Beryti episcopo cognovit de causa Ibae episcopi, scriptaque ab eo ad Marin Persam epistola, et eum absoluit. Vide Vigili papae constitutum a. C. 554. in *Baluzii* noua collectione concil. pag. 1554. seq. *Fabr.* Et *Assmann.* bibl. oriental. toin. I. pag. 200. de Iba, Edessae episcopo. *Harl.*

Ios. Photius, Rheginus Calaber, qui adhuc vivebat Romae 1675. De eius scriptis v. *Sotwel-*  
*lus* p. 522.

*Philadelphus* Photius; i. e. Lampe. v. *Vnschuld.* Nachricht. 1713. p. 164. et 1718. p. 796.

Denique in Catena Corderiana ad Lucam pro *Phofterio* Photii nomen reponendum haud dubitat Combefilius in bibl. concionatoria. Sed iste Photius haud alius a patriarcha CPol. de cuius scriptis deinceps dicendum.

## VI. Photii bibliotheca.

Insignis thesaurus, non liber, qui ab auctore inscribitur: *ἀπογραφὴ καὶ συναριθ-*  
*μησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς κεφαλαιώδη διάγνωσιν ὁ ἡγαπημένος ἡμῶν*  
*ἀδελφὸς Ταράσιος ἐχτήσατο. ἔσι δὲ ταῦτα ἑκοσι δέοντων ἐφ' ἐνὶ τριακόςια.* Descriptio  
atque enumeratio lectorum a nobis librorum, quorum argumenta cognoscere desiderauit dilectus  
frater noster Tarasius, suntque viginti et uno dentis trecenti. Hoc opus Photius composuit,  
antequam crearetur patriarcha, quum obiret legationem in Assyriam, ut ipse in epistola ad  
Tarasium \*) testatur. Dedit autem in illo speciem pulcherrimum historiae librorum criti-  
cae, quod mirum est, per tot annorum centurias non plures imitatores habuisse, donec no-  
stra

\*) Haec in edit. graeca legitur ad calcem operis pag. 892. in aliis rectius praemittitur.

Ira aetate iam a quinquaginta annis tanto illud cum fructu frequentatur per varias Europae linguas ab Ephemeridum literariorum et actorum eruditorum clarissimis scriptoribus, quibus [P] omnibus praeiuisse Photius exemplo suo, <sup>1)</sup> et quomodo cum laude in illo genere versari deberent, praeclare demonstrasse utique videtur. Certe siue varietatem et copiam librorum spectes, omnis generis insignes in hac bibliotheca reperies, theologos ac doctores ecclesiae, conciliorum acta et iuris ecclesiastici commentarios, medicos, philosophos, historicos, oratores, grammaticos: sed poëma vix ullum, praeter unas sacrorum librorum metaphrasas, ab Eudocia Augusta homericis versibus concinnatas. Si diligentiam requiras, experieris eum iam de scriptoribus ipsis, iam de scriptis, quae scitu digna sunt, adnotare, argumentum et ordinem ac scopum libri cuiusque exponere plerumque, perspicue et adurate iam pluribus, iam paucioribus verbis, et non raro selecta ex illis loca, et quae in primis digna notatu visa ipsi sunt, excerpere. Si denique iudicium respicias critici, videbis eum et censuram ferre de silo scriptorum, de tractandi ratione, de doctrina ipsa, idque sinceritate et acumine tanto, tanta libertate etiam in antiquioribus ecclesiae scriptoribus, ut hoc doctos quosdam viros inale habuerit, <sup>2)</sup> tam eruditam autem ferre censuram et acrem, ut facile adpareat, eum rerum, de quibus loquitur, peritissimum fuisse. Itaque veritas ipsa inimico Photiani nominis Nicetae Raphlagoni extorsit, ut in vita Ignatii <sup>3)</sup> scriberet Photium τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφανῶν σοφία τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ σπουδαιμένων εὐδοκιμώτατον πάντων νομιζόμενον· γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, καὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς καὶ πάσης ὀλίγως δὲ ἐπισήμης τῶν δύραθεν τοσούτων αὐτῷ τὸ περιόν, ὥς μὴ μόνον σχεδὸν φανῇ τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν γενεὰν πάντων διενεγκῆν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὰς παλαιὰς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι· πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδεύτης τῆς φύσεως, ἡ σπερδὴ, ὁ πλεῖτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. Πλεόν δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἱμμελῶς ἐσχολακότε. Claris et illustribus oriundum natalibus rerumque civilium et politicarum usu prudentiaque et scientia clarissimum. Grammaticae enim litteraturae et carminis pangendi dicendique laude, quin et philosophiae et medicinae <sup>4)</sup> et omnium prope liberalium disciplinarum studio [P] cognitioneque tantopere florebat, ut aequi sui facile princeps haberetur, imo et cum veteribus iam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quaedam et naturae vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum maximam copiam <sup>5)</sup> comparabat: et quod prae cunctis, gloriae laudisque cupido, qua incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes. Post hoc inimici hominis testimonium non opus est aliorum de Photio eiusque βιβλιοπανσυλλεκτῶ *Ἀνθολογία* <sup>6)</sup> siue *Μυριοβιβλῶ* elogia adlegare, ut Dan. Hein-

fii

1) Confer *Christianum Iunckerum* in schediasmate historico de Diarthis eruditorum edito Lips. 1692. 12. p. 72. et *Constantinum Wolsfum* in diss. de Photio Ephemeridum eruditorum inuuntore. Witteb. 1688.

2) *H. Dodwellus* diss. ad Irenaeum pag. 409. *Idem* saepe seuerus vetustissimorum patrum censor est Photius, propterea a Bullo nostro merito castigatus.

3) In conciliis Harduini tom. V. p. 959.

4) De medica Photii peritia confer ipsius epist. 169.

5) Librorum usum in exilio ademptum sibi esse, queritur epist. 97. ad Basilium Macedonem.

6) Gregorius patriarcha CPol. ad imperatorem Trapezuntium in Allatii Graecia orthodoxa tom.



sit prolegomena ad Aristarchum sacrum, et aliorum quae apud Hancium <sup>2)</sup> et Thomam Pope Blount <sup>aa)</sup> collecta, et facile aliis augenda <sup>bb)</sup>, prostant. Potius notare iuvat, quae in pulcherrimo hoc opere a viris doctis desiderantur. De bibliotheca Photii miror, inquit Casaubonus, <sup>cc)</sup> quod vir tantus omnem adeo τὰς ἐν insuper habuerit, nam ut taceam, quod auctores non distinguit, sed confundit in unum, ut non dicam artium et scientiarum auctores misceri et historicos diversissimorum temporum, ut illud sane quam mirum eiusdem scriptoris scripta eiusdem saepe argumenti locis adeo diversis commemorari, ut Arriani, Io. Philoponi et aliorum. Quid quod eiusdem libri <sup>dd)</sup> eadem excerpta vix paucissimis mutatis verbis proponit bis, et pag. 217. et 278. Adparet, virum doctum, ut quemcunque librum fors ei obtulisset, solitum deutorare, ac statim in codicem suorum excerptorum aliquid sibi ex eo adnotasse. Hoc mihi videtur verisimilius, quam quod viro doctissimo Henrico Valesio <sup>ee)</sup> persuasum, bibliothecam Photianam plurimis in locis [P] interpolatam, nec unius esse auctoris: immo quartam partem et amplius ab alio esse scriptore. <sup>ff)</sup> Quamquam verum est in MSS. codicibus aliquando reperiri excerpta eiusmodi sine nomine Photii, ut constat ex Lambecii lib. VII. p. 141. <sup>gg)</sup> et Valesio assentienti Ludolphus Kusterus ad Suidam in Ηεράκλος, quum notasset, verba quaedam e Damascio adducta a Suida legi etiam apud Photium cod. CCXLII. sed absque vlla connectione cum iis, quae ibi praecedunt, ut vel dicendum sit, incuria librarium quaedam ibi omissa esse, vel excerptorem loci istius, quisquis ille sit, officio suo negligenter functum esse: *summa enim, inquit, non pauca in collectaneis Photianis, quae non crediderim ab ipso Photio*

I. p. 449. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς βιβλιοπαντοφάνης ἀνδραλογίας Photii Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶ τῆς Εὐλογίας παντοφάνης Ἀλεξανδρείας προσημειωμένην λίαν ἀρμόζον etc.

2) Hancius de Byz. rerum scriptor. pag. 393. seq.

aa) Tho. Pope Blount in censura scriptorum p. 351. seq. Essais de littérature tom. I. p. 94.

bb) Casaubonus in Casaubonianis p. 12. Solet Photius ita res excerptare, ut verborum elegantias aut proprietatem non negligat. Solet etiam, ubi rerum summam, quas auctores tractarunt, exposuit, de genere scribendi et characterere aliquid notare. Atque id maxime cum auctorem nobis commendare debet; est enim in ea parte eximius, ut non parum profecturus videatur, qui eius elogia comparavit cum similibus iudiciis Dionysii Halicarnassaei et aliorum. Franciscus Vauassor de ludicra dictione pag. 143. quae prudentia vir fuit Photius, quo acumine, quam sinceritas et elegans in omni iudicio. Fabr. Photii Myriobiblon stupendae eruditionis opus vocat Pearson prolegg. ad Hieroclem p. 2. Heum. Add. cel. St. Croix iudicium de illo opere in Exam. erit. des Historiens d'Alexandre. ed. II. pag. 754.

et cel. Schroeckh. in Hist. eccl. christ. tom. XXI. p. 96. sqq. Henr. Valesium de Critica libr. I. cap. 29. pag. 176. cum eiusdem Emendat. a Burmano II. editis, Harl.

cc) Casaubonianus p. II.

dd) Dionysii Aegaei Δικτυαίων cod. CLXXXV. et CCXI. Sic Damascii cod. CLXXXI. et CCXLIV.

ee) Valesius in calce notarum ad excerpta de legationibus: Huic operi idem videtur contigisse quod bibl. Photii, cui altera eiusdem argumenti adiecta est, ut patet ex iisdem auctoribus, qui bis in illa bibliotheca descripti reperiuntur. Eiusdem Valesii sententiae meminit Menagius in Historia mulierum philosopharum p. 74. et Colomesius paralipomenis de scriptor. eccles. p. 268.

ff) Colomesius in opusc. p. 97.

gg) Lambec. in comment. passim corrigit illam Photii bibliothecam, e. gr. vol. VII. pag. 426. VIII. p. 578. sqq. etc. Cel. St. Croix in: Examen critique cit. p. 59. not. 1. errorem Photii adnotat: v. infra, ad Photii cod. LXVIII. Harl.

Photio profecta esse, sed ab interpolatoribus eius, qui temere et absque ullo iudicio quaedam auctorum loca, mutilato prorsus sensu operi illi inseruerunt. Neque enim bibliothecam Photii ab uno auctore compilatam esse, vel eo argumento satis probari posse puto, quod non solum integra interdum opera bis in ea recenscantur, sed etiam in unius libri epitome eadem saepe hñois, eademque auctorum loca diuersis in locis repetantur, id quod pluribus exemplis hoc probare possem, si id nunc agerem. Sed hac de re alibi forte plura. Attamen haec omnia potuerunt ab auctoris iam otiosi, iam properantis et pluribus intenti, distractione proficisci, quo etiam retulerim diuersum acumen, quod in hoc opere arguit Vignolius Maruillius tom. I. miscellaneorum historico-crit. p. 310. diuersumque stilum. Potuit etiam fieri, vt, quae Dupinii suspicio est tom. VII. bibl. eccles. p. 103. idem scriptor euindem librum iam perstringat breuius, iam ex eo longiora adnotet excerpta: iam accuratum ferat de singulis iudicium, iam procedente opere leuius censura defungatur. Iosephus Scaliger epist. 401. ad Laur. Rhodomanum, vti-  
nam, inquit, tam diligens Photius in librorum Diodori deperditorum argumentis fuisset, quam futilibus amatoris libris Iamblichi et aliorum fuit. Hinc Huetius demonstrat. euangel. proposit. 3. p. 38. iampridem, ait, doluisse viris eruditis, friuola quaedam diligenter excerpisse aliquando Photium ex futilibus scriptoribus, quum optimos auctores et perutiles satis leuiter delibaret. Casaubono exerc. 1. ad Baron. c. 3. p. 33. plane inter falsarios videtur nomen Photii deferendum propter verba Iosephi adducta contra Iosephi mentem. <sup>hh)</sup> Vides, inquit, quam mala fide et verba Iosephi et sententiam Photius recitet. Atque hoc non semel diligens lector in eo praestantissimo scriptore, si adtendat, obseruabit. Solet enim nonnumquam pugnantes inuicem sententias diuersorum auctorum vni alicui tribuere, et integras narrationes hoc [P] passo confundere. Iniquius iudicium est Scipionis Tettii in commentario de Apollodori, qui Photium trecentorum et viginti amplius <sup>ii)</sup> auctorum opera per infinita diffusa volumina pessimo publico in arduum collegisse arguit. Fabr. Photium quoque frequenter finxisse nomina, et nomina dramatum in poetas transformasse, docet Valcken. in Diatribe post Euripidis Hippolytum, cap. II. fin. p. 17. sq. Harl.

In quibusdam codicibus Photii bibliotheca distinguitur in tomos duos, ita vt posterior incipiat a codice CCXXXII. vt Hoeschelius p. 967. adnotauit. Ad calcem operis Photius fratri suo ait, se de longe pluribus fortasse libris similiter deinceps ad eum scripturum, <sup>hh)</sup> vbi ex legatione domum fuerit reuersus. Verum necessariis negotiis impeditus facere id ne-  
tiquam

hh) Cof. Lambec. VIII. p. 29. sqq. Harl.

ii) Immo, minus.

kk) Εὐ ὦ ὦ τῶν ἐμοὶ ποικιλιῶν ματρικῶν ἀδελφωμάτων: ἀ μὲν αὐτῶν τὴν προσβάν διανοή-  
ται. τὸ κοινὸν καὶ ἀδελφικὸν καταλάβει τίλος, ἔχου-  
σιν αὐτῶν τῆς ἰδέας ἀδελφικῶν, φίλος τε ἔμα-  
κα καὶ παραμυθίας ὑπόθεσιν καὶ ἀνέμνησιν, καὶ δὴ καὶ  
ἀπαρχὴν καὶ τελευτὴν ἀφοσιωμένην τῷ σὺν κατὰ λο-  
γικὴν διαρίαν αὐτῶν τὴν ἐκπλήρωσιν. Εἰ δ' ἰσθῆν

καὶ ἀποκαταστήσας τὸ δῶν το καὶ φιλαδέλφικον νόμον  
αὐτῶν ἀδελφικὸν θίαν καὶ προτέραν ἀποκαταστήσας, τα-  
χα αὖν ἰτίαν ἰδέσθαι οὐκ ἔλαττόναι ἀρ-  
χὴ ταῦτα ἄν, παραμυθίᾳ τῶν παραχρημάτων αὐτῶν  
ἐφίλων. Primis verbis Photius Tarasium fra-  
trem blando adloquio, *omnium*, quos eadem emi-  
xa est mater, *dilectissimum* appellat: prorsus enim  
aliena a Photii sensu est Schotti interpretatio; *dilectissime omnium*, quibuscum *foetus meos com-*  
*munico.*

ti quam potuit. Ceterum longe copiosiora, quam existant in bibliotheca cod. XL. habearis Photii excerpta e *Philostorgio*, de quibus dixi lib. V. cap. 4. p. 116. <sup>11)</sup> et S. *Athanasii* elogium in fronte graecolatinarum doctoris illius editionum vulgatum primum a Nannio ex codice S. Athanasii Basileensi: *Φωτίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν ἰδιὸν ἀδελφὸν Ταρσάσιον*.

In versione Schiotti ad bibliothecae calcem, de numero librorum legas haec sane inter se pugnancia: *Producitur hoc opus ad trecentos et quindecim auctores, prohibiti tamen sumus ad trecentos pervenire.* Εἰς τοσούτον αἶμα συνάγεται πλῆθος τριακοσίων τῶ πεντηκοντακάρῳ μέρεσιν προσελθόν ἄλλοι τῶν τριακοσίων κωλυόμενον. Ita legendus hic locus, et vendendus erat sic: *Ita colligitur, opinor, numerus librorum trecenteshmus, parte tantummodo quintadecima, quominus trecenti sint, deficiente.* Viginti, sunt pars decima-quinta ex trecentis, Photii autem bibliotheca libros habet CCLXXX. hoc est trecentos minus viginti, (siue) ut in epistola ad Tarasium CCLXXIX. trecentos minus viginti et uno, ταῦτα δὲ εἰς πεντηκοντακάρῳ μέρεσιν τῶν τριακοσίων [P] ἐφ' ἐνὶ καὶ ἑπτακλίον ἀπολείπονται, *Ea sunt uno nec amplius supra decimam quintam summas partem demito, volumina trecenta.*

#### VIII. [Codices MSS. et] Editiones bibliothecae Photianae.

[Codicum quorundam notitiam eo potius praemittendam existimo, quoniam contextus graecus nondum satis purgatus est a vitiosis lectionibus, et opus ipsum editorem adhuc desiderat, qui plures comparet codices, et tanta ingenii sagacitate, quanta litterarum et antiquitatis scientia sit instructus. A futuro autem editore ut cod. gr. a Mart. Crusio supra in vol. VIII. p. 96. med. memoratus, posset contendere, inter pia forsitan desideria est referendum. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCXXVI. nondum collata est Photii bibliotheca, sed initio desideratur epist. ad Tarasium fratrem. — Eadem biblioth. ibid. in cod. MCCXXVII. definit in capite 58. — Ibid. in cod. MCCLXVI. Photii bibliothecae pars ferme dimidia, a pag. 844. edit. Rothomag. ad finem usque, paucis tantum exceptis: huius codicis ope non pauca posse Photii loca emendari, iudicatur in cat. MSS. Paris. reg. tom. II. p. 269. — In codd. *Vindobon.* caes. haud paucis multis esse particulas ex opere Photiano excerptas, suis locis adnotabimus. — In bibl. *Mutinesi* est in cod. a. 1559. Venetis descripto, Photii bibliotheca, teste *Montfaucon*. in diario italico pag. 32. et in Bibl. biblioth. MSS. p. 531. A. — Eodem teste in Bibl. biblioth. MSS. pag. 35. B. in cod. quondam reginae Sueciae, nunc *Vatican.* nr. 982. selecta ex *Procli* chrestomathia grammatica, sumpta ex *Photii* bibliotheca. — pag. 186. D. in cod. *Ottobon.* ex eadem excerpta quaedam: — pag. 187. D. in cod. *Ottobon.* recenti, II. tomis, Photii bibl. — pag. 490. C. (et in Scipionis Maffei *Verona* illustrata, part. III. p. 242.) *Photii* bibl. — pag. 503. A. *Mediolani* in bibl. Ambros. bibl. cum duplici indice: — p. 622. E. eadem in duobus codd. *Escurial.* (conf. etiam *Plüer* itinerar. per Hispan. pag. 187.) — *Venetis* in codd. bibl. Marcianae CCGCL. et CCCCLI. Photii biblioth.

<sup>11)</sup> S. cap. I. vol. VII. pag. 421. nou. ed. — Angliae etc. part I. p. 18. ab ea, quae existat apud  
in cod. *Barocc.* CXLII. *Philostorgii* H. E. epitomae, multum diuersa, et amplior multo.  
me, auct. *Photii*; sed, ut ait editor cat. MSS. *Hart.*



illa editum aint: a Philippo Sueuezelio, \*) Brugenſi. S. I. cuius verſionem Anaſtaſii Sinaitae in pſalmum VI. vulgavit Caniſius tom. III. lectionum antiquarum. Ceterum licet cum Thoma Gatakero \*\*) nolim negare, Schottum eſſe, qui Photium fuit interpretatus: tamen negari nequit, *hanc virum proſecto doctiſſimum non doctiſſimæ Photium [P] vertiſſe*, quod Alexandri Mori iudicium eſt praef. ad Eusebii Chron. atque, vt omittam, quod ex Iac. Gyllotii ad Ioſephum Scaligerum epiſtola obſeruat Colomeſius \*\*), *paſſim fere ſe prodere vel Ignatianum vel Baronianum*. Idem Colomeſius: *Hanc Photii bibliothecam perſunctorum admodum in latinum ſermonem conuertit vir alius doctiſſimus Andreas Schottus*. Frequenter inde reprehenditur verſio illa a viris doctis, Gatakero eodem pluribus locis, *Reineſio* in Var. lect. Lambecio in commentar. de bibl. Vindob. Io. Pearsonio parte 2. Vindictar. Ignatii p. 120. ſeq. 204. et prolegomenis ad Hieroclem, p. 34. Ioannis Owens p. 216. Theologumenon, *ſumendo Albertino* de S. Euchariftia p. 262. Catellario ad patres apoſtoli tom. I. pag. 263. vbi Photii interpretem *plene taſpam* adpellat, [a Needham praefat. ad Hieroclem p. 10. a Valsſo ad Philoſtorg. v. ad lib. II. c. 11. ita ſcribit: interpretem hic lapſum eſſe, mirum non eſt, quippe qui gr. linguae prorfus fuit ignarus. *Hann.*] Verſionem, eſſi A. Schotti nomen praeferat, prauam, fallacem et Schotti nomine prorfus indignam adpellat Caueus. Vide etiam Theophili Spizelii templum honoris p. 332. \*) et D. Eliæ Kœſlii commentarium de variis oeconomiae ſacrae, potiſſimum eccleſiaſticae generibus p. 19. ſeq. In ſola epiſtola Photii ad Tarasium bibliothecae praemiſſa plures interpretis hallucinationes notae editiſq. Amſtelodamenſis memoriarum litterariarum Tranſact. a. 1701. p. 289. ſeq. Fabr. Add. ſb. *Hier. Lechium* in diſtribe in Photii bibliothecam, Lipſiae 1748. 4. qui et textum et verſionem corrigi, atque pag. 5. varioſq. VV. DD. laudat, qui verſionem Schottianam vel vituperarunt vel emenda-

Miotheq. de M. du Puy t. I. p. 291. Mr. Bigot croyoit que cette verſion etoit pluſtot de quelque ſecrèti, a qui Schott avoit dourir le Grec à traduire — quoi qui l'en ſoit etc. et digne opus eſſe cenſet, quod denno lat. vertatur.

99) Prolixam Schotto nauaſſe operam Sueuezelium in edenda Photii bibliotheca teſtatur *Allegambe* bibliotheca Ieſuitica p. 405.

rr) *Gatakerns* aduerſar. miſcell. pag. 2. *Nam Photii interpres, qui proſecto Andreas Schottus eſſe non poteſt.* Sed non magis forſan a Schotto Photium, quam a Morello Libanium verſum iuſciari voluit, quem Libania interpretem negat p. 467. quod nempe illa non ſemper digna illo viro ſit interpretatio. Certe non modo Schottus ſe Photii interpretem profeſſus eſt in litteris ad Voſſium, cuius ſe autographum ſeruare adfirmavit Colomeſius p. 52. Opuſc. *Salutat te tenebrio, qui Photium dedit latine.* Sed etiam ipſe in praefat. quanto labore ſibi conſulcrit illa interpretatio, ex-

ponit. Idem *Gatakerns* p. 463. *alluſe nimis V. G. Andreas Schottus.* Fabr. De edit. Hoefcheliana et Rothomagenſi conf. Goetz Memorabb. bibl. Dresden. vol. II. faſc. III. pag. 410. ſeqq. *Harl.*

ss) *Colomeſ.* diſſ. de Photii ſcriptis ſub iute.

tt) Vbi Hoefchelium cuiusque editionem bibl. Photianas laudat; et pag. 332. in not. „Nonnulli, ait, Photii latinam interpretationem ab Hoefchelio deſiderarunt, acroque tulerunt non aliam exſtare verſionem, quam eam, quae primi editoris calculo alioſubi reiecta ſit atque improbat. Sic etenim Hoefchel. de Schottiana interpretatione in quadam ad G. R. (Georgium Remum,) epiſtola, cuius *εἰρηνοφῶν* ipſe poſſideo, ſcribere non dubitavit: *Quantum initio diligentiae fuit ab interprete adhibitu, tantum in medio ac fine deſideratur, ac ſi illud graece peritiſſimus, haec rudis tiro vertiſſet, nec ſenſum auctoris adſequutus, nec proprie loquutus.*“ *Harl.*

emendarunt: *Lambesius* quoque in *comm. de bibl. caesar. VI. part. 2. p. 401. et 415. ed. Kollar. reprehendit versionem Schottianam. Harl.*

*Græco-latinae*, quae ex his duabus coaluere, editiones, nec emendationes sunt, nec quicquam noui ad illustrandum Photium adferunt, nisi quod versio Schotti e regione graeciae posita, et notae Hoeschelii Schottique adiectae. *Geneu. 1613. fol. Rothomagi 1653. fol. Fabr. — Photii bibliotheca, gr. et lat. cum Hoeschelii notis et interpretatione Andrea Schotti: apud Stephanum 1611. fol. v. cat. bibl. Leidens. p. 284. Sed a Fabricio in vol. XIII. p. 624. ita citatur haec ed. Critici Photii bibliotheca, gr. et lat. 1612. fol. Harl.*

#### VIII. *Versiones adfectae aut ineditae, vel editiones promissae.*

Andreas Schottus in praef. *Inaudieram pridem unum et item alterum in Iberia graecarum litterarum peritissimum Photii bibliothecam e graeco in latinum sermonem commodo publico conuertere coepisse; sed coepisse tantum, ac vix dimidia operis parte supersedisse, suis graeci exemplaribus mendis deterritus, seu laboris fuga in tanta voluminis cum mole tum varietate, seu denique utraque de causa cessasse. Romae quoque tertium perfecisse quidam narrabant, sed ad edendum adduci non potuisse.*

*Iohannes Mariana S. I. bibliothecam Photii in epitomen redegit, sed numquam editit, ut ex Philippo Alegambe notat Colomesius, qui etiam testatur, versiones alias eiusdem Bibliothecae adornasse Fredericum Matium, Thermularum episcopum, et Cosmam Fontium, similiter numquam editas.*

*Conr. Gesnerus* biblioth. a. 1545. ed. p. 562. Photii, patriarchae, descriptionis auctor, quotquot ipse legerat volumina duo gr. vidi Venetiis in aedibus V. ill. Diegi Hurtadi a Mendoza, caesarei oratoris, ostendente Arnaldo Arlenio-Peraxylo, qui etiam postea per litteras aliquoties pollicitus est, id opus mihi se commissurum, et excudendum prelo curarem, quod ab ipso haecenus non praestitum.

*Combesius* praefat. ad Basilii Seleuc. in bibl. ascetica, Paris. 1674. 4. Sic et Rotomagi factitatum a typothetis iam edita malentibus reddere, quam manu exarata non cedere in Photii *μυριοβιβλῶν*, in quam non deerant aliorum parati labores, nisi typographus, quibus scatet mendis, nec digna satis Andrea Schotto versione, (cuius nec parens sit, exceptis duntaxat paulo melioribus aliquot libri primis capitibus, sed is forte, quem eius in graecis adiutorem plurimum laudat auctor biblioth. scriptorum sanitatis,) maluisset ad prelum reuocare, nec sibi rem frugi facturus, nec litterarum publico.

[*Ioannes* quoque *Sambucus* moliebatur nouam editionem. vid. epistol. variorum ad P. Victorem, tom. II. p. 112. et cel. *Morelli* bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 318. *Harl.*]

Promiserat etiam nouam edit. D. *Christiam. Prider. Boernerus*, theologus Lipsiensis.

de cuius instituto vide sis memorias litterarias Michaelis de la Roche, gallice editas Londini, *Memoirs of literature*, tom. I. (a. 1711.) p. 172.

Nouam editionem moliebantur Io. Guil. Berger, Witeberg. et alius vir doctus Londini. conf. *Mem. de Trev.* 1724. p. 765. [add. Lacroz. thes. epistol. tom. II. p. 263. et pag. 265. de Boernero. *Hartl.*]

*Petr. Adolph. Boyss.* editurus erat observatt. criticas in hunc Photii librum. v. *Göttingii gelehrtes Europa* I. p. 456.

[Camufatus de noua editione curanda cogitabat; sed v. quae Io. Christoph. Wolf. in Lacroziano thesauro epistol. tom. II. p. 263. et 265. de isto consilio scripserat. Ibid. p. 266. et 267. ipse Wolfius suum consilium edendae Photianae bibl. aperuit Crozio, (de la Croze.) et scripsit, se illam bibl. vsque ad cod. CLXXII. recognouisse, atque pag. 275. nuntiavit, se tertiam fere partem confectam habere; at utroque loco ipse de felici exitu iam dubitans, se fere consilium abiicisse, professus est praecipue quum audisset, Montefalconium, Capperoneriei curis et aliis egregiis praesidiis fuffultum, omnia Photii opera iubere eruditos sperare. Enimvero illa quoque promissio ac spes fuerunt inanes. *Hartl.*

A. 1701. nouam editionem huius operis promittebant bibliopolae Belgae cum versione Claudii Capperoneriei, doctoris Sorbonici, et notis Lud. Eliae Dupinii: quo de instituto videre licet memorias litterarias Treuoltinas editas gallice anni 1701. p. 288. sq. et anni 1702. p. 474. edit. Amstelod. add. *Journ. des Sav.* 1724. p. 118. et acta erudit. 1701. p. 432.

[Abbas Gêdoyn Mémoires de l'Acad. des belles Lettres, tom. XIV. Paris. 1743. 4. inferuit aliquot Photii excerpta, gallice versa, et notis varii generis, interdum quoque criticis illustrata; et quidem in I. recitatione pag. 180. sqq. quae Photius dedit ex Cononis op. ac pag. 233. ex Apollodori bibliotheca; tum in II. recitatione p. 235. sqq. ex Theopompi op. historico, et p. 242. sqq. Dionysii Halicarn. iudicium de Theopompo, atque Gêdoyn, p. 244. et 245. in not. suum de Theopompi ingenio scribendique genere subiungit iudicium; dein in recitat. III. p. 247. sqq. sequuntur, quae Photius de Ctesiae hist. Persarum prodidit; Gêdoyn vero ipse in nota de fide Ctesiae, quem praefert Herodoto, suam dicit sententiam; — in IV. recitat. p. 279. sqq. de Memnonis historia Heracl. — In histoire de l'Academie des Inscript. et belles Lettres, tom. XVI. Paris. 1751. 4. est pag. 98. seq. brevis notitia de tribus aliis recitat. a Gêdoyn, (mortui 1744. m. Aug.) olim habitis, in quibus tres Photii narrationes pari modo gallice versae et illustratae fuisse, eaeque in libro, inscripto: Oeuvres diverses etc. Paris. 1745. 12. publici iuris factae dicuntur. *Hartl.*]

[I. H. Leichius in Diatr. in Photii bibliothecam, Lips. 1748. 4. pag. LIV. membra doctiss. abbatem Catiforuin, qui curam edendi Photii apud Venetos suscepit. *Beck.*]

#### IX. Index scriptorum, de quibus Photius differit, variis illustratus observationibus.

I. Theodori presbyteri, ὅτι γνησία ἢ τῆ ἀγίας Διωνυσίας Βιβλος, scriptum, quo genuina esse, quae Dionysio areopagitae tribuuntur, scripta pugnavit et quatuor praecipua, quae illis possunt opponi, argumenta dissolvere est conatus. Theodorus hic mihi videtur fuisse

fuisse siue ille Rhatus presbyter, ut Pearsonius coniecit in Vindiciis Ignatii parte I. p. 18. siue Mazarenfis presbyter in Sicilia, ad quorum vtrumque scribit S. *Maximus Confessor* tom. II. p. 151. 134. qui Maximus Dionysii scripta defendit etiam ipse et scholâs insuper, quae exstant, illustravit. At Theodori liber perit, cuius responsionibus non videtur adeo multa tribuisse Photius. Vide *Ioannem Dallacum* lib. I. de scriptis Dionysio suppositis cap. 34.

II. ADRIANI *Isagoge in scripturam sacram*, εἰσαγωγή τῆς γράφης, libellus vtilis et lectu dignus de loquutionibus sacrorum scriptorum, quem primus ex MS. Augustano graece vulgavit *David Hoeschelius*, Augustae Vindel. 1602. 4. Deinde Ioannes Pearsonius praefigi curavit tomo octavo criticorum sacrorum, ipsius auspiciis excusorum, Lond. 1660. fol. atque ab eo tempore Amstelodami et Francofurti praelis iterum subiectorum. Latine vertit notisque illustravit post Aloyf. Loll. in eius opusculis Bellunae 1650. fol. amicus noster *Christophorus Woltereck*, Glückstadiensis, cuius lucubrationem istam MS. prelo paratam euolui ante plures annos, atque opto, ut in lucem prodeat<sup>an</sup>. Adrianum hunc laudat *Cassiodorus* cap. 10. Institutionum diuinarum, suspicorque, illum ipsum esse Adrianum monachum, ad quem est S. Nili epistola 66. libri 2. edit. Allatianae, [P] ubi eum laudat a diligenti sacram scripturarum lectione. *Andronicum* vocat Turrianus, perperam, qui Adrianus etiam appellatur in membranis bibliothecae Ioanneae Hamburgensis, in quibus exstat ante opuscula duo Hieronymi, graeci theologi, quae exhibui superiore volumine c. 24. Hoc Adriani opusculum latina versione donatum edere voluit pridem Conradus Rittershusius, uti argumenta duodecim prophetarum, (Hesychio Hierosol. auctore,) quae cum Adriano Hoeschelius graece vulgauerat, vtraque lingua edidit ad calcem assis fatidici, siue duodecim prophetarum a Thuanio et Rittershusio metaphrasi latina donatorum, Ambergae, 1614. 8. p. 290. seq.

III. *Nonnosus* christiani scriptoris *Historia* legationum tum aui sui Nonnosi et patris Abrami, tum maxime suarum, quas Iustiniani imp. nomine ad Aethiopum Auxumitarum regem et alios Orientis populos obiit. Hoc opus praeter pauca Photii ex illo excerpta iamdiu fuit perditum, nihilque eius scriptoris hodie exstat, nisi vera sit coniectura *Lamberti*, qui lib. V. p. 131. [pag. 277. Kollar.] illi tribuit *Gregentii* disputationem cum Herbano Iudaeo, (de quo dixi supra c. 32. p. 14. seq. [in hoc vol. cap. 29. p. 125. seq.] et lib. VIII. p. 387. [p. 323. Koll.] Martyrium Arethae et sociorum, quorum memoriam recolit ecclesia graeca 24. Octobr. Incipit: Ἐπεὶ πάλαι τῆς βασιλείας Ἰουλιανῆς.

IV. *Theodori* Antiocheni presbyteri, eiusdem, Photio iudice, qui postea episcopus Mopsuestenus fuit, libri XXV. pro *Basilio* Caesareensi aduersus *Ennomium*. De hoc et aliis Theodori Mopsuesteni scriptis deperditis supra cap. 33. [cap. 30. in h. vol.]

V. *Sophro-*

<sup>an</sup> At licet in actis erudit. 1709. p. 452. legas, sub prelo iam tunc fuisse Lipsiae, tamen necdum prodit. *Fabr.* [conf. quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. II. 2. p. 283. *Hartl.*] — Nullum locum profert ex libris apocryphis, ut obseruat Jo. Gossius in historia canonis S. scripturae, edita an-

glice, Londini 1674. 4. p. 149. ubi refert ad an. 760. Por si Photius read him, he was at least so ancient, if he lived act. in the age before. Fallitur itaque Alph. Ciacconius, qui in biblioth. vniuers. MS. hunc Adrianum cum Andronicis Comneno, longe iunioris, confundit.



V. *Sophronii* pro *Basilio contra eundem Eunomium*, quem, licet longe breviorera, Theodoro praeferre Photius non dubitat. Caveus, nescio, quo argumento, hunc Sophronium ad extrema saeculi sexti reicit, quum mihi videatur haud diuersus esse a Sophronio, amico S. Hieronymi. Quisquis porro fuit auctor, scriptum sane eius aetatem non tulit.

VL GREGORII Nysseni opus *aduersus Eunomium* siue libri duodecim, qui exstant,

Et VII. *Ἐπίστα προαγματέων* illius, eidem Eunomio opposita, siue liber decimus tertius. Vide si lubet quae supra, vol. VIII. cap. 20. [IX. c. 15. p. 98. sqq. n. ed.]

VIII. ORIGENIS libri quatuor *περὶ ἀρχῶν*, qui latine solum superstant, atque inter Origenis et Hieronymi opera leguntur ex versione Rufini. In illis e Platonis schola mutuatum pleraque, vere notauit Marcellus Ancyranus apud Eusebium I. contra Marcellum p. 23. De Origenis scriptis dixi lib. V. c. 1. [vol. VII. p. 201. sqq. n. ed.]

[P] IX. EVSEBII *praeparationis euangelicae* libri XV, qui exstant.

X. Eiusdem *demonstrationis euangelicae* lib. XX. ex quibus decem posteriores intereiderunt.

XI. *Ecclesiasticae praeparationis* libri, (numerus excidit,) in quibus *eclogae*, siue selecta loca ex scriptoribus ecclesiasticis. Hoc opus, quod dolendum, nusquam hodie reperitur.

XII. *Ecclesiasticae demonstrationis* libri (numerus similiter excidit.) Citatur Eusebii *ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις* in iure graeco-romano lib. IV. p. 295. Opus ipsum desideramus.

XIII. *Ἐλέγχοι καὶ ἀπολογίαι* *confutationis et apologiae* pro christiana religione aduersus ethnicorum obiectiones libri II. et alii eiusdem argumenti et propemodum iidem, priorum fortasse altera *ἔκδοσις*. De his aliisque Eusebii scriptis deperditis, nec non etiam de iis, quae habemus, dixi volumine sexto, lib. V. cap. 4. [vol. VII. p. 335. sqq. n. ed.]

XIV. *Apollinaris*, Hierapolitani episcopi, qui Marci Antonini temporibus vixit, *liber aduersus Graecos siue gentes, et de pietate ac de veritate*. Laudant haec etiam Eusebius IV. 27. Hieronymus c. 26. Catalogi et Nicephorus IV. 11. testaturque Photius, alia praeterea celebrari praeclari huius viri *συγγράμματα ἀξιολογούμεντα*, in quae necdum ipse incidit. Sed ex vniuersis insignis huius viri scriptis, lector mecum dolebit, nihil quicquam ad nos peruenisse.

XV. GELASII (Caesarensis in Bithynia episcopi incertae aetatis,) *πρωτοκλήριον* siue *acta concilii Nicaeni* a. C. 325. habiti *libris III.* saepius et separatim utraque lingua et in tomis conciliorum edita, de quibus dixi volumine VIII. c. 24. p. 371. seq. [vol. IX. c. 19. p. 290. sq. n. ed.] Vberius de hoc opere Photius infra cod. LXXXIX. Et de synodo Nicaeni alias

alias referens narrationes cod. LXXXVIII. et CCLVI. Vid. etiam *Turiam.* in apol. pro epp. pontificum III. 2. p. 279. fq.

XVI. ACTA SYNODI TERTIAE siue Ephesinae a. 431. celebratae, tota fere constantia epistolis Cyrilli ad Nestorium mutuisque Nestorii, de quibus etiam meminit cod. CLXIX. Prodierunt acta ista latine ex veteri versione Paris. 1574. 8. edente Antonio Contio, atque inde in Baluzii et Harduini conciliis. Sed graece primum e typographia Cominelliana 1591. fol. et Theodori Peltani versio 1604. fol. Denique utraque lingua in editionibus conciliorum Romana, Biniana a. 1618. Labbeana et Harduiniana.

[P] XVII. ACTA SYNODI QUARTAE siue Chalcedonensis aduersus Eutychen et Dioscorum celebratae a. 451. Similiter editae sunt graece et latine in tomis conciliorum et tomo secundo editionis Harduinianae,

XVIII. ACTA SYNODI QUINTAE de tribus capitulis celebratae CPoli a. 553. Haec graece nondum viderunt lucem: latine edita post Surium a Labbeo tom. V. et Harduino tom. III.

XIX. ACTA SEXTAE SYNODI contra Monotheletas habitae CPoli in trullo sacri palatii a. 680. Acta graece et latine saepius edita in conciliorum tomis post Romanos et Binium a Labbeo tom. VI. et ab Harduino tom. III. Habentur MSS. in bibl. Bauar. cat. pag. 17. [v. *Hardt.* in Aretini Beytr. 1805. part. I. p. 27. fq. et conf. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. XIX. pag. 423. fq. 474. et 508. tom. XX. p. 194.]

XX. ACTA SEPTIMAE SYNODI siue Nicaenae secundae aduersus iconoclastas celebratae a. 787. Acta habemus graece et latine in editione romana concilior. et apud Binium tom. III. et Labbeum tom. VII. Harduinum tom. VI. Exhibetur etiam ab iisdem vetus eorumdem actorum latina versio, ab Anastasio bibliothecario concinnata, et altera Gisberti Longolii edita primum Colon. 1540. et falso pro antiqua habita a viris quibusdam doctis, ut Harduino obseruatum.

XXI. *Iohannis Philoponi λόγος* siue liber de resurrectione in plures diuisus τόμοις, quorum numerus excidit, atque opus ipsum hodie nusquam exstat. Quod addit Photius, eundem hac in lucubratione raso suspendisse adunco sanctos patres, ἐπιχλευάζων καὶ τὰς μακαρίας καὶ ἁγίας πατέρας ἡμῶν, de patribus Chalcedonensis synodi intellige, ut Photius ipse cod. XXIII. perspicue docet. Vide et cod. LV.

XXII. *Theodosii monachi ἀνταρροπή* siue confutatio argumentorum, quae resurrectioni corporum Philoponus opposuerat. Etiam hoc Theodosii scriptum, iisdem, ut videtur, temporibus, quibus Philoponus sub saeculi septimi initia clari, hodie desideratur. Theodosius, incertum, sitne idem, cuius infra XXIV. cod. mentio.

XXIII. *Cononis, Eugenii et Themistii* de resurrectione corporum aduersus eundem Philoponum, scripta similiter deperdita. Cononem, Eugenium et Themistium, Photius  
Vol. X. SSS testatur,

testatur, in hoc cum Philopono consensisse, quod et ipsi synodum Chalcedonensem repudiaverint. Themistium, suspicor, illum diaconum Alexandrinum, qui Agnoëtarum signifer memoratur infra cod. CVIII. et de quo dixi volumine superiore VIII. cap. 18. p. 5. seq. [vol. VI. c. 44. p. 790. fqq. n. ed.] De Conone et Eugenio tritheitis mox plura Photius cod. XXIV.

XXIV. *Acta* temporibus Iustini imp. circa a. C. 576. coram Ioanne [P] scholastico, episcopo CPol. inter Cononem et Pugenium tritheitas, Philoponum tritheismi accusatum anathemati subiicere recusantes, et Paulum atque Stephanum, quos et ipsos διακρινόμενων haeresi addictos, hoc est Chalcedonensis synodi aduersarios, Photius testatur. Etiam haec acta interciderunt. De διακρινόμενοι illis v. Cotelier. ad tom. II. monument. pag. 665. De Stephano illo Niobi adfert nonnulla ex Dionysii patriarchae hist. eccles. syriace scripta *Assermannus* tom. II. bibl. orient. p. 72. Eiusdem Stephani meminit *Cedrenus* ad an. 12. Heraclii.

XXV. IO. CHRYSOSTOMI σχόλια <sup>vv)</sup> εἰς τὸν θάνατον <sup>ww)</sup>, graues sententiae de morte CHRISTI breuibz sermonibus viginti duobus. Et sermones similes totidem de CHRISTI adsumptione et septendecim de pentecoste. Licet de tribus hisce argumentis editae essent nonnullae Chrysostomi homiliae, tamen plerosque ex illis sermonibus Photio inspectis perditos vel ineditos saltim adhuc esse existimo.

XXVI. SYNESII Cyrenensis de prouidentia, de regno et alia quaedam non nominata a Photio, sed, ut videtur, haud diuersa ab illis, quae hodie habemus, et de quibus dixi volumine superiore VIII. capite 22. [vol. IX. c. 17. p. 190. fqq. n. ed.]

XXVII. EUSEBII *historiae ecclesiasticae* libri X.

XXVIII. SOCRATIS *historia ecclesiastica* annorum centum et triginta, libris septem.

XXIX. EVAGRII scholastici *historiae ecclesiasticae* ab eo tempore, vbi desinunt Socrates et Theodoritus, ad duodecimum Mauritiū annum, libri VI.

XXX. SOZOMENI ecclesiastica historia libris IX. quam a Socrate diuersa tradere quandoque et dictionis illum elegantia vincere obseruat.

XXXI. THEODORITI historia ecclesiastica, quem prae omnibus dictionem historico dignam attulisse, et res secundae synodi diligentius caeteris narrasse obseruat. De quinque hisce scriptoribus H. E. notissimis saepiusque editis dixi volumine sexto cap. 4. [vol. VII. p. 429. fqq. n. ed.]

XXXII. ATHA-

<sup>vv)</sup> Vide, quae de scholiis S. Cyrilli Alex. de incarnatione vigeniti dixi volumine superiore VIII. cap. 27. p. 565. [vol. IX. c. 22. p. 463. fqq. n. ed.]

<sup>ww)</sup> Mox apud Photium sequitur εἰς τὴν ἀνάληψιν Κυρίου, itaque Schottus recte illud Κυρίου hoc etiam loco post θανάτου subintellexit.

XXXII. ATHANASH *epistolae variae*, incertum, an plures et diuersae ab illis, quas hodie habemus, in quibus exstat quoque Apologia pro fuga, tom. I. edit. Montfauconianae p. 320.

XXXIII. Iusti, Tiberiensis Iudaei, qui tempore excidii Hierosolymorum vixit, *chronicon de regibus Iudaeorum* Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τέμμασιν, a Moysē ad regem vltimum Agrippam secundum. Hoc opus Iusti, perinde vt alterum Flauio Iosepho memoratum de bello Iudaico, intercidit. Locum aliquem emendat *Dodwell* ad Pearson. opp. postuma. Vide, si placet, quae notauī ad Hieronymum de scriptoribus eccles. cap. 14.

[P] XXXIV. (Iulii) *Africani* ἱστορικὸν siue *chronicon* libris quinque ab orbe condito vsque ad Macrinum imp. qui regnare coepit a. C. 217. Etiam hoc opus, ex quo multa in chronico suo Eusebius, hodie desideratur. Caput istud Photianae bibliothecae primus vulgauit Garcias Loaisa ad chronicon Isidori Hisp. p. 260. v. *Reines*. V. L. pag. 352. [conf. *Lambec*. VII. pag. 426. sqq. *Kollar*.] Memorat Photius etiam *ceffos* Africani, libris XIV. distinctos, quorum fragmenta ampla habemus, et scriptum ad Origenem, (quod exstat cum Origenis responsione integrum) *de Susanna*, nec non aliud ad Aristidem *de concordia Matthaei et Lucae circa genealogiam CHRISTI*, cuius argumentum seruauit Eusebius lib. I. hist. eccl. cap. 7. Vide, quae de Africani scriptis supra lib. V. c. 1. p. 268. seq. *Fabr*. Siue in hac noua edit. libr. III. cap. 24. vol. IV. p. 241. praecipue p. 243. sqq. *Hart*.

XXXV. *Philippi Sidetae* (presbyteri) *historia christiana*, *χριστιανική ἱστορία*, siue *sarrago* potius variarum rerum ad historiam pertinentium et non pertinentium, ab orbe condito ad suam aetatem: voluminosum opus cuius XXIV. tantum libros Photius vidit, quorum singuli iterum λόγους quatuor et viginti distincti erant: sed Socrates VII. 27. et ex eo Nicephorus XIV. 29. testatur a Philippo compositos fuisse libros XXXVI. Historia Philippi exceptis paucissimis fragmentis intercidit, de quibus dixi lib. V. cap. 4. p. 112. seq. [cap. 1. vol. VII. p. 418. sq. n. edit. not. oo. *Hart*.]

XXXVI. ANONYMI, qui Iustino imperitante vixit, *χριστιανῶν βιβλος, ἐρμηνεία εἰς τὴν ὀκτώτευχον*, *Christianorum liber siue octateuchi expositio*, ad Pamphilum. Hoc ipsum in libros XII. distinctum opus est, quod exstat sub *Cosmae Indopleustae* nomine editum graece et latine ab eruditissimo Montfaucono. Vide, quae notauī lib. III. cap. 25. [vol. IV. p. 253. sqq.] vbi hoc caput Photii exhibui integrum cum versione mea et notis.

XXXVII. *Anonymi* *dialogus περὶ πολιτικῆς* inter Menan patricium et Thomam referendarium siue legatum de optimo statu reip. quem *δικαιοκρατικὸν principatum iuris* adpelat, et (qui Polybio \*\*) etiam iampridem praestantissimus omnium fuit visus,) ex monarchia, aristocratia et democratia mixtum esse contendit. Hic dialogus hodie non exstat, quod sciam.

Ssss 2

XXXVIII.

xx) Libro VI. Confer *Machianellum* lib. I. ad Liuium c. 2.

XXXVIII. Theodori Antiocheni (eiusdem, de quo cod. IV.) ἐρμηνεία τῆς κτίσεως, interpretatio historiae creationis, ἐν τόμοις ἑπτὰ ἢ ταύτῃ βιβλος ἐπεράινετο, ita suspicor legendum pro ἡ πρώτη βιβλος. Commentarius hic Theodori intercidit. [Nisi interpreteris, esse primum Theodori opus. Atqui est primum in enumeratione opp. Theodori in recensione eius librorum apud Ebed Iesu in *Assemani* bibl. orient. v. supra in hoc vol. pag. 355. sq. cum nota *kk.* et *Schroeckh.* hist. eccles. christ. tom. XV. p. 195. sq. *Harl.*] Eum frequenter reprehendit Philoponus in opere, de quo infra, cod. XLIII.

[P] XXXIX. EVSEBII contra Hieroclem ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τῷ Τυανέως ἱεροκλέος λόγους, exstat, saepiusque lucem vidit, ut dixi, lib. V. cap. 4. p. 91. [c. i. vol. VII. p. 393. sq. nou. ed.] add. *Olear.* ad Philostrat. pag. 428. a.

XL. Philostorgii historiae ecclesiasticae libri XII. ipsi quidem deperditi, sed ex quibus ampla excerpta Photio debemus, quae separatim edita atque a Iac. Godofredo et Valesio illustrata habemus. Vide supra lib. V. c. 4. p. 115. seq. [cap. i. p. 420. sqq. vol. VII. nou. edit.]

XLI. Iohannis Aegatae presbyteri Eutychiani siue Διακρινομένου historiae ecclesiasticae ab depositione Nestorii (a. C. 431.) vsque ad depositionem Petri Fullonis a. 483. libri quinque, pridem perditi, vna cum aliis quinque libris posterioribus, quos Photius vidisse se negat. Meminit Iohannis huius noster iterum cod. LV. [v. supra, vol. VII. pag. 419. nou. ed.]

XLII. Ex Basilii Ciliensis, Nestoriani, historiae ecclesiasticae libris secundus, quorum tres auctor scripserat; primum a Marciano imp. (a. C. 450.) vsque ad zenonem: secundum ab obitu Simplicii papae (a. 483.) vsque ad a. 518. et tertium ab initis Iustini Thracis. Dolendum est hoc opus intercidisse, quoniam illi plura monumenta ad fidem faciendam et episcoporum epistolas Basilii inseruerat. De Basilio hoc et Ioanne Aegate dixi lib. V. cap. 4. p. 113. seq. [cap. i. supra in vol. VII. p. 419. sq. n. ed.] Basilii meminit Photius iterum cod. XCV. et CVII. [conf. *Walch.* histor. haeres. tom. V. p. 669. *Harl.*]

XLIII. IOANNIS PHILOPONI ἐρμηνεία τῆς κτίσεως, siue in *Hexaëmeron* opus praeclarum, quod in septem distinctum libros exstat cum versione Balthasaris Corderii S. I. Viennae Austriae 1630. 4. Sed distinctionis in libros Photius non meminit, tantum monet cum Basilio Caesariensi Philoponum in multis eadem scribere et passim consutare Theodorum Mopsuestenum, de cuius opere eiusdem argumenti dictum cod. XXXVIII. De Theodori et Philoponi scriptis supra hoc ipso volumine cap. 33. et 35: [capp. 30. et 34. n. ed.]

XLIV. PHILOSTRATI, quem Lemnium alii, Photius, nescio, an memoriae lapsu, Tyrium adpellat, de vita Apollonii Tyanei libri VIII. qui etiamnum exstant, novis Godfridi Olearii expoliti lucubrationibus, ut dixi lib. IV. cap. 24. [cap. 22. vol. V. pag. 556. n. ed.] Ex eodem Philostrati opere multa et proluxa excerpta dat Photius infra, cod. CCXLI.

XLV. Androniciani aduersus Eunomianos libri duo, pridem deperditi. Ad sexti saeculi extrema a praestantissimo Caueo reicitur hic scriptor, quem, putem, quinto ac fortasse quarto iam floruisse, cum Eunomii haeresis plus negotii adhuc ecclesiae CHRISTI faecisset.

XLVI. THEO-

XLVI. THEODORETI *libri XXVII* de Christi natura et incarnatione aduersus varios errores. Ex his primi *sex*, exceptis paucis fragmentis [P] interciderunt, et non diversi fuerunt ab illo pentalogio *ἐνανθροπήσεως*, quod aduersus concilium Ephesinum Theodoretus scripserat, et cuius librum quintum in duos distractum legit Photius, vt Io. Garnerio in auctario Theodoreti probe obseruatum. Libri ceteri a *septimo ad vicefinum septimum* saepius sunt editi sub *Athanasii* nomine, <sup>yy</sup>) quos Photii testimonio fretus Theodoretus tribuit *Io. Dallaeus* in disp. de fide ex scripturis demonstratione p. 48. et 146. Sed *Garnerius* septimum quidem et octauum Theodoriti esse non dubitat; at ceteros XVIII. (ad Marium Mercatorem provocans testem,) *Eutherio* Nestoriano, episcopo Tyanensi vindicat in auctario Theodoriti p. 254. 701. et ad Marium Mercatorem tom. II. p. 277. Edidit etiam sub Eutherii nomine ad calcem eiusdem auctarii graece et latine. Combefisius illos *S. Maximi* confessoris esse suspicatus est, parum certa coniectura. *Vicefinus septimus* liber Photio memoratus *περὶ τῆ κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπου ὑποδείγματος*, de exemplo, quod a communium hominum aliquo (ad Christum) petitur, intercudit. Exstant autem, quos in eodem *τεύχει* siue volumine legit Photius, *libri tres dialogorum* Theodoreti, qui vna cum *demonstratione per syllogismos* saepius vtraque lingua prodire separatim, atque tomo quarto eius operum, sub titulo *ἐρωνιτῆς ἢ πολύμορφος*.

XLVII. IOSEPHI Iudaei *τὰ κατὰ Ἰσραὴλ πάθη*, de calamitatibus Iudaeorum libri VII. opus de bello Iudaico saepius editum, de quo dixi lib. IV. cap. 6. §. 2. [v. cap. 8. vol. V. p. 4. lqq. n. ed.]

XLVIII. *Libelli* siue *λογίδια* duo de vniuerso, *περὶ τῆ παντὸς*, siue *περὶ τῆς τῆ παντὸς αἰτίας*, de causa vniuersi, aut *περὶ τῆς τῆ παντὸς ἐσίας*, de vniuersi essentia, aduersus Platonem et Alcinoum Platicum, auctore, non *Iosepho*, licet sub eius nomine Photius repperit; sed christiano scriptore, siue is *Iustinus* <sup>zz</sup>) fuerit, siue *Irenaeus*, quibus in codicibus quibusdam fuere tributi, siue potius Artemonis ac Montanistae Procli aduersarius *Caius* presbyter romanus, sub extremum saeculi secundi a nato Christo clarus, qui in fine paruae labyrinthi Origeni in quibusdam codd. male tributae se auctorem libri de vniuersi essentia esse diserte testatus fuit. Ex his duobus libellis *ἀποσπασμάτιον* siue fragmentum a Maximo Margunio acceptum graece in notis ad Photium vulgavit Hoeschelius, quod in MS. codice inscribebatur *Ἰωσήφ ἐκ τῆ πρὸς Ἑλλήνας λόγῃ τῆ ἐπιγεγραμμένη κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τῆ παντὸς αἰτίας*. Agnoscit tamen ipse christiano homini adscribendum. [P] Atque hoc idem fragmentum sub *S. Hippolyti* nomine cum versione vulgavit *Stephanus le Moyne* in variis sacris, Lugd. Bat. 1694. 4. quoniam nimirum in laterculo marmoreo canoni paschali adiuncto inter scripta Hippolyti diserte memoratur: *περὶ τῆ παντὸς πρὸς τὸν Πλάτωνα*. In parallelis sacris *Io. Damasceni* tom. II. edit. nouae p. 755. locus inde adlatus *Meletio* Antiocheno tribuitur; sed p. 789. *Iosepho*, ἐκ τῆς λόγῃ ἀναγεγραμμένη κατὰ Πλάτωνα. Certum tamen est, scriptorem fuisse christianum, adeoque Hippolytus auctor etiam videtur

Ssss 3

Dama-

yy) Vide, quae supra lib. V. cap. 2. pag. 312. [vol. VIII. p. 205. n. ed.] vbi de S. Athanasii, et cap. II. p. 438. 440. 446. [p. 294. 297. 304. vol.

VIII. n. edit.] vbi de Theodoreti scriptis. *Fabr.* add. *Lambec.* VIII. p. 29. lqq. *Harl.*

zz) V. supra in vol. VII. p. 67. fin. *Harl.*

Damasceni editori Lequinio, qui librarios nomen Ἰππολ. cum Ἰωσήφ per hallucinationem permutasse suspicatur. Itaque idem fragmentum etiam ego inter S. Hippolyti opera Hainb. 1716. fol. iterum graece et latine vulgavi tom. I. p. 220. Sed ab eo tempore observavi apud Damascenum nonnulla rectius legi, quae praesenti loco adnotabo. Pag. 220. statim initio pro ὁ περὶ δαιμόνων τόπος, rectius apud Damascenum p. 789. est λόγος. Ut infra, ἔτος ὁ περὶ αἵμα λόγος. v. 2. συνέχονται αἱ ψυχαί. v. 10. ἐκάστη πράξις. v. 11. τὰς τῶν τέπων. pro τρέπων. v. 13. λίμνης πυρὶς ἀσβέστη. v. 14. ἐσκευάσθαι. v. 15. παρὰ Θεῶ. v. 16. προσερχθῆ. v. 34. ἀγαθῶν θεωρίας. v. 35. καινῶν ὁρωμένων προσδοκία ἡδόμενοι. Pag. 221. v. 10. ἄγγελοι ἐπιγελῶντες διαπέμπονται ἐπονειδίζοντες. v. 12. εἰς τὰ κατωτέρω μέρη ὡθόντες ἔς ἀγομένους. v. 14. ἐπακῶσι. v. 17. ὑπερβαλλόντως ξανθὴν θείαν τῇ πυρὶς ὁρῶντες καταπεπλήγασι. v. 18. ἥδη κολαζόμενοι. ἀλλὰ καὶ ἔτοι τον τῶν δικαίων χάρον. v. 24. ἐν ᾧ αἱ ψυχαί. v. 28. ἐ ἀπισθετε Ἑλληνες. Pag. 222. post verba, v. 5. ὃν χριστὸν προσεργούμεν, apud Damascenum additur: Θεὸν ἐνανθρῶπησαντα. v. 10. τὸ ἴδιον παρεσκεύασα τὰ δικαίον, ἔ τῇ κρίσει. v. 12. μίαν ἀποφθέγονται αὐτῷ φωνήν. v. 15. τοῖς μὲν εὖ πράττει καὶ δικαίως τὴν αἰδίον τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν παρσάχοντες, τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐργάταις. v. 20. ἐκ σώματος ἀναβράσσειν. Denique v. 27. pro ἔχ ὕπνος apud Damascenum p. 755. est ἔ πόνος. [Quid sibi velint verba Photii, Γαίον φασὶ συντάξαι. v. Wesseling. Probabil. p. 177.] Nunc ad Photium reuertamur.

XLIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεστωρίων βλασφημιῶν, ἐν λόγοις πέντε, *adversus blasphemias Nestorii, libri V. de quibus prolixius Photius infra cod. CLXIX. Exstant graece et latine post editionem Rom. 1608. fol. vulgati tomo ultimo editionis graecolatinae Paris. Vide, quae dixi volum. VIII. huius bibl. c. 27. p. 569. [vol. IX. c. 22. p. 467. lq. n. edit.]* Notat Photius, Cyrilli dictionem in hoc opere luculentiorē esse et magis perspicuam, quam in altero *de cultu in spiritu*, et similem solutae quodammodo ac neglectiori poësi: ὁ δὲ λόγος [P] αὐτῷ πεποιημένος καὶ εἰς ἰδιόζεσαν ἰδέαν ἐκβαβιασμένος, καὶ οἷον λευμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερῶσα ποιήσις.

L. Nicias monachi ἀντίρρησης κατὰ τῶν τῷ Φιλοπόνο κεφαλαίων ζ'. *contra septem capita in libro Ioannis Philoponi, quem διαιτητὴν* \*) ille inscripserat, proposita. Liber alius κατὰ τῷ δυσσεβῆς Σεβήρη *contra Sauerum Eutychianum*. Nec non κατὰ Ἑλλήνων λόγοι δύο, *libri duo contra ethnicos*. Scripta Nicias huius interiere omnia, perinde ut Philoponi διαιτητῆς, de quo dixi supra in Philopono. Nicias iste saeculi septimi scriptor longe diuersus a Nicea episcopo Romacianae siue Aquilegiae ciuitatis, qui et ipse, sed latine, saeculo quinto scripsit *de gentilitatis erroribus*, in libris sex *instructionis competentium ad baptismum* itidem deperditis, de quibus ex Genadii c. 22. Honorius II. 22. et Trithemius c. 118. Libellus alius huius Niceae siue epistola *ad virginem lapsam* saepius editus sub nominibus Ambrosii, Hieronymi, Augustini, ut monuit Cotelierius ad constitut. Apostol. II. 57. p. 265. In Ambrosii operibus incipit: *Audite me nunc, qui prope estis et qui longe*. In Hieronymo inscribitur

a) Guil. Caueus in Chartophylace διαιτητὴν, emendauit vir doctissimus in historia literaria Nicias, non Philopono tribuit. Sed hoc recte pctorum eccles.

scribitur ad *Susaunam* lapsam obiurgatio, et praemittuntur aliqua: *Puto, leuius esse crimen, ubi homo peccatum suum confitetur* etc.

LI. *Hesychii* presbyteri CPol. εἰς τὸν χαλκὸν ὄφιν, λόγοι δ'. libri quatuor de aeneo serpente. [conf. supra in vol. VII. p. 547. *Harl.*] Idem hic videtur *Hesychius* CPol. presbyter, a quo Eunomium ob haeresin delatum scribit *Philostorgius* VI. 1. Sed libri illi nusquam hodie exstant, quod sciam.

LII. *Acta synodi Sidenfis* siue *Sidae*, Pamphyliae metropoli, habitae a. C. 383. contra *Massalianos* siue *Euchitas Adelphianos*, praeside *Amphilochio* Iconiensi vna cum aliis episcopis XXV. Huius synodi acta periinde, vt *Amphilochii* aduersus *Massalianos* scripta, quos omnium optime confutasse ille a *Theodorito* IV. 11. de haereticis fab. traditur, intercederunt. *Massalianorum* haerecos ab *Amphilochio* expulsae meminit etiam *Theodoritus* lib. IV. cap. vndecimo hist. eccles. Et synodi aduersus *Massalianos* habitae, pseudo-synodus *Palamitica* a. 1350. in conciliis *Harduini* tom. XI. p. 327. *Photius* autem, cum illis actis synodi *Sidenfis* legisse se, etiam testatur, epistolam synodicam ad *Flavianum Antiochenum*, additque, synodos insuper alias aduersus haereticos illos celebratas: vt *Antiochiae* a *Flauiano* (circa a. C. 390. vt notat *Tillemontius* tom. VIII. p. 534.) praesentibus tribus episcopis, *Bizo Seleucia*, (cuius etiam in synodo CPol. a. 394. mentio,) [P] *Marutha* *Supharenorum* et *Samo*, (quod episcopi nomen est, non, vt *Blondello* visum, vrbs,) presbyterisque et diaconis circiter triginta. Sed quum longe plura aduersus *Massalianos* scripta eodem loco apud *Photium* commemorentur, iuuabit illa ordine litterarum digesta, cum observationibus quibusdam hic subiicere.

*Alypii*, Cappadociae archiepiscopi, epistola ad *Hormizen* (Ὁρμίζην al. Ὁρμίζην) *Comanensem* Ponti episcopum.

*Archelai*, Caesareae Cappadociae episcopi, anathematismi XXXIII. capitum *Massalianorum*. Confer, si placet, anathematismos *Massalianis* oppositos in *Iacobi Tollii* insignibus itineris italici p. 114. seq. *Lambecium* III. pag. 171. [p. 422. sq. 426. sqq. ed. Koll. *Harl.*]

*Attici* CPolitani ad episcopos Pamphyliae et ad *Amphilochium* de euiciendis *Massalianis*, siue *Massalianitis*.

*Ephesinae* synodi oecumenicae tertiae decretum contra *Massalianos* et capita libri *Massalianorum aetici*, ex quo capita dogmatum excerpta apud *Damascenum* haeresi LXXX. non diuersa, vt opinor, de quibus acta eruditorum a. 1696. p. 299. et a. 1699. p. 157. Synodi *Ephesinae* decretum hodie exstat actione VII. actorum illius concilii. Apud *Photium* autem pro ἀπογυμνώσασα αὐτὸν legendum αὐτῶν, vt in codice regio *Parisi.* reperit *Cotelarius* tom. I. monument. p. 785.

*Flauiani* *Antiocheni* ad *Osrhoënos* (τὰς ἐν Ὀσροήνῃ leg. pro τὰς ἐν ἑσὶν) et ad *Letoium* *Armeniae* episcopum de gelsis in synodo *Antiochena*.

*Geronii*



*Gerontii*, presbyteri et abbatis monachorum Glitidensium, ad Alypium Cappadociae archiepiscopum, contra Lampetium Massalianum.

*Heraclidae*, Nysseni episcopi, epistolae duae contra Massalianos.

*Iohannis* Antiocheni ad Nestorium epistolae de Massalianis.

*Letoii*, Armeniae episcopi, epistolae ad Flavianum.

*Ptolemaei*, Rhinocurorum in limite Aegypti et Palaestinae episcopi, ἀναφοράς siue relatio ad Timotheum Alexandrinum de Alpheo Massaliano, quem ille presbyterum ordinauerat.

*Seueri* Antiocheni (adhuc presbyteri) refutatio libri a Lampetio Massaliano scripti sub titulo διαθήκης.

*Sisinnii* CPolitani et *Theodoti* Antiocheni ad Verinianum (Βερίνανον, al. Καρρινανόν) et Amphiloichium Sidae, ceterosque Pamphyliæ episcopos, scripta nomine synodi ad ordinandum Sisinnium, Attici successorem CPoli sub Theodosio imp. (a. C. 425.) Illi synodo etiam *Nepōn* (Νέων) quidam episcopus interfuit. Sed tunc non amplius in viuis erat Amphiloichius [P] Iconiensis, ante annum 400. iam defunctus: fuit autem Amphiloichius Sidae episcopus, qui concilio Ephesino a. 431. interfuit et cuius meminit Photius etiam cod. CCXXX.

Massaliani <sup>b)</sup>, quos idem Photius memorat, sunt *Adelphius*, *Agapius*, auctor βιβλῆς ἀσκητικῆς, *Alpheus* Rhinocurorum episcopus, qui in libro suo haeresin quidem non docuit, at Lampetium defendit, *Alpheus* alter presbyter *Dadoüs* (Δαδάως, al. Δαδῶς), *Eustathius*, *Lampetius*, auctor libri, quem inscripsit διαθήκην, *Sabbas* monachus ἀπόκοπτες, siue euiratus, *Sabbas* alter, *Semesones* Σημεσῶνης, (rectius Συμεῶνης, apud Lambec. III. p. 171. Συμεών.) His ex *Theodoro* IV. II. hist. eccl. et ex anathematismis aduersus Massalianos apud eundem *Lambecium*, [III. p. 427. Koll.] et *Tollium* p. 114. insignium itineris italicī, addes *Hermam*, et ex iisdem anathematismis *Petrum*, Lycopetrum postea adpellatum, et *Tychicum*. Praeterea *Marcianum* Trapezitam, a quo Marcianistas dictos, (non, ut quidam legunt,

b) Massaliani, [saec. IV. orti] a τῆς ὁρᾶς, Graecis Εὐχῆται, Latinis *Psalliani*, de quibus *Epiphanius* et *Damascenus* haeresi 57. et auctor praedestinati haeresi 57. qui ab *Ephraim* Syro opugnatos scribit: et *Theodorus* IV. II. hist. et haeret. fabul. IV. II. Libellus synodicus Pappi, cap. 71. *Io. Zonaras* apud Cotelierum III. monument. p. 469. *Nicetas* IV. 56. thesauri orthodoxae fidei tom. XXV. bibl. patrum p. 138. seq. *Euthymius* panopliae tit. 22. in eadem bibl. patrum tom. XIX. p. 217, seq. edit. Lugd. *Harmonopolus* de sectis cap. 18. E recentioribus consulendi *Iac. Tollius* in insignibus itineris italicī anathematismos Massalianis oppositos illustrans, *Io. Forbessius* lib. II. Instruct. historico-theol. c. 8. praecipue

*Tillemontius* tom. VIII. memor. hist. eccles. pag. 527. 536. [*Walchius* in historia haeresium, germanice scripta, tom. III. p. 486. sqq. p. 500. sqq. et *Schroeckh* in histor. eccl. christiana etc. tom. IV. p. 227. sqq. et tom. XXXIV. pag. 433. *Harl.*] Ceterum fallitur auctor graeci scholii in Can. CXII. Africanum apud Beuereg. in notis p. 298. qui Massalianos a Massalia, nescio qua regione, dictos esse putat, et Donatistas cum illis confundit, ἐπὶ τοῦ ἡ Μασσαλίου τῶν ἀντιπάλων ἐπὶ Λιβύης πρὸς τοὺς μὲν τοῦ τῆς Ρώμης τῆς ἐπὶ Θύμβριδι. *Fabr.* Cauendum vero etiam est, ne, quod plerique seriores scriptores fecerunt, ne Massalianos saec. IV. et, iis similes, *Bogomilos* saec. XII. confundamus.

legunt, Marcionitas,) sicut a Lampetio Lampetianos, notat Michael le Quien ad Damascenum tom. I. p. 96.

LIII. *STNODVS contra Pelagium et Caelestium* celebrata Carthagine Kalendis Maiis (a. C. 418.) in magna ecclesia Fauſti <sup>a)</sup>, Honorio occidentis imperii clauum tenente. Praefedit in ea Aurelius (Karthaginiensis) episcopus, et Donatianus Teleptensis <sup>a)</sup> primae sedis Byzacenae prouinciae, quibus adfuerunt varii e prouinciis (Africanae et Hispaniae) episcopi CCXXIV. Canones IX. huius concilii exstant latine. Vide adpendicem [P] ad tomum sextum operum S. Augustini p. 71. edit. Amstelod. vbi plura ad hoc concilium spectantia, erudite obseruata reperies, quemadmodum et apud *Paschasium Quernellum* diff. XIII. ad Leonem Magnum. Memorat praeterea Photius *Theodosii* et *Honorii* epistolam ad Aurelium <sup>c)</sup> Carthaginiensem episcopum, contra Pelagium: et *Constantii* <sup>f)</sup> decretum ad Volusianum, S. Melaniae patrum, de Coelestio in exilium pellendo, nec non, quae *Leo* <sup>g)</sup> et *Caelestinus* <sup>h)</sup>, episcopi romani, et *Hieronymus* <sup>i)</sup> aduersus Pelagium scripserunt.

LIV. *Ἰσα πεπελεγμένων, exemplum actorum ab Occidentis episcopis aduersus Nestoriana dogmata.* Hic liber intercidit, licet exſtet, (cuius ibidem meminit Photius,) epistola CYRILLI Alex. ad Theodosium imp. in qua Nestorianam et Caeleſtianam haereses scripsit iuter se conspirare <sup>k)</sup>. Quod porro ait Photius, Pelagianam et Caeleſtianam haeresin eiectam ab orientis episcopis temporibus episcoporum *Theophili Alexandriae* et *Innocentii urbis Romae*, idem etiam legas in Timothei presbyteri libro de haeticis ad ecclesiam redeuntibus, sed temporum rationibus congruentius esse obseruant Benedictini <sup>l)</sup>, si pro Theophilo Alexandrino, *Theodoti Antiocheni* nomen reponatur. Mox Photius mentionem facit *synodi Palaestinae* celebratae Diospoli, de qua *Baronius* ad a. 415. et *H. Noris.* lib. I. Hist. Pelagianae cap. 8. Ceterum accusatorum Pelagii nomina apud Photium *Népepos* et *Αἰζαρος*, episcopi Gallicani; sed apud Augustinum in libro ad Aurelium Carthaginiensem de gestis Pelagii, (illum ipsum, ad quem Photius pronocat,) cap. 16. et 35. *Heros* et *Lazarus*. Deinde *praedestinatianos* a Photio

c) In *secretario basilicae Fauſti*, ita legitur ante canones huius concilii. Nam in Photio male editum: *ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύστου Ὁραγίου.*

d) Male in Photii codicibus *Ἀββίλος ἐκκλησίας καὶ Δοτιανὸς τῆ Τεκτονισίας.*

e) Datam a. 417. mense Iunio, quae exſtat inter epistolas Augustini edit. nouae 201.

f) Promulgatum a. 421. exſtat in adpendice ad tom. X. Augustini p. 84. et apud *Baron.* ad a. C. 420. n. 2.

g) Leo magnus in epistola 6. et 7. edit. nouae *Paschasii Quernelli* (al. 86. et 85.)

h) Caelestinus papa in epistola ad episcopos *Galliciae*, quae exſtat latine in conciliis *Labbei* tom. II. p. 1611. et tom. I. *Harduin.* p. 1251. nec non in altera ad *Nestorium*, quae graece et lat. in *Actis* occurrit concilii Ephesini.

i) Hieronymus libro ad *Ctesiphontem*, qui item actatem tulit, perinde, vt eius libri tres dialogorum aduersus Pelagium, Photio non memorati.

k) Tom. VII. Opp. Cyrilli p. 252. adde *Paschal. Quernellum* ad Leonem magnum pag. 264. edit. primae.

l) Ad Augustin. tom. X. adpendice p. 43. edit. Amst.

Photio perstringi, notauit Sirmondus, sinistre sentientes de S. Augustino: quos *Caelestinus* rom. epistola ad Galliarum episcopos repressit scripta post Augustini obitum a. 431. et [P] tum in tomis concilior. tum in adpendice ad tom. X. Augustini Benedictinor. pag. 88. edit. Amst. edita. Pro *Septimo* episcopo, cuius epistolam ad Leonem rom. Photius porro commemorat, in regio codice Paris. legitur *Σείνπεμος*, vt ab iisdem Benedictinis est adnotatum. Sed in epistola 86. Leonis magni (nou. edit. 6.) ad Aquileiensem episcopum, *Septimius* ille adpellatur, vbi epistolae eius argumentum repetit. *Prosperi* aduersus Pelagianos scripta, Photio laudata, et, quos speciatim, (v. *Pagium* ad a. C. 444. nr. 3. seq. ex Antelmii diss. de veris operibus SS. Leonis et Prosperi,) respicit, libri de vocatione omnium gentium, circ. a. C. 458. compositi, etiamnum supersunt et nouissime singulari expoliti et illustrati studio cum aliis scriptis viderunt lucem Paris. 1711. fol. supersunt etiam Acta *Ephesinae synodi*, quibus Pelagius cum Nestorio condemnatus fuit a. 431. de quo conferre iuuabit *Henricum Norisum* lib. II. Hist. Pelag. cap. 9. Sed *Ioannis Alexandrini* ad Gelasium rom. apologia, qua Pelagio, *Caelestinus* et *Juliano* (Eclanensi) anathema dixit, intercidit.

LV. *Ioannis Philoponi*, (qui per ludibrium *ματαιόπωνες* Photio,) liber contra synodum Chalcedonensem, quam Nestorianae haeresi suffragari contendit, distinctus in *τμήματα* quatuor: et alter liber *Ioannis Aegaeatae* presbyteri, eidem oppositus synodo, qui ambo nusquam hodie exstant. Mirum autem, Aegaeatem hunc a Photio dici *τὴν θεησκεῖαν Νεστοριανόν*, si idem est, de quo supra cod. XLI. nam illum fuisse Eutychianum constat. Itaque olim [supra in vol. VII. p. 419. ibique not. uu.] suspicatus sum, Photium calami lapsu Nestorianum pro Eutychiano scripisse: sed, quum Ioannem Aegaeatem Cilicem fecisse cum Nestorio conslet etiam aliis veterum testimoniis, quae produxere *Mich. le Quien* diss. III. Damascenica p. 52. et *Christoph. Matthaeus Pfaffius* in diss. de euangelis sub Anastasio imper. non corruptis, §. 7., omnino adfector iisdem viris eruditissimis, existimantibus Photium cod. XLI. errasse, quum historiam ecclesiasticam hominis Eutychiani, (sive Ioannis rhetorici sive alterius) ex sola coniectura Ioanni Aegaeatae adscripsit.

LVI. THEODORITI *κατὰ τῶν αἰρέσεων*, de haeresibus a Simone Mago in suam vsque aetatem libri quinque, ad Sporacium domesticorum comitem, qui a. C. 453. consul fuit. Exstant saepius editi graece et latine, vt dixi volum. VII. pag. 436. seq. [vol. VIII. p. 292. n. ed.]

LVII. APPIANI *Ῥωμαϊκὴ ἱστορία historiae romanae τεύχη γ', λόγοι κα'*, partes tres, libri XXIV. quorum pars exstat, pars desideratur, vt accuratius exposui lib. IV. cap. 12. [cap. 14. p. 245. vol. V. n. ed.]

LVIII. *Arriani* Bithyni *Παρθινὰ*, historiae Parthorum libri XVII. et *τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας* sive *Βιθυνικὰ* de rebus Bithyniae, (de quibus infra, cod. XCIII.) nec non *τὰ κατὰ Ἀλάνες* sive *Ἀλανικὴ* de rebus Alanorum. Haec [P] opera nondum viderunt lucem, licet inter MSta Scipionis Tettii memorentur a *Labbeo* p. 385. bibl. nouae MSS. Parthicorum Arriani meminit etiam *Io. Malala* p. 358. Chronographiae, et *Simplicius* in *Aristotelis*

notulis categorias p. 56. De Arriano ipso, quem *Ξενοφῶντα νέον* iuniorē *Χενοφῶντα* dictum esse, testatur Photius, et de alijs eius hoc loco memoratis scriptis τῶν διατριβῶν *Ἐπικτήτε τῇ διδασκαλίᾳ dissertationum Epicteti, praeceptoris sui, libris octo*, e quibus soli quatuor hodie supersunt, et τῶν ὁμιλιῶν αὐτῆ, *familiarium sermonum libris duodecim*, qui omnes perierunt, dictum a me est lib. IV. c. 8. [cap. 10. p. 89. sqq. vol. V. nou. ed.]

LIX. *Acta synodi ad quercum aduersus Ioannem Chrysostomum et Heraclidem Ephesi* atque Palladium Helenopolis episcopos a. 403. congregatae, cui interfuere Theophilus Alex. Acacius Berrhoënsis, Antiochus Ptolemaidis, Seuerianus Gabalorum et Quirinus Chalcedonenfis et Macarius Magnetum siue Magnesia in Asia episcopus, praecipuus accusator Heraclidae, vt Ioannes diaconus CPol. Chrysostomi. *Ἐν ὑπερνήμασι ἐπράχθη δέκα καὶ τρισὶν τρεδεκάμηνσι* transacta fuit. Meminere huius synodi Chrysostomus ipse epist. ad Cyrillum, Palladium in vita Chrysostomi, Socrates VI. 15. Sozom. VIII. 17. Vide Tillemont. t. XI. p. 396. sq. et Ins graeco-rom. lib. IX. p. 554. sq. Ceterum, actis illius deperditis, praecipuam eius notitiam a Photio petere est necessē. Pro verbis *ὠβρίζεις τὰς ἐπισκόπους καὶ ἐκπιγγάτας* in iure graeco rom. p. 556. legitur *ἐπιγγάτας*, vnde Cotelerius III. monum. p. 567. felici coniectura fecit *ἐπιγγάτας* *notos ac familiares* m). De dicto Chrysostomi, quod reprehensum in eo inter alia Photius commemorat, *ἐὰν πάλιν ἀμάρτης, πάλιν μετανοήσῃ*, siue, vt alii efferunt, *μίσθους πεκαύσῃ*, poenitentiam ago, καὶ ὅσάκις ἂν ἀμαρτάνῃς, ἔλθε πρὸς με, καὶ ἐγὼ σε θεραπεύσω, et quoties peccaueris, veni ad me, (Christum Matth. IX. 28.) ego te sanabo, meminit etiam Socrates VI. 21. et singulari scripto oppugnatum a Sisinnio Nouatianorum episcopo testatur, *Χηλιδάκις μετανοήσας ἐσελθε*. Apud Chrysostomum ipsum homilia 2. in Psalmum 50. tom. I. edit. Saul. p. 975. ita legitur: *μή μοι λέγε προφάσεις, μή μοι ὄνον ἡμαρτες, μετανοήσῃς· μυριάκις ἡμαρτες, μυριάκις μετανόησον*. Singulari diatriba hoc dictum defendit et illustrauit D. Elias Veielius edita Vlmæ 1701. 4.

LX. HERODOTI libri nouem *historiarum* adhuc supersistentes, de quibus dictum supra, lib. II. cap. 20. [vol. II. p. 330. sqq. n. edit.]

XXI. AESCHINIS orationes tres, velut totidem charites: et epistolae nouem, velut tot musae. v. Olear. ad Philostrat. p. 481. b. 16. Orationes non plures, nec pauciores hodie habemus, sed epistolae duodecim. De illis dixi lib. II. cap. 26. §. 9. [vol. II. p. 850. sqq. n. edit.] De hisce, eiusdem [P] libri II. capite 10. §. 6. [vol. I. p. 677. et II. pag. 852. sq.] Meminit iterum harum Aeschinis lucubrationum Photius cod. CCLXIV. et vtroque loco notat *quartam orationem*, quae inscribebatur *Δηλιακὸς νόμος* et hodie non exstat, fuisse Aeschini suppositam, Caecilique iudicio auctorem habere Aeschinem alium, (Socraticum opinor,) nostri aequalem. [vid. supra, vol. II. p. 856. Harl.] Caecilium istum rhetorem Calactianum Siculum intellige, de quo viri docti ad cap. 1. Longini *περὶ ὕψους*. Lysimachidis librum Caecilio huic oppositum *περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑτηόρων* Ammonius grammaticus in *Σεωρεῖς*. Dionysium sophistam singulariter Aeschinis caractere fuisse delectatum,

T t t 2

Phryni-

m) Ibid. *ἔλαβον* legitur, quod alibi est *ἔβαλον*. v. Coteler. tom. II. p. 643.

*Phrynichum* autem Aeschini Socratico \*) inter praecipuos oratores Atticos locum tribuisse, refert Photius. Sed cod. CCLXIV. praeceptorem Aeschini alterius vocat *Leodamantem* ex Caecilio, (cui etiam suffragantur Plutarchi codices,) non, ut hic, *Antalcidam*, pro quo *Alcidamantem* Eleatem habet Suidas in *Αιοχίνης*.

LXII. *Praxagorae* Atheniensis τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία β', libri duo de rebus Constantini magni, cui, ethnicus licet, aequius praebuit testimonium, quam hodie quidam Christiani, in criminationum mustaceo quaerentes ingenii lauream. Φησὶν ἔν Πραξαγόρας, κάττοι τὴν θρησκείαν Ἑλλήνων, ὅτι πάση ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχίᾳ πάντας τὰς πρὸ αὐτοῦ βασιλευσκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκέρυψατο. Non modo hi duo libri, sed et alii totidem illius περὶ τῶν Ἀθηναίων βασιλευσάντων, de iis, qui Athenis regnarunt, alique sex eis τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον de *Alexandro magno*, rege *Macedonum*, universi interciderunt. Scripsit dialecto ionica, adeoque suo etiam exemplo refellit eos, qui longe antiquioribus temporibus cessasse iam dialecti huius usum sibi persuadere. Praecocibus ingeniis accensetur merito hic *Praxagoras* a Baillet: °) nam illud de Athenarum rectoribus opus scripsit annos natus non plures quam vndeuginti, historiam Constantini anno aetatis secundo et vicesimo, Alexandri res tricesimo primo. Hunc *Praxagoram* aetate antecesserunt *Praxagoras*, Herodis Attici aduersarius, cuius mentio apud Philostratum H. Sophist. p. 559. edit. nouae: nec non *Praxagoras*, medicus antiquissimus, laudatus a Celso, Plinio, Caelio Aureliano, Athenaeo, et scholiaste Nicandri, de cuius scriptis infra lib. VI. [in vol. XIII. p. 378. sq. *Hartl.*]

LXIII. PROCOPII Caesarensis ἱστορίων λόγοι δέκα libri decem historiarum, a secundo Iustini iunioris anno (Christi 567.) ad annum eius duodecimum (Christi 577.) Opus ipsum intercudit, nec excerpta Photii, a Labbeo etiam inter scriptores Byzantinos tom. I. relata, integra sunt, testati, Theophanem in primo libro etiam suae de rebus Iustiniani historiae meminisse, et post decem illos libros itidem alios illis continuandis subiunxisse. Theophanes hic non diu post res, quas describit, vixisse videtur, certe diuersus est a Theophane confessore, auctore Chronici quod in a. 813. definit, et de quo dixi vol. VI. pag. 151. seq. [vol. VII. p. 459. sqq. nou. ed.]

LXIV. *Theophanis* Byzantii ἱστορίων λόγοι δέκα libri decem historiarum, a secundo Iustini iunioris anno (Christi 567.) ad annum eius duodecimum (Christi 577.) Opus ipsum intercudit, nec excerpta Photii, a Labbeo etiam inter scriptores Byzantinos tom. I. relata, integra sunt, testati, Theophanem in primo libro etiam suae de rebus Iustiniani historiae meminisse, et post decem illos libros itidem alios illis continuandis subiunxisse. Theophanes hic non diu post res, quas describit, vixisse videtur, certe diuersus est a Theophane confessore, auctore Chronici quod in a. 813. definit, et de quo dixi vol. VI. pag. 151. seq. [vol. VII. p. 459. sqq. nou. ed.]

## LXV. THEO-

\*) Aeschini huius Socratici dialogos tres post *Io. Clericum* Amst. 1711. 8. illustravit egregie *Petrus Horreus*, versione, notis et indice graeco, *Leonard*. 1718. 8. quam editionem commendatam sibi habebunt graecae linguae studiosi.

o) Baillet des Enfants-deuvenus celebres par leurs études p. 20. seq.



phore fuit Cephalaeon rhetor μελετῶν ῥητορικῶν scriptor, quem cum historico Suidas perperam permiscuit. Quae in Eusebii Chron. p. 32. et apud Syncellum ex Cephalaeone historico adferuntur, videntur fuisse principium eius libri primi, siue Clius, ut Meursius quod in bibl. graeca pulcre adnotavit: Ἀρχομαι γράφειν, ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλανικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος; ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἀλικαρνασσεύς etc. Liber decimus eclogarum Sopatri apud Photium infra cod. CLXI. fuit ex τῆς Κεφαλαίων Ἐρατρίδου, (lib. VIII.) διαλαμβάνεσης τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. *Phil.* Conf. supra ad vol. VI. p. 126. et ccl. *St. Croix* in: *Examen crit. des Historiens d'Alexandre*, ed. II. pag. 69. not. l. *Harl.*

LXIX. *Hesychii illustris Milesii ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμητικῆς ἱστορίας, synopsis historiae mundi* annorum 1901. a Belo rege Assyriorum usque ad Anastasian imp. defunctum a. C. 518. diuisa in sex partes siue τμήματα. Et *commentarius de rebus Iustini senioris, ἱστορία βίβλος ἐν ἣ περιέχεται τὰ ἱστορικὰ περὶ τὸν Ἰουλιανόν*. Vtrumque opus intercidit, excepta parte illa prioris ex sexto tmemate, quo πατρία siue origines et antiquitates CPolis exposuit. Vide quae dixi vol. VI. p. 240. seq. [vol. VII. p. 544. seq. n. ed.]

LXX. DIODORI SICVLI *historiarum libri quadraginta*, ex quibus exstant libri priores quinque et vndecimus usque ad vicesimi finem; ex ceteris fragmenta. Vide, quae notavi libro III. cap. 31. [cap. 30. vol. IV. pag. 361. seq. n. ed.]

LXXI. DIONIS *Κασσιανῆς Κοκκιανῆς ἢ Κοκκίης romanae historiae* ab Aeneae aduentu in Italiam usque ad Alexandri Seueri consulatum tertium (a. C. 228.) *libri LXXX.*, e quibus ad libros LV. exceptis fragmentis [P] quibusdam et Ioannis Xiphilini epitome, deficiamus. Vide supra, lib. IV. cap. 10. [cap. 12. vol. V. p. 198. seq. n. ed.]

LXXII. *Ctesiae Cnidii Persicarum libri XXIII et Indicarum liber* dialecto Ionica. Vtrumque opus intercidit, quo maiores gratias debemus Photio, qui ampla ex illis excerpta seruauit saepius: una cum aliis Ctesiae fragmentis graece edita et latine ad Herodoti calcem, etiam in editione Herodoti, quam curauit Iacobus Gronouius, Lugd. Bat. 1715. fol. Henr. Stephanus Photii excerpta ex Ctesiae Persicis Indicisque primus graece separatim vulgauerat, Paris. 1557. 8. Vide quae supra, lib. II. cap. 25. §. 16. [in vol. II. p. 740. seq. n. ed. conf. *St. Croix* l. cit. p. 8. 424. 731. et 863. — *Ctesiae Persica*, a Photio excerpta, latine, in *Petri Bizarri rerum persicarum historia*, Francof. 1601. fol. v. catal. bibl. Leidensi pag. 219. *Harl.*] v. *Bochart* Hieroz. II. p. 700. fin. et seq. *Olear.* ad Philostrat. p. 69. a. 1. et b. 6. ac p. 80. a. 4. 95. b. 96. a. 131. a. 2. 3. b. 4. et 134. b.

LXXIII. HELIODORI *Ἀθροιστικά, σύνταγμα δεκαετικόν, siue fabula de amoribus Theagenis et Charicleae*, libris decem, qui adhuc exstant, ut dixi lib. V. cap. 6. [vol. VI. p. 111. seq. nou. edit.] Meminit huius Heliodori Photius iterum cod. LXXXVII. XCIV. et CLXVI.

LXXIV. a. THEMISTII *λόγοι πολιτικοί, orationes civiles XXXVI*, quae ex-

ceptis tribus exstant, nec non ὑπομνήματα et μεταφράσεις in scripta Aristotelis, quarum itidem pleraeque aetatem tulere, et ἐξηγητικοὶ πόνοι εἰς τὰ πλατωνικά qui desiderantur. Vide vol. VIII. huius bibl. lib. V. cap. 18. [cap. 44. vol. VI. p. 790. sqq. nou. edit.]

LXXIV. b. LESBONACTIS λόγοι πολιτικοὶ orationes civiles XVI. e quibus tantum exstant duae, de quibus dixi lib. IV. c. 30. §. 14. [c. 26. vol. II. p. 871. seq. ed. nou.] et Photii etiam, quae ex orationibus illis excerpterat, una cum iudicio quod de iis tulerat, perierunt.

LXXV. Iohannis Philoponi βιβλιδάριον siue libellus pro stabiliendo trichetismo contra κατηχητικὸν λόγον archiep. CPol. Ioannis scholastici a. C. 566. primò Iustini iunioris anno habitum. In hoc libello, qui, (perinde vt Ioannis catecheticus sermo) pridem intercidit, Philoponus praeter subtiliores ex philosophia petitas rationes pro se citauerat sententias Gregorii Naz. Basilii magni, Athanasii et Cyrilli Alex. Conf. Reinesii VV. lectt. p. 464.

LXXVI. FL. IOSEPHI ἀρχαιολογίας siue de antiquitate iudaica libri XX. adhuc supersites, de quibus dixi lib. VI. cap. 6. [lib. IV. c. 8. p. 6. sq. vol. V. p. edit. add. Lambec. comm. VIII. pag. 31.] Ex eodem opere excerpta de Herode et Agrippa infra, cod. CCXXXVIII.

LXXVII. Eunapii χρονικὴ ἱστορία τῆς μετὰ Δέξιππον νέας ἐκδόσεως, historiae chronicae a regno Claudii II. (in quo Dexippus desit,) vsque ad Honorii et Arcadii imperium, libri XIV. nouae ἐκδόσεως siue recensitae ab auctore editionis. Huius Eunapii descriptorem Zosimum notat Photius cod. XCVIII. Opus ipsum, prioris et posterioris ἐκδόσεως, quas utrasque euoluisse se Photius testatur, intercidit, exceptis fragmentis de legationibus. Vide, quae vol. VI. p. 232. seq. [vol. VII. p. 536. sqq. ed. nou.] dicta sunt.

[P] LXXVIII. Malchi Philadelphienfis sophistae Βυζαντιακά de rebus Byzantinis a morte Leonis Thracis imper. a. C. 474. ad Iulium Nepotem a. 480. occisum, libri VII. similiter deperditi. Vide Küster, ad Suid. II. p. 485. vol. VI. pag. 236. [vol. VII. pag. 540. nou. edit.]

LXXIX. Candidi Isauri historiarum libri III. ab initio imperii Leonis a. 457. vsque ad Zenonis Isauri mortem a. 491. Itidem hodie desiderantur. Vide ibid. p. 239. [pag. 543. ed. nou.]

LXXX. Olympiodori Thebani ὅλη ἱστορία siue ἱστορικὸι λόγοι<sup>q)</sup>, historiarum libri XXII. ab a. C. 407. ad 425. dicati Theodosio iuniori imp. et pridem deperditi. Vide ibid. p. 237. seq. vbi inter alia notauimus, quod Photius Olympiodorum vocat ποιητὴν τὸ ἐπιτήδειον, hoc non esse interpretandum poetam, sed operatorem chymicum. Mentionem facit etiam ex Olympiodoro Photius ἀγάλματος τετελεσμένον<sup>r)</sup>, siue talismanis magici, quod barbarorum

q) Reinesf. varr. lectt. p. 154.

r) V. Olear. ad Philostrat. p. 112. Küster. ad Suidam II. p. 486. Fabr. add. supra in hoc vol. cap. 35. §. VI. fin. et Lambec. comment. vol. VI. pag. 414. sqq. Harl.



rum transitum prohibuerit, atque iterum ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν. Singulare itidem est, quod περὶ τῆς τριβανος ἀξίας siue de ritu pallii per ludicrum aliquod balneum concedi scholasticis soliti refert, ubi memorat *Leontium* in sophistici thronum Athenis euectum. Mentio eiusmodi λυτρεῖ \*) apud Eunapium in Proaeresio p. 104. et 106. et Nazianzenum oratione XX. *Philatium* praeterea grammaticum laudat Photius Olympiodori fratrem, qui artificium glutinandi libros egregie tenuit; et *Herodotum* auctorem historiae de Orpheo et Musaeo \*). Olympiodorus accessit iis qui Homerum ex Thebaide Aegypti ortum ducere sibi persuasere. Memorat et prophetas barbarorum Blemmyum, et plura narrat de Libanio mago siue τελεσῆ, quem Placidiae suasu interfici iussit huius maritus Constantinus Valentiniani III. pater. De vegrandibus vrbis Romae palatiis pronunciatum: εἰς δόμος αὐτοῦ πέλει, πόλις αἴσα, μύρια κεύθει, geminum illi recentis poetæ in domum regiam | Lupaream Paris.

*Pars urbi domus est, urbs orbi — —*

Moenia vrbis Romae, eo tempore, quo Gothi eam primum oppugnaverunt, ab *Ammonio* geometra inuenta sunt amplitudine miliarium XXI. Eodem loco λεγομένων παρὰ θεράσ siue fellas MDC. ex marmore in lauantium gratiam Romae in publicis balneis positae ex Olympiodoro refert Photius, cuius generis esse superflitem famosam illam Romae fellam perforatam, non dubitat *Montfauconus* p. 137. Itineris italici. Huius Olympiodori, quemadmodum etiam trium superiorum, Eunapii, Malchi, Candidique excerpta e Photio, graece et latine recensuit *Labbeus* [P] tomo I. scriptorum historiae Byz. Olympiodori quaedam illustrat *Valesius* ad nonum Sozomeni librum, ubi inter alia notat, Zosimum (a quo etiam lib. V. p. 579. nominatenus laudatur,) plura ex eo repetiisse. Olympiodori excerpta Photiana, sed minus integra prodierant, antequam Photii bibliotheca lucem adspiceret, in Frid. Sylburgii tomo tertio rom. historiae scriptorum. Francof. apud Wechel. 1590. fol. p. 853-855.

LXXXI. *Theodori Mopsuesteni βιβλιδάριον περὶ τῆς ἐν Περτίδι μαγικῆς, de Magia Persarum libellus* pridem deperditus, de quo supra, pag. 353. Qui autem apud Photium auctor perfici dogmatis traditur Ζαρεάδης, hic Clementi Alex. est Νάζάρατος, Porphyrio Ζάβεατος, Plutarcho Ζαρεάτας, Theodoreto et Agathiae Ζαρεάδης. Vide *Catelerium* ad recognitiones Clementis IV. 27. Summum Persarum numen Ζαρεάμ, eiusque filii duo Ὁρμισδάς bonus, (*Plutarcho* in Alexandro p. 682. et in Artaxerxe pag. 1026. et de Ifide et Ofiride p. 407. et *Porphyrio* p. 27. Vit. Pythag. Ὁρμασδης siue Ὁρμαδης. *Agathiae* lib. II. p. 59. Ὁρμισδάσης,) malusque Photio Σατανᾶς, Plutarcho Ἀρειμάνιος, Hefychio Ἀριμάνης. Vide *Hadr. Relandi* diff. miscell. parte 2. pag. 131. 207. Quod vero Theodorum Photius ait τὴν τῶν ἀμαρτωλῶν ἀποκατάσσειν τερατεύεσθαι, huic geminum est, quod infra cod. CLXXVII. traditur τῆς Ὀρειγένης κατὰ γὰρ τὸ τέλος ὑπεφωτῆν τῆς κολάσεως. Et eodem spectat, quod Leontius scribit Theodorum Mopsuestenum tollere metum futurorum, lib. II. aduersus Eutychem et Nestorium.

LXXXII.

s) Confer *Meursium* de ludis Graecorum p. 22.

t) Conf. supra ad vol. II. p. 348. I. p. 515. et IV. p. 265. *Harl.*

LXXXII. Dexippi πρὸς μετὰ Ἀλεξάνδρον, de rebus post Alexandrum magnum gestis libri IV. \*) Eiusdem σύντομον ἱστορικὸν compendium historicum usque ad Claudium II. imp. praecipuas res regnaque praecipua perstringens, et τὰ Ἑκδομὰ, de rebus Romanos inter et Scythas gestis. Huius Dexippi, quem ἄλλοι πρὸς μετὰ σαφηνεῖς Ἐκδομὰ, alterum, sed perspicuissimum augie Thymididem Photius appellat, scripta ista omnia interciderunt, paucis assumptis fragmentis de legationibus; ex Scythicarum eius, ut videtur, opere servatis. Vide volum. VI. p. 231. [vol. VII. p. 535. nou. ed. conf. bel. St. Croix Examen crit. cit. ed. II. p. 60-62. Harl.] In multis cum Atriano historico conspirasse, Photio notatum.

LXXXIII. DIONYSII Halicarnassej, Alexandri F. ἱστορικὸν λόγων historiae romanae ab Aeneae in Italiam aduentu vsque ad Olympiadis CXXVIII. 3. libri XX. ex quibus exstant priores XI. definentes in Olymp. LXXXIV. q. (Vrbis CCCXII.) Vide, quae dicta lib. III. huius bibl. cap. 32. [cap. 31. vol. IV. p. 382. sqq. n. ed.]

LXXXIV. Dionysii eiusdem σύντομῳ superiorum viginti librorum, quinque libris contracta, et iampridem deperdita.

LXXXV. Heracliani, episc. Chalcedonenfis, ad Achillium contra Manichaeos libri XX. similiter deperditi, perinde ut, quae apud Photium ibidem [P] memorantur Manichaeorum vñum euangelium et γργόντειος βιβλος, nec non Addae modius aliaque illius scripta. Et quae aduersus Manichaeos composuere Hegemonius, Georgius Laëdicenus, et libri XXV. contra euangelium vñum et Addae modium depugnans Diódorus (Tarsensis.) Nam ARCHELAI, et TITUBOSTRENSIS ac SERAPIONIS Thmuitani aduersus Manichaeos scripta habemus. Vide, quae dixi vol. V. p. 262. [vol. VII. p. 275. sqq. n. ed.] et 292. [pag. 328. vol. VII. n. ed.] Titum Addae potissimum scriptis suis opposuisse lucubrationes a Photio discimus.

LXXXVI. IO. CHRYSOSTOMI epistolae ad Olympiadem XVII. et ad Innocentium Rom. aliaeque, quae omnes exstant. Vide supra, volum. VII. pag. 633. seq. [cap. 10. vol. VIII. p. 538. sqq. n. ed.]

LXXXVII. ACHILLIS TATII Alexandrini fabula de amoribus Leucippes et Clitophonis, libris VII. qui tulere aetatem, et de quorum editionibus dixi volum. VI. pag. 812. [vol. VIII. p. 130. sqq. nou. ed.] Si Achilles, Firmico laudatus, est Achilles Tatius, auctor libri περί σφαίρας siue isagoges in Aratum, quam habemus, et hic idem cum scriptore ἑρωτικῶν, necesse sit, eum ante Heliodorum scripsisse, et ante Heliodorum nominatur a Photio cod. XCIV. et CLXVI. qui ἀσχετολογία et obscenas narrationes in Tatío ubique detestatur; unde non crediderim, Photii esse decastichon iambicum, quod ex inedita Anthologia, Tatii amoribus praemittitur, illosque castis lectoribus commendat. Iampridem etiam mihi visum est absurdum et incredibile, libro VIII. Tatii p. 493. per ἱερέα, ἐπὶν ἐν αὐδύνατον, μάλισσα

\*) Hic pro *Asander* legi debet *Cassander*. vid. *Spanhem.* de numismat. tom. I. p. 489.

μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐξηλεκτότα κατωδίαν. Chrysostomum intelligi, licet Chrysostomum Aristophanis studiosum et eloquentissimum fuisse, inter omnes constat.

LXXXVIII. Τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ περὶχθέντα, *Anonymi acta synodi Nicaenae*, tomis tribus, ineditis hactenus; diversaque ab illis, quae sub Gelasii nomine habemus, et de quibus mox codice LXXXIX. licet in quibusdam codicibus, (talibus fortasse fuit, de quo supra cod. XV.) ipsa quoque Gelasii *Caesariensis* nomen praetulisse Photius testetur, memorans praeterea illius libros contra *Anomios* sive *Eumebianos*, de quo infra cod. CII. itidem deperditum. Conferenda etiam acta synodi Nicaenae, de quibus infra cod. CCLVI. et quae infra in vol. XI. huius bibl. p. 357. [vet. ed.]

LXXXIX. GELASII Caesariensis ἱστορίας Ἐκκλησιαστικῆς, *historiae ecclesiasticae de gestis in synodo Nicaena*, ac deinceps usque ad Constantini M. mortem libri III. Exstant sub Gelasii Cyziceni nomine, nisi quod tertius liber haud integer ad nos pervenit. Vide, quae notavi vol. VIII. p. 371. seq. [P] [vol. IX. p. 290. ed. nou.] ubi etiam de *Rufini* hist. eccles. quam graece e latino vertisse a Photio dicuntur Gelasius Caesariensis et Cyrillus Hierosol., ambo prius mortui, quam historia a Rufino scriberetur.

XC. LIBANII rhetoris scripta, τεύχεα, sive voluminibus duobus, cuius, αἱ, *γυμνασικαὶ* et *πλασματικαὶ* λόγοι sive declamationes, praestare eius feriis et civilibus orationibus. Laudat et eius epistolas et παντοδαπὰ συγγράμματα, *scilicet*, eum esse *καλὸν* et *εὐάριθμον* λόγον Ἀττικῆς, *regulam et amissim attici stylis*. Libanii huius scripta pleraque ad nos pervenire, de quibus dixi vol. VII. (lib. V. cap. 10.) [cap. 43. vol. VI. p. 754. seq. ed. nou.] Alius *Libanius ὁ τελεσιγῆς*, magus, de quo Olympiodorus apud Photium cod. LXXX. p. 112. Alius *Libanius*, Palaeopoleos in Pamphylia episcopus, qui interfuit concilio Ephesino a. C. 431. et *Libanius*, Paralaei episcopus in Lycaonia, qui subscripsit concilio Chalcedonenfi a. 451. et alius concilio Rom. a. 503. alius denique *Libanius* Silvanectensis in Gallia concilio Aurelianensi a. 511. etc.

XCI. ARRIANI τὰ κατ' Ἀλέξανδρον, *de rebus Alexandri M. libri VII.* saepius graece et latine editi, de quibus dixi lib. IV. cap. 8. p. 272. seq. [cap. 10. vol. V. p. 95. seq. n. ed. ubi iam inserui et explanaui, quae hoc loco addiderat Fabric. Harl.]

[P] XCII. Eiusdem *Arriani τὰ μετ' Ἀλέξανδρον*, *de rebus post Alexandrum gestis* libri X. e quibus excerpta Photii tanto iucundius leguntur, quod opus ipsum hodie non extet, certe editum non sit. Dexippum in opere eiusdem argumenti *Arriano συμφωνοῦν κατὰ τὸ πλεῖστον* monuerat Photius supra cod. LXXXIII. Meminit iterum cod. XCIII.

XCIII. Eiusdem *Arriani Βιθυνικά*, *de rebus Bithynicis* ab origine gentis usque ad ultimi regis Nicomedis exitum, qui moriens regnum suum populo rom. legavit, libri VIII. Supra Photius cod. LVIII. hoc opus vocat τὰ πατέρα τῆς Βιθυνίας. Nusquam autem exstat hodie, non magis quam quorum in illo fecit mentionem, *Arriani τὰ κατὰ Τιμόλεοντα* τον

τὰς Κορίνθιον, de rebus a Timoleonte Corinthio in Sicilia aduersus Dionysium gestis, vel τὰ κατὰ Δίωνα Συρακούσιον, de rebus gestis Dionis Syracusis aduersus eundem Dionysium secundum, Dionysii F. tyrannum.

XCIV. *Iamblichi*, qui Compositi aetate vixit, et Iamblichum philosophum aetate antecessit, δεκαετημόν hactenus haecditum, si non plane deperditum de amoribus Simonidis virginis et Rhodani sive Rhodanis. Aliis hoc opus venit nomine Ἰαμβλίου Βαβυλωνιακῶν. Photius excerpta dat ex libris XVI. cum Suidae codices numerent libros XXXIX. qui videtur etiam aliqua ex hoc opere producere in Ζηλοτυπία, Ἥδη etc. Vide, si placet, quae notari vol. VI. p. 805. seq. [vol. VIII. p. 152. sqq. nou. ed.] et Reines. varr. lectt. p. 317. vbi de γοῦ. Σαυχίσαν. Maussacum praeter rem reprehendit Tho. Crenius parte VII. animaduersion. p. 43. quod Babylonica Iamblichi vocavit Milesiaca. Notum enim est, omnes fabulas eiusmodi aroticas, Milesias, et sermones Milesios adpellari, exemplo Aristidis Μηλιακῶν quae latina vertit Sifena. Vide, quae viri docti ad Apuleium. Sic Βαβυλωνιακά fabularum suam anistoriam Iamblichi exemplo inscripsit Xenophon Antiochenus, de quo Suidas.

XCV. *Iohannis Scythopolitae* \*) scholastici κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν τῆς ἐκκλησίας contra desertores ecclesiae, Eutychis et Dioscori adflectas. Opus diuisum in tomos duodecim et Iuliano, nescio quo, episcopo suadente, susceptum oppositumque anonymo Eutychiano libri aduersus Nestorium auctori, quem Photius Basilium presb. Cilicem fuisse existimat, de cuius libro aduersus Ioannem Scythopolitam infra cod. CVII. Hodie vtriusque scripta considerantur.

XCVI. *GEORGII*, episcopi *Alexandrini*, *liber de vita S. Io. Chrysostomi* \*\*), ex Palladio, Socrate, (Cyrillo Alex. Theodoro, Moscho,) pluribusque aliis collectus. Post annum Christi sexcentimum scripsisse viri docti colligunt. Vide Allatium de Georgiis pag. 316. Exstat adhuc, graece editus et latinus, ut dixi vol. VII. p. 556. [vol. VIII. pag. 450. ed. nou.] Postquam plura ex illo excerpisset [P] Photius, subiungit: οὐκ ὀλίγα φαίνεται παρ-ιστοῦν \*\*), quod cum Lambecio VIII. p. 273. seq. [p. 578. ed. Kollar. cuius not. v. p. 581.] vertendum: non pauca videtur tradere obiter, et praeter institutum suum, non, ut Schottus reddit: praeter historiae fidem. Quamquam multa etiam praeter historiae fidem scripta ab hoc Georgio, demonstravit David Blondellus in libro, gallice edito, de primatu in ecclesia p. 1230-1244. qui etiam eodem loco persequitur errores et fabulas, quas de vita Chrysostomi scribentes tradidere Anonymus graecus p. 1244. 1247. Socrates p. 1247. seq. Sozomenus et Moschus p. 1248. seq. Nicephorus patriarcha et Zonaras pag. 1250. Cedrenus et Glycas pag. 1251. Nicephorus Callistus pag. 1252. seq. atque auctor epitomes a Lipomanno editae, VVVV 2 p. 1253.

v) Huius meminit *Sophronius* infra ap. Photium cod. CCXXXI. Vtrum vero idem sit cum *Ioanne Antiocheno*, quem memorat *Gennad. c. 93.* vel cum *Ioanne Maxentio*, cuius scripta contra Acephalos et Nestor. habentur, ex veteri versione, tom. IX. bibl. PP. Lugdun. et de quo supra [in hoc vol. cap. 31. §. 10. de iis, qui de Nesto-rio etc. scripserant,] non satis exploratum existimo.

w) Vbi de Marcianistis. v. *Coteler. tom. III. p. 640.*

x) Cicero ad Atticum VI. 1. Haec te volui παραστήσαι, sumus enim ambo belle curiosi.

p. 1233: quibus denique Blondell. vitam Chrysostomi, accuratius a se digestam ac contractam, subiungit pag. 1254-1268.

XCVII. Phlegontis Tralliani *Ὀλυμπιονικῶν καὶ χερσικῶν συναγωγή* a prima Olympiade ad aetatem Hadriani, qui imperare coepit Olymp. CCXXIV. i. defunctus CCXXIX. i. Photius tantum quinque libros legit huius operis, e quibus quintus desinebat in Olympiade CXCVII. Vehementer dolendum est, hoc opus ad nos non pervenisse; haec enim nimiam et minutam in eo diligentiam reprehendat Photius, quae etiam in causa fortasse fuit, cur a paucioribus legeretur, atque adeo describeretur: tamen vel ex paucis, quae illius supersunt, fragmentis facile adparet, quam multa in veteri historia et ad temporum rationes constituendum nos fuisset docturus, quae hodie nos fugiunt. Ceterum non repetam hoc loco, quae de isto et aliis Phlegontis, siue quae exstant, siue quae intercidere, scriptis obtavi libi IV. cap. 15. [cap. XV. vol. V. pag. 256. sqq. nou. ed.]. Tantum addam haec Hieronymi in Genes. X. *Legamus Varronis de gentilitatibus libros et Sifonii Capitonis, et praeterea Phlegonta, caeterosque eruditissimos viros, et videbimus paucis omnes insulas et totius orbis littora terrasque mari vicinas graecis accolis occupatas.*

XCVIII. ZOSIMI comitis *ἱστορικῶν*, siue *historiarum libri VI.* saepius excusi graece et latine, de quibus dixi vol. VI. p. 607. seq. [vol. VIII. p. 62. sqq. et hoc. mm. p. 67. ed. nou.]

XCIX. HERODIANI, *ἱστορικὸν λόγον ἢ historiarum libri VIII.* qui iidem exstant, de quibus dixi vol. VII. p. 11. seq. [vol. VI. p. 286. sqq. ibique not. o. p. 288. not. s. et t. etc. n. ed.] [P] Add. *Tan. Fabri* epistola ad Io. Frid. Gronovium, qua plura Herodiani loca illustrantur, et quae in posterioribus Argentoratensibus editionibus 1662. 1672. 1694. 8. cum *Balth. Scheidii* locupletissimo graeco indice adiuncta legitur, est inter epistolas *Tan. Fabri* ineditas editas Salmurii a. 1674. 4. tom. I. epistola 75. Ab hoc scriptore, (quem adcuratoris curae et exquisitae artis nomine Curtio in latinis Boeclerus comparabat, Wagenfeilius Sallustio) diversus est *Herodianus*, cuius mentionem facit Photius cod. LXV. p. 46. ex libro septimo Theophylacti Simocatae: alius item, ad quem rhetoris Libanii epistolae. [Editionis Herodiani a *Theoph. Guil. Irmischio* curatae, quartus et postremus tomus, in duas partes divisus, post mortem editoris prodiit Lips. 1805. 8. complexus Politiani versionem, comm. de codd. et add. Herodiani, et, praeter alia, indices vberimos, *Beck.*]

C. *Adriani* imperatoris *μελέται διάφοραι, declamationes variae*, pridem deperditae, una cum multis aliis, quae utraque lingua graeca et latina, prosa et versu scripsisse hunc imperatorem testatur Dio lib. 69. Excerpt. Peiresc. p. 713. Suid. in *Adg.* Nempe cum rhetoribus perinde ut cum philosophis ac poetis, libris vel carminibus vel declamationibus inuicem editis certasse Adrianum, innuit Philostratus in vitis Sophistar. ubi de Favorino, Spartianus in vita Hadriani c. 15. atque idem Dio, qui cum sophistis Favorino Gallo et Dionysio Milesio inuidisse scribit. Spartianus: *Et quamvis esset oratione et versu promptissimus, et in omnibus artibus peritissimus: tamen professor omnium artium semper ut doctior rixit, contempsit, obtrivit.* De Adriani imp. ἀποφάσεις, siue responsionibus epistolisque editis graece cum versione antiqua Dosithei magistri, dixi vol. VII. p. 59. [vol. VI. pag. 365. sq. n. ed.] Ab eo tempore vidi easdem cum Goldasti notis nitide recusas in nobilissimi atque eruditissimi viri Antonii Schulringii iurisprudencia veteri anteiustineanea Lugd. Bat. 1717. 4. p. 855. seq. Fuit etiam

etiam *Adrianus* Tyrtius rhetor, Herodis Attici discipulus, ex cuius declamationibus excerpta habemus graece et latine vulgata ab Allatio. De illis dixi lib. IV. c. 30. p. 409. seq. [c. 32. vol. VI. p. 50. sqq. nou. ed.]

CI. *Victorini Lampadii*, Antiocheni, λέγοι ὑπαιτικοὶ καὶ βασιλικοί, orationes varias consulares et ad imperatorem Zenonem habitas, iampridem deperditas, Zeno imperator fuit ab a. C. 474. ad 491.

CII. *Gelasii* Caesareensis μονέβιβλος κατὰ Ἀνομοίων, liber aduersus Anomoeos siue Eumonianos, cuius etiam supra cod. LXXXVIII. mentio, et *Diodori* Tarsensis περὶ τῆς αἰνῆς Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα, de spiritu S. varia argumenta. Vtrumque opus hodie desideramus. De Gelasii scriptis dixi vol. VIII. p. 370. [vol. IX. p. 290. sq. n. ed.] et de Diodori p. 358. [ibid. p. 277. sqq. n. edit.]

[P] CIII. *PHILONIS* Iudaei νόμων ἱερῶν ἀλληγορία, legum sacrarum allegoria et περὶ βίῃς πολιτικῆς de vita viri civilis (Iosephi patriarchae).

CIV. *EIVSDEM* τῶν παρὰ Ἰουδαίους φιλοσοφούντων, τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίον. De Therapeutis et Essenis, siue de practicae et theoreticae philosophiae apud Iudaeos cultoribus.

CV. *EIVSDEM* Γαίους ψευόμενος, *Caui imper. vituperatio* et Φλάκκιος ἢ Φλάκκιον ψευόμενος, vituperatio Flacci, Aegypto praefecti sub Caio imp. Omnia ista Philonis scripta haecenus memorata adhuc supersunt, quemadmodum et alia quorum meminit Photius πολλὰ καὶ πακίλα συντάγματα, περιέχοντα καὶ τῆς παλαιᾶς πομνήματα, τὰ πλεῖστα πρὸς ἀλληγορίαν τῆς γραμμάτων ἐκβιαζόμενα. De his omnibus dixi lib. IV. cap. 4. [c. 6. vol. IV. pag. 721. sqq. nou. ed.] vbi etiam de eo, vtrum Christo aliquando, vt ait Photius, nomen Philo dederit, quod neutiquam verisimile mihi videtur.

CVI. *Theognosti* Alexandrini, et sacrorum librorum interpretis, τῶ μακαρίῳ Θεογνώστῃ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐξηγητῇ, ὑποτυπώσεις, *Hypotyposion* siue theologicarum institutionum libri VII. pridem deperditi, in quibus cum Origene in plerisque sensisse et ex libris eius περὶ ἀρχῶν non pauca mutuatum esse, Photius innuit, quem tamen praeter nimio in Originem odio etiam Theognosto praeuisse se iniquiorem censura sua, (licet quodammodo emollita,) docet G. Buius in defensione fidei Nicaenae sect. 2. cap. 10. §. 7. seq. Certe ab Arii, (quem aetate etiam praecessit,) sententia fuisse alienum, testis locuples S. Athanasius, qui ex secundo ὑποτυπώσεων Theognosti, (quem ἄνδρα λόγιον adpellat,) haec producit verba lib. de decretis synodi Nicaenae tom. I. p. 274. ed. Montfaucon. p. 230. ἐκ ἑξωθεν τίς ἐστιν ἐΦευρεθεῖσα ἢ τῇ οὐκ ἐσὶς, εἰ δὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐκασήχθῃ, non fortinsecus filii substantia constat, neque ex non-entibus produciuntur, ἀλλὰ ἐκ τῆς τῷ Πατρὶ ἐστῆς ἑσῆς, ὡς τῇ φωτὶς ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμός· sed ex patris substantia ita progenitus est, vt a luce habet, vt ex aqua vapor. Ab eodem Athanasio in illud: quicumque dixerit verbum contra filium hominis tom. I. p. 971. laudantur παλαιοὶ ἄνδρες, Ωργένης ὁ πολυμαθὴς καὶ Φιλόπονος,

λόγονος, καὶ Θεογνώστης ὁ Θαυμασίος καὶ ἐπιδάσκων. A Philippo Sidete Theognostus inter catechetas et praefectos Scholae Alexandrinae celebratur post Pierium \*), qui Dionysio Alex. ut Dionysius Heraclae, Heraclas Origeni successit. Vide *Dodwellum* ad Irenaeum pag. 488. et 511. Quod autem Eusebium arguit *Baronius* ad a. 109. num. 59. ideo Theognosti non fuisse mentionem, atque ideo eum dolo malo inuoluisse silentio, quod τὸ ὁμολογεῖν adsertor fuisset, prorsus est ab omni verisimilitudine alienum: haec enim ratio si valeat, omittendi [P] ei fuissent tot alii, quinimo patrum omnium vetustissimorum nomina oblivione praeterenda. Hypotyposeon libros ante Theognostum scripserat Clemens Alex. de quibus Photius infra cod. CIX. CXI. Quod autem de Theognosti dictione iudicium ferens sit, eum κατὰ λέξιν ὡς ἐν ἀττικῷ καὶ συνήθει χρώμενον λόγῳ, *Salmasius* pro ἐν ἀττικῷ recte monuit legendum ἀναττικῷ lib. de lingua hellenistica pag. 35. quod doctissimo viro Andreae Schottio iam suboluit.

CVII. *Basilii Cilicis*, Nestoriani, qui Anastasio imperante Diodori Tarf. et Theodori Mopsuesteni propugnator, et Flauiano Antiochiae episcopo presbyter Antiochenus fuit, contra *Ioannem Scythopolitanum*, (de quo cod. XCV.) libri XVI. dialogorum more scripti inter Lampadium, qui Basilii partes tuetur, et Marinum, Tarasiumque, ac dicati cuidam Leontio. Interciderunt perinde, ut eiusdem Basilii historia ecclesiastica, de qua cod. XLII. [ad quem v. supra,] et liber contra Archelaum presbyterum Coloniensem, de quo *Suid.* in Ἀρχέλαος et Βασίλειος. Idem *Suidas* testatur, hunc Basilium factum esse Irenopoleos in Cilicia episcopum.

CVIII. *Theodori*, Alexandrini monachi Seueriani et Theopaschitae, \*Ελεγχος κατὰ Θεμισίε, aduersus Themistium Agnoëtarum signiferum. Καλῶνυμα (al. Μεγαλώνυμα) τὸ καὶ Θεμισίε ἀπολογία ὑπὲρ τῶ ἐν ἀγίοις Θεοφοβίε. *Themistii* apologia pro S. Theophobio. Eiusdem κατὰ Θεόδωρον μονόβιβλος, aduersus Theodorum liber singulari. *Theodori* aduersus Themistium libri III. Haec scripta omnia Photio olim lecta interciderunt. Fuit Themisius ille diaconus Alex. sub initia sexti a Christo nato saeculi, de quo non repetam dicta volum. VIII. p. 5. seq. [vol. VI. pag. 794. ed. nou.] Theodori autem mentio ap. *Facundum* libr. II. c. 3. vbi, imp. Iustinianum pro firmanda vel amplius publicanda eius condemnatione scripsisse ad romanum episcopum, refert.

CIX. *Clementis Alex. ὑποτυπώσεις*, opus deperditum, de quo dixi lib. V. cap. 1. p. 102. seq. [vol. VII. p. 119. sqq. n. ed.] Fragmenta illius a se collecta dare voluit tomo tertio, quem parabat, Spicilegii patrum doctissimus vir *Io. Ernestus Grabe*, singulorumque exponere argumenta librorum, et demonstrare, quod Stromatum libris veluti continuandis ab Clemente subiuncti fuerint. Interpolatos etiam fuisse ab haereticis, siue potius haereticorum fuisse a Clemente enarrata, non ipsius Clementis dogmata, quae Photius in eius hypotyposis reprehendit, siquidem Clemens lib. IV. Strom. p. 475. opus illud promittens ait, se auspiciū facturum ab enarratione opinionum paradoxarum, quas sparserint haeretici in Geneseos librum. Confer *Grabii* librum anglice editum, *Some instances*, p. 13. seq. *Balthasar*.

y) De hoc Pierio, Pamphili martyris praeceptore, Photius infra, cod. CXVIII. CXIX.

*thasur. Germaniam* de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 263. seq. *Io. Clericum* epist. critic. I. et bibl. veteri et recenti, gallice vulgata [P] tom. VI. pag. 245. seq. et *Wilhelmi Causi* epistolam apologeticam aduersus Clericum, editam Londini 1700. 8. pag. 44. seq. In his Hypotyposisbus *Pantaeum* praecceptorem suum professus est Clemens, ut praeter Photium testatur Philippus Sideres in fragmento, quod edidit *Dodwellus* ad Irenaeum p. 488.

CX. et CXI. Eiusdem CLEMENTIS *σεωμάτευς* libris VII. In aliis VIII. atque octavi loco iam ille, qui in editis exstat, incipit: *Ἀλλ' ἔδὲ οἱ παλαιότεροι τῶν φιλοσόφων*, iam alius *τίς ὁ σωζόμενος πλείσιος quis diues saluetur*, cuius initium: *οἱ μὲν τὰς ἐγκωμαστικὰς λόγους*. Eiusdem Clementis *παιδαγωγός*. De hisce scriptis, quae exstant adhuc omnia, dixi lib. V. cap. 1. p. 104. seq. [vol. VII. p. 122. sqq. n. ed.] add. *Reines.* varr. lectt. p. 93. Sed memorantur etiam Photio scripta Clementis deperdita *περὶ νηθείας*, *περὶ κακολογίας*, et *περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰεραίων πλάνῃ* ad Alexandrum Hierosol. episcopum. Nouissime praeclaram Operum Clementis Alex. editionem versione plurimis castigata locis, locis S. Scripturae adnotatis diligenter et eruditis animaduersionibus instructam vulgavit illustris Oxoniensium episcopus *Ioannes Potterus* Oxon. 1715. fol. Nonnulla fragmenta ipsi praeterita dedi graece et latine tomo posteriori operum S. Hippolyti. Hamb. 1718. fol. [v. vol. VII. p. 129. n. ed.]

CXII. et CXIII. Clementis Romani *διαταγαὶ τῶν Ἀποστόλων*, constitutiones apostolicae, quae graece etiamnum exstant, et *ἀναγνώρισμός*, recognitiones, quas tantum latine habemus ex Rufini versione. \*) De utriusque operis editionibus dixi lib. V. cap. 1. pag. 33. seq. [vol. VII. p. 24. sqq. n. ed.] Epistola praemissa utraque et Clementis ad Iacobum fratrem Christi, et ad eundem Petri apostoli, edita est a Cotelerio graece et latine ante Clementina siue homilias XIX. Clementi tributas. In recognitionum autem opere obuia, quas Photius memorat, *αἱ λεγόμεναι τὰ Ἀποστόλων Πέτρος πράξεις*, et *αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις*. Vide *Grabium* tom. I. spicilegii patrum p. 276. seq. et *Cotelerium* tom. I. patrum apostol. Meminit etiam Photius et hoc loco et infra cod. CXXVI. *ἐπιστολὰν ad Corinthios*, quae itidem exstant, tum prioris illius, quae sola ex omnibus Clementis Rom. scriptis genuina habetur, tum posterioris, quam perinde ut *Petri et Appionis παλύστιχον διάλογον* reiectam esse ipse Photius innuit. Hunc dialogum in recognitionum opere non contineri, sed diuersum ab illo opus esse, idque deperditum. recte *Grabius* adnotauit, quem vide sis p. 271. seq.

CXIV. *Lucii Charini* Manichaei *αἱ λεγόμεναι τῶν Ἀποστόλων περίοδοι*, apocryphae *periōdai apostolorum* Petri, Ioannis, Andreae, Thomae, Pauli, de quibus pridem deperditis dixi in codice apocrypho Noui Testamenti.

CXV. *Αποκρυφῶν*

\*) In constit. apostol. Photio recte displicet phrasis *ἀνακολάσις*. v. *Coteler.* ad PP. App. tom. I. p. 238. — Locum ex Photio, tunc adhuc inedito, produxit *Turrianus* a. 1573. in Apolog. pro cano- nibus Apost. p. 96. vbi eruditissimum et incredibilem lectione Photium adpellat, et p. 139. sq. vbi idoneum auctorem et locupletem; add. p. 215. et 220.



[P] CXV. *Anonymi liber contra Iudaeos et Quartadecimanos de Paschate*, quod Christus feria quinta illud non obierit, neque praeuerterit, sed propriam mysticam celebraverit coenam; quum tempus paschatis legalis non advenisset: id, quod Chrysostomi et ecclesiae sententiae aduersum esse, monet Photius, Conf. Petr. Arcudius libr. III. Concord. cap. 4. p. 158. Alius item *Metropori* de computo XXVIII, enneadecaeteridum per annos 533. a tempore Diocletiani imp. ad paschatis rationes designandas. Neutrum scriptum hodie exstat: nisi prius sit illud Philoponi, de quo supra, cap. 34. §. IV. Ita sane visum *Stephano de Altamura* p. 263. panopliae contra schisma Graecorum. — De *Metrodori* cyclo, quem fuisse Aegyptium, et ante Theophil. Alex. scripsisse suspicatur, vid. *Henr. Norw.* in diss. de cyclo paschali Rauennate cap. 3. p. 183. ed. Lips. *Henr.* autem *Valesius* putat, Metrodorum significari, ex cuius mendaciis bellum cum Persis a Constantio successum scribit *Amianus*, XXV. 4. p. 428. et Cedrenus etc.

CXVI. *Anonymi περί της αγίας τῆ πάσχα ἑορτῆς λόγος τρίτος ἐν τόμοις ὀκτώ, de sacro paschate liber tertius in octo sectiones diuisus, ad Theodorum.* In sectione quarta Metrodorum, (de quo in codice superiore,) oppugnatum Photius testatur. Etiam hic scriptor, (cuius neque tertius neque priores duo de isto argumento hodie exstant,) contendit, Christum proximae ante passionem suam pascha iudaicum non celebrasse, quam sententiam, negat Photius, temere amplectendam esse, quoniam Chrysostomus et ecclesia aliter sentiat: *Καὶ σκοπεῖν χρῆ. ὁ γὰρ Χρυσόστομος καὶ ἡ Ἐκκλησία τότε φησὶν αὐτὸν ἐπιτελεῖσαι τὸ νόμον, πρὸ τῆ μυσικῆς δεῖπνε.* [v. ad cod. anteced.]

CXVII. *Anonymi apologia pro Origene eiusque dogmatibus, βιβλίον ὑπὲρ Ὀριγῆνος καὶ τῶν αὐτῆ δογμάτων ἐν τόμοις πέντε, libris V.* Testes pro Origene laudauit hic scriptor, cuius opus hodie desideramus, Dionysium et Demetrium Alexandrinis episcopos et Clementem presbyterum Alexandr. praecipue vero, (de quibus mox cod. CXVIII.) Pamphilum martyrem et Eusebium.

CXVIII. *PAMPHILI martyris et EUSEBII Caesarcensis apologias pro Origene libri sex, quorum quinque scriptos ab utrisque Pamphilo, in cetero detento, et Eusebio, sextum post Pamphili martyrem a solo Eusebio <sup>aa)</sup> suppletum, Photius testatur: ὑπὲρ Ὀριγῆνος, τόμοι δὲ πρὸ βιβλίον ἔξυ ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ καὶ δεσμιότητι οἰκῶντι, συμπάροντος καὶ Εὐσεβίου, ἐξεπονήθησαν, ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ἔχει τὸ ζῆν ἀπαχθεὶς ἀνέλυσεν πρὸς ὃν ἐπόθει θεόν, Εὐσεβίῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεται.* Et aliquibus interiectis: *τὴν δὲ ὑπὲρ Ὀριγῆνος ἀπολογία, ὁ Πάμφιλος σὺν Εὐσεβίῳ καθεργαμένος τῷ οἰκῆματι συνεγράψατο.* Addit opus ab iisdem transmissum ad confessores pro Christi nomine ad metalla damnatos horumque praecipuum Patermuthium. Hic ἀνάλυσιν διὰ πυγῆς quid sit, v. ap. *Galaucher*. Opp. crit. p. 46. Ex illis sex libris solus primus exstat latine e *Rusini* versione <sup>bb)</sup>, ceteri perierunt, ut dixi vol. VI. p. 102. [vol. VII. p. 405. sq. n. ed.] Meminit huius operis auctor synodici aduersus tragoediam Irenaei c. 198. (in Baluzii concil. p. 895.) *Eusebius* in

ορκε

<sup>aa)</sup> Circa a. 308. vel 309. ut est credibile.

<sup>bb)</sup> De hac versione *Tillemont.* tom. XII. memor. p. 205. seq. ut de opere ipso tom. III.

cre: apologetico pro Origine et dogmatibus eius, id est, pro praesistentia et restitutione composito, quod martyr (Pamphili) et ipse Eusebius [P] nominibus praenotatur, multis inde praecedentium patrum testimoniis usus est pro praedictis erroribus. Nec tamen idcirco ab ecclesia DEI vel Origenes absoluitur, quasi non fuerit nouitatis inuentor, sed illi pariter addicuntur. Malim tamen Photio et pluribus aliis veteribus, argumentisque a Tillemontio tom. III. memor. productis habere fidem, quam cum Balthasare Germonio Hieronymi bilem citra examen admittente in libro de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 305. seq. statuere, in hoc opere nullas Pamphili fuisse partes, sed metam illam Rufini fraudem, qui libros Eusebii pro Martyris lucubratione venditare voluerit. Certe graecos etiam codices Pamphili nomen praetulisse ex graecorum scriptorum testimoniis liquet. Testatur autem Photius, plures etiam alios magnae auctoritatis in ecclesia viros illa aetate apologias pro Origene composuisse: Καὶ ἄλλοι δὲ πλείστοι κατ' ἐκεῖνο καιρὸν καὶ ἀξιολογώτατοι ἀπολογίας ὑπὲρ αὐτοῦ συνέταζαντο. Idem narrat, Pamphili praeceptorem fuisse Pierium praef. et scholae Alex. praefectum, postea vna cum fratre Isidoro coronatum martyrio, quorum memoriae templa et oratoria dedicata sunt, vt Pierii templum Alexandriae memorat Epiphanius haeresi LXIX. 2. Pamphilum denique narrat Photius, plures Origenis in sacras litteras commentarios πολλὰ τῶν ἐξηγήσεων εἰς τὴν θείαν γραφὴν sua manu descripsisse, quod confirmant Eusebius VI. 36. hist. et Hieronymus c. 75. de S. E. ad quem notaui, in bibl. Coisliniana etiamnum exstare apographum codicis epistolarum Pauli, qui manu S. Pamphili martyris exaratus fuit.

CXIX. Pierii presbyteri Alex. (de quo superiore codice dictum) λόγους δώδεκα, libri duodecim de variis argumentis theologicis, ἐξηγήσεις καὶ διαλέξεις vocat Eusebius VII. 32. hist. ex quibus duarum tantum inscriptiones adfert Photius: εἰς τὸ κατὰ Λευκᾶν, et εἰς τὸ πᾶν καὶ τὸν Ὠσέ. De hoc postremo S. Hieronymus praef. in Oseam: Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio huius prophetae, die vigiliarum dominicae passionis extemporalis et deserto sermone profudit. Et c. 76. de script. eccles. vbi Origenem iuniorem appellatum illum esse testatur: Huius est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia paschae habitum ipse sermo demonstrat. Non dubito etiam, ex his duodecim λόγοις Pierii, Photio lectis, fuisse tractatum in 1. ad Corinthios, ex quo idem Hieronymus epist. ad Pammachium: Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistolam interpretati sunt, quorum Pierius, quum sensum apostoli ventilaret atque edissereret, et proposuisset illud exponere, volo autem omnes esse, sicut meipsum 1. Cor. VII. 7. adiecit: ταῦτα λέγων Παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. Huius Pierii [P] scripta, quem eruditissimis ecclesiae doctoribus iungit Hieronymus epistola ad magnum Oratorem, nihil hodie exstat. Palladius in Lausiaca c. 12. narrat, Ammonium plura potuisse citare memoriter ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii.

CXX. IRENAEI, episcopi Lugdunensis, ἐλέγχεσιν καὶ ἀνατροπῇς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, redargutio atque eversio falso iactatae (rerum diuinarum) cognitionis, siue contra haereses libri V. adhuc superflites ex veteri latina versione cum graecis quibusdam fragmentis, quae post Franciscum Feuardentium et industriam singularem Io. Ernesti Grabe conquisita

sunt a Renato Massueto, monacho Benedictino, cui praeclaram huius scriptoris editionem debemus vulgatam Paris. 1710. fol. Ipse Massuetus, aliis pluribus egregiis incubrationibus rem locupletaturus ecclesiasticam, discessit ex hac vita a. 1716. mense Ianuario. De aliis Irenaei editionibus dixi lib. V. c. 1. p. 67. seq. [vol. VII. p. 77. sqq. et de Massueti edit. pag. 80. sq. nou. edit.].

**CXXI. HIPPOLYTI**, qui Irenaeum modo memoratum habuit magistrum, βιβλιδάριον, σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ' libellus complexus digestum aduersus haereseis XXXII. a Dositheanis vsque ad Noëtum siue Noërianos. Hoc opus interdidit solo capite posteriori *contra Noëtum* excepto, quod graece et latine vulgari in tomo posteriore operum Hippolyti, Hamburg. 1718. fol. Professus fuit Hippolytus hoc opusculo, se in compendium misisse, quae ex ore Irenaei aduersus haereseis disputantis acceperat: ταύτας δὲ Φησι (αἱρέσεις) ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι ὁμιλῆντος. Εἰρηναίου, ὃν σύνοψιν ὁ Ἱππόλυτος ποιήσας τότε τὸ βιβλίον Φησι συντεταχέναι. De alijs Hippolyti scriptis dixi lib. V. cap. 1. pag. 203. [p. 183. sqq. vol. VII. n. ed.] et in iam memorata editione illius operum. Apud Photium autem, nisi ipse male intellexerit verba Eusebii VI. 23. hist. ante verba: λέγεται δὲ καὶ ἕτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Νεργένος, necesse est, quaedam excidisse de Ambrosio Alexandrino, cui conueniunt illa omnia, quae deinceps sequuntur, et quod notarios septem Origeni aluerit et eius fuerit ἐργασίωκτης, et plura ipse in litteras misisset, quae tamen omnia pridem interciderunt. Vidé, si placet, quae notauimus ad Hieronymum de Script. eccl. cap. 61.

**CXXII. CXXIII. CXXIV. EPIPHANII** τὰ πανάρια, ἐν ταύχῳ μὲν τρισὶ, τέμοις δὲ ἑπτὰ, panaria contra haereseis LXXX, in tribus voluminibus, libris septem. Eiusdem Ἀγκυρωτός, *Ancoratus*, siue *ancora fidei*, ") velus synopsis [P] operis superioris, sed prius scripta, et catholicae Christianorum doctrinae epitomen e sacris litteris collectam exhibens: et opus tertium cuius titulus excidit, qui si non alius est a libro de mensuris et ponderibus, vt Hoeschelio videtur, nihil Epiphanii Photio lectum est, quod hodie non habeamus. De illis scriptis eorumque editionibus dixi volum. VII. lib. V. cap. 11. [cap. 7. vol. VIII. p. 255. sqq. n. edit.]

**CXXV. IVSTINI** martyris scripta varia, 1) *Apologia* ad Antoninum Pium eiusque filios et senatum Rom. 2) *Apologia altera* ad Antonini Pii διαδόχου (M. Antoninum et L. Verum,) 3) scriptum tertium aduersus ethnicos, in quo περὶ φύσεως δαιμόνων de natura daemonum Iustinus disputauerat 4) Ἐλέγχος πρὸς Ἑλληνας 5) περὶ Θεῶν μοναρχίας, de vno summo Deo. 6) Κατὰ Ἰσδαίων colloquium cum Tryphone:) 7) contra dogmata quaedam Aristotelis κατὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, ἧτοι κατὰ ἑδῶς καὶ ὕλης φερήσεως ἐπιχειρηματικοὶ καὶ βίαιοι καὶ χειρώδεις λόγοι, καὶ κατὰ τὴν πέμπτην σώματος, ὁμοίως καὶ κατὰ τῆς αἰδίου κινήσεως καὶ ἀριστοτέλης δεινότητι λογισμῶν ἐναπέτεκεν.

cc) Epiphanius ipse haeresi LXIX. 27. γράφει: ὡς περὶ τὴν ἀγίαν πατρίδα πίστεν. Idem LXXIV. 1. φέρει περὶ πίστεως, ἢ λόγῳ ἐπεθῆκεν δὲ ὄνομα ἀγκύρας. τὰ ἡδὲ καὶ νοσημένα ἐν τῷ μεγάλῳ λόγῳ τῷ περὶ πίστεως, καὶ γὰρ ἐκ πάσης γραφῆς συναχόντας ἀγκύραν. τῶν γε φέρει αἰς τὰ μέρη Παμφυλίων. .l.

κεν. 83) Solutiones succinctae ethnicorum quorundam dubiorum, ἀποριῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαίαις ἐπιλύσεις. Haec scripta Iustini omnia adhuc exstant, saepiusque lucens viderunt, nisi quod tertium non pervenit ad nos integrum, utpote in quo illa de daemone disputatio desideratur. Cetera deperdita Iustini scripta, quas Photius memorat, sunt 9) ὁ ψάλτης, 10) λόγοι κατὰ Μαρκίωνος, et 11) ἡ κατὰ πᾶσιν αἰρέσεων πραγματεία. De singulis, tam editis, quam illis, quae interierunt, dixi lib. V. cap. I. pag. 53. seq. [vol. VII. p. 54. sqq. n. ed. et pag. 57. sq. de ed. Thirlby.] Hodie novam praestantissimi doctoris scriptorum ἐκδοσιν parant Parisiis Prudentius Maranus Benedictinus, et Cantabrigiae Styannus Thirlby. Vidi etiam paratos ad praelum eruditos commentarios quibus Iustinum illustravit egregie, quum Oxonii versaretur, Ἰωάννην Adolphum Hofmannum, Germanum Ploemensis, quibus inter alia ex Hebraeorum scriptis ostendit Iustinum dialogo cum Tryphone κυρίας Iudaeorum δόξας illi opponendo, Iudaeum oppugnare.

CXXVI. CLEMENTIS Romani epistolae duae ad Corinthios, et eodem volumine, POLYCARPI epistola ad Philipenses, quas vniuersas hodie, licet alicubi mantas habemus, ut dixi lib. IV. c. V. §. 14. [vol. IV. p. 828. sqq. n. ed.] et lib. V. cap. I. pag. 48. seq. [vol. VII. p. 50. sq. ed. nou.] Clementis epistolarum mentionem fecerat Photius etiam [P] cod. CXIII. et posteriorem tamquam spuriam reiecti monuerat. De Photii iudicio de ep. II. v. PP. apostol. Cotelier. tom. II. part. 2. p. 381. Nouissime Polycarpi epistola cum Ignatii septem epistolis, quas collectas suaeque subiectas ad Philipenses <sup>ad</sup>) olim misit, graece et latine emendate vulgata est Oxonii 1708. 8. a. C. Aldrichio, Ignatianis nouo accuratissimo studio eruditissimi viri Antonii Mariae Saluini in illustris H. Neutoni gratiam ad codicem medicum recensitis. Photius tamen Ignatii epistolas in eodem cum Polycarpiano volumine neutiquam reperit.

CXXVII. EVSEBII Pamphili ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλεῖα ἐγκωμιαστικὴ τετραβιβλος, libri IV. de Constantini magni laudibus, editi saepius ad calcem historiae ecclesiasticae, ut dixi volum. VI. p. 100. [vol. VII. p. 402. sq. n. ed.] Photius Eusebio, vestit vitio, quod de haeresi Arii, eiusque oppugnationibus Eustathio Antiocheno et Athanasio, Alex. et de decreto synodi Nicaenae, atque aliis episcoporum super dogmate contentioneibus rem omnem silentio inuoluerit, vel leuiter transierit, perinde ac si in imperatoris vita atque encomio necesse sit ista omnia legi.

CXXVIII. LVCIANI ὑπὲρ Φαλαρίδου, pro Phalaride, et νεκροὶ καὶ ἐταίροι διάλογοι διάφοροι, dialogi mortuorum, meretricisque et alia varii argumenti scripta, ἕτεροι διαφύρων ὑποθέσεων λόγοι. Haec omnia hodie manibus studiosorum teruntur, ut dixi lib. IV. cap. 16. [c. 18. vol. V. p. 325. sqq. ed. nou. vbi quoque pag. 326. not. g. ea reposui, quae Fabric. olim hoc loco scripserat. Harl.]

Xxxx 2

CXXIX;

ad) Photius e Polycarpo: λόγος δὲ καὶ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ (ταῖς Φιλαπησίαις) Ἰγνατίου τοῦ Θεοφίλου ἀποστόλου, καὶ αὐτῶν ἀντιδιαχρήσας αὐτῶν ἢ τι περὶ ἐκείνου διακρίσας,

[P] CXXIX. *Lucii Patrensis* (\*) *μεταμορφώσεως λόγοι* pridem deperditi, e quibus *Lucianus* *Lucium* *sunna*, sine obsceniam in alinum metamorphosin expressit, ut ipse non diffitetur tom. II. edit. Amst. p. 115. ubi ita auctorem scripti illius, quem sequutus ipse est, protulit: *Πατήρ μὲν ἐπὶ μοι Λαῖος. τῷ δὲ ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Γάιος. ἄμφω δὲ τὰ λογιστὰ ὄντοματὰ κενὰ ἔχομεν. Καὶ γὰρ μὲν ἱσοῦν καὶ ἄλλων εἰμι συγγραφεὺς· ὁ δὲ, ποιητὴς ἔδειγμαι ἐπὶ καὶ μάντις ἀγαθός. Πατρίς δὲ ἡμῶν Πάτρας τῆς Ἀχαΐας.* Vide et p. 86. Frequens quoque *Lucii* nomen in *Milesiis* *Apuleii*, quae et ipsae ex eo expressae, et fortasse *Lucii* praenomen inde *Apuleio* inditum. *Lucii* illius iocos quosdam et false ad *Herodem Atticum* atque *Antoninum imp.* dicta refert *Philostratus* in *Herodis Attici* vita lib. II. de *sophist.* c. 1. n. 9. Idem fortasse *Lucius Aristidae* rhetoris amicus, cuius meminit in orationibus *saceris* tom. I. p. 641. 642. *Lucii* huius et *Luciani* iterum mentio inter scriptores eroticos apud *Photium* cod. CLXVI.

CXXX. *Damascii*, (ethnici philosophi, quem patria *Damascenum* vocat cod. CLXXXI. et regnante in Italia *Theodorico* scripsisse, docet cod. CCXLII. p. 553.) *libri IV.* quorum 1) *περὶ παραδόξων ποιημάτων*, de admirandis operibus capita CCCLIII. 2) *παραδόξων δαιμονίων διηγημάτων*, admirandarum narrationum de daemionibus capita LII. 3) *περὶ τῶν μετὰ θάνατον ἐπιφανομένων ψυχῶν*, *παραδόξων διηγημάτων*, de animarum apparitionibus post obitum, admirandarum narrationum capita CV. *Libri* quarti titulus in *Photio* non exstat, quemadmodum totum *Damascii* opus iam diu petiit, quod si exstaret, non leue fortasse credulitatis superstitionisque ethnicae documentum haberemus. Alios *παραδόξων* scriptores vide, si placet, supra lib. I. cap. 22. §. 4. lib. III. c. 6. §. 21. b. et cap. 27. §. 8. et lib. IV. cap. 13. §. 2. [vet. ed.] et apud *Iosium* lib. II. de scriptoribus hist. philosoph. c. 12. *Fabr.* Vid. supra, in vol. III. p. 483. sqq. ubi in epimetro plura scripsi: add. not. ad vol. IX. p. 683. *Harl.*

CXXXI. *Amyntiani* eis *Ἀλέξανδρον*, de rebus *Alexandri M.* ad *Marcum Antoninum imp.* Eiusdem *βίοι παραλληλοι*, vitae parallelae, *Dionysii* tyranni et *Domitiani imp.* libris duobus: *Philippi* *Macedonis* et *Augusti imp.* item libris II. et liber de *Olympiade* *Alexandri M.* matre. Haec scripta omnia *Amyntiani*, de quibus admodum sinistre *Photius*, intercederunt. *Fabr.* Conf. cel. *St. Croix* in: *Examen critiq. des Historiens d'Alexandre* p. 57. seq. edit. II. *Harl.*

CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. CXXXV. *Palladii*, *Aphthonii*, *Eusebii* et *Maximi* *sophistarum* *μελέται διάφοροι*, variae declamationes, inter [P] quos *Palladio* palmam eloquentiae *Photius* tribuit. *Maximum* eundem esse, non dubito, magistrum imp. *Juliani*, *sophistam* *Byz.* cuius \*) *περὶ αἰμάτων ἀντιθέσεων* *Suidae* memoratum scriptum breve edidit *Cassiodorus*

\*) Vide supra vol. IV. p. 499. [vol. V. p. 339. n. ed.] et volum. VI. p. 323. [vol. VIII. p. 159. ed. nou.]

\*) Antequam illud vidissem, astrologici argumini esse male suspicabar, quale est poema *Maxi-*

mi *περὶ καταιχῶν* eidem *Suidae* memoratum, quod edidi vol. VIII. p. 415. [vol. IX. p. 324. sqq. n. edit.] Itaque emendandum, quod scripsi VIII. p. 769. [vol. IX. p. 678. n. ed. monitus a la Croze in *Theol. epistol. Lactoz.* III. p. 125. *Harl.*]

notus Stephanus graece ad calcem Dionysii Halicarnassei epistolae ad Pompeium, Parisi 1554. 8. quod donatum mihi ab eruditissimo viro M. V. la Crose, non dubito infra cap. 39. cum mea versione tecum communicare. Eusebium suspicor rhetorem illum Alexandrinum, de quo Eunapius: Palladium vero Methonaeum sophistam Constantini imper. clarum aetate, cuius διαλέξεις et λόγος varios Suidas laudat. De Aphthonio Antiocheno cuius progymnasmata sunt in omnium manibus; dixi lib. IV. c. 31. [c. 33. vol. VI, p. 94. sqq. n. edit.]

CXXXVI. CYRILLI Alex. οἱ Θεσσαυροί, thesauri de SS. trinitate contra Arium et Eunomium. Exstant tomo quinto eius operum, distributi in λόγος triginta quinque, ut notati vol. VIII. p. 562. seq. [vol. IX. p. 461. seq. ed. nou.] Apud Photium nulla numeri aut distinctionis in λόγος mentio, qui opus hoc επιχρηματικὸν βιβλίον appellat.

CXXXVII. EVNOMII haeretici βιβλιδάριον, quod Basilus magnus aegre tandem nactus, libris V. aduersus Eunomium scriptis confutauit. Hoc Eunomii scriptum primus graece et latine edidi vol. VIII. p. 262-305. [vol. IX. p. 211. vbi vero causam, cur in hac nou. ed. excluderem, significavi], quemadmodum minorem illius ἐκθεσιν (a Valesio iam et Baluzio publicatam) p. 253-260. [vol. IX. p. 212. seq. vbi vero eam omisi.] Haec posterior, quam Eunomius libris tribus aduersus Basilium (de quibus mox) inferuerat, refellitur a Greg. Nysseno in libris, de quibus dixi VIII. p. 151. et 160. [vol. IX. pag. 110. et 121. nou. ed.] quemadmodum de Basilii libris p. 78. seq. [p. 35. sqq. n. ed.]

CXXXVIII. Eunomii eiusdem libri III. aduersus Basilium, qui hodie non exstant: sicut quae Eunomio opposuere Theodorus (Mopsuestenus) et Sophronius (Hierosol.) Photio memorati tum hoc loco, tum supra cod. IV. et V. Exstat vero Gregorii Nysseni opus aduersus Eunomium, (de quo cod. VI.)

CXXXIX. Athanasii magni in ecclesiastem et cantica canticorum commentarii, qui hodie desiderantur, sed supersunt eius epistolae et apologia de fuga, (confer cod. XXXII.) quibus nihil elegantius inter Athanasii scripta se vidisse Photius testatur: αἱ μὲντοι τὴν χάριν καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐπιστολῶν, αἱς τὴν ἀπολογίαν αὐτῶ τῆς φυγῆς καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐργάζεται, ἄλλο τι, ὅσα ἐμὲ τῶν αὐτῶ εἰδέναι, εὐδὲν ἀναφέρειται.

[P] CXL. Eiusdem ATHANASII libri quinque aduersus Arium, ἡ κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν αὐτῶ δογμάτων πεντάβιβλος, exstant tom. I. operum Athanasii edit. nou. eruditiss. Montfauconi p. 405. seq. aduersus Arianos libri quatuor, nam quinti loco Photius habuit epistolam contra Arianos encyclicam ad episcopos Aegypti et Libyae, quae occurrit in eodem tom. I. p. 270. Vide, si placet, quae a me notata sunt lib. V. cap. 2. [vol. VIII. pag. 186. nr. 15. nou. ed.] Photius notat, Basilium et Gregorium Nazianzenum ex Athanasio velut ex vberissimo fonte deriuasse partem argumentorum, quibus illorum scripta aduersus Arium exvndant. Litteris contra Apollinar. χάριν καὶ κάλλος praeter cetera Athanasii scripta tribuit.

CXLI. CXLII. CXLIII. et CXLIV. BASILII magni in Hexaëmeron; 2) ἡθικοὶ λόγοι siue homiliae de moribus; 3) epistolae tum canonicae, tum aliae plurimae ad diuersos, ΧΑΛΚΑ 3 ΤΟ

τὸ ἄλλο πλῆθος αἰς διαφόροις ἐπέτελεν; et 4) *aestetica*. Haec omnia Basilii scripta aetatem tulere, saepius edita, ut dixi vol. VIII. lib. V. cap. 19. [vol. IX. c. 14. p. 12. seq. n. ed.]

CXLV. *Helladii Alexandrini*, Theodosio iuniore imperitante clari, cuius iterum cod. CLVIII. atque apud Suidam mentio, (diuersi ab Helladio Besantinao, de quo infra, cod. CCLXXIX.) *Lexicon* vocabulorum phrasiumque graecarum, (non poeticarum, ut *Diogeniani*, sed quarum in prosa maxime vltus,) copiosissimum et πολυσχωτάτον, septem τρύχων siue voluminibus. Quae ille habet de verbis κέπτειν et ψοφεῖν, ad illa lege Suidam tom. II. p. 348.

CXLVI. *Anonymi Lexicon καθαρῶς ἰδέας*, puri ac tersi sermonis, itidem copiosum ac prolixum.

CXLVII. *Anonymi Lexicon σεμνῆς ἰδέας*, filii grauis ac ponderosi.

CXLVIII. *Anonymi Lexicon ἰδίας λόγῳ πολιτικῷ*, orationis proprie ciuilis.

CXLIX. *Pollionis Lexicon*, in quo multae fuere voces poeticae, non tanta copia tamen, quam in *Lexico Diogeniani*, de quo cod. CXLV. Pollio ille videtur idem cum *Valerio Pollione* Alexandrino, quem Suidas in Πωλίων ait tempore Adriani imper. vixisse ac scripsisse *Lexicon* vocum Atticarum, quod et ipsum periit, συναγωγὴν Ἀττικῶν λέξεων κατὰ σοφιστῶν.

CL. *Juliani*, (Cappadocis sophistae, de quo Suid. et Eunapius,) *Philostrati Tyrii*, (cuius opus de vita Apollonii Tyanensis memorat Photius cod. XLIV. et CCXLI.) et *Diodori*, (cui Valerius Pollio pater, Suida teste,) *Lexica in decem Atticos rhetores*. Ex hisce nouem Lexicis Photio haecenus memoratis, ne vnum quidem ad nos peruenit.

CLL. *TIMAEI* (sophistae) πρὸς Γεντίανόν, ad *Gentianum* (MS. Γαϊατιανὸν Γαϊατιανὸν) *libellus de vocibus apud Platonem, περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνα λέξεων*. [Plura leges supra in vol. VI. p. 243. not. ff. Harl.]

[P] CLII. *Aelii Dionysii* Halicarnassei, (qui temporibus Hadriani vixit,) *de vocibus Atticis* ad Scymnum, *libri quinque*. Duas huius operis editiones Photius euoluit, quarum neutra hodie exstat. De Dionysio hoc dixi vol. VII. pag. 57. seq. [vol. VI. pag. 364. nou. ed.]

CLIII. *Pausaniae Lexicon Atticum*, Dionysio in quibusdam etiam copiosius. Hunc Pausaniam, cuius *Lexicon ἡρωικόν* citatur ab Eustathio, et ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγή a scholiaste Thucydidis, Kusterus.™ diuersum putat a Pausania Caesarensi, de cuius descriptione Graeciae dixi lib. IV. cap. 15. [cap. 17. vol. V. p. 308. nou. ed.], sed rationem non addit, neque ego fateor, me videre.

CLIV.

SS) Ad Suidam in Πόντι.

CLIV. et CLV. *Boëthii* (illius, ni fallor, ad quem de anima scripsit Porphyrius,) λέξων πλατωνικῶν συναγωγῇ ad Melantam, *Lexicon Platonicum*, Timaei illo, de quo supra cod. CLI. longe praestantius, et eiusdem *Boëthii* alius liber περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορεμένων λέξεων, de obscuris apud Platonem vocibus ad Athenagoram.

CLVI. *Dorothei* περὶ τῶν ξένων εἰρημένων λέξεων, *Lexicon vocum novarum et peregrinarum*. Ex quinque Scriptis hactenus commemoratis nullum hodie exstat: neque habeo iam, quae de Lexicis graecis deperditis addam ad ea, quae differui lib. IV. c. 34. seq. [cap. 39. vol. VI. p. 353. sqq. et pag. 365. de *Dorotheo*, nov. edit.] Ceterum Dorotheum hunc, nihil vetat, esse Ascalonitam illum grammaticum, cuius meminit Stephanus Byz. in Ἀσκαλῶν, et Etymologicum magnum in Ἀμφιγυῶν.

[P] CLVII. *MOERIDIS Ἀττικιστῆς*, libellus de vocibus Atticis. [Quoniam de Moeride eiusque libello plura adnotavi supra ad vol. VI. p. 171. sqq. ea, quae Fabricio olim h. loco scripserat, exulare iussi. *Harl.*]

[P] CLVIII. *Phrynichi Arrhabii σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγοι λε'*, *adparatus sophisticus*, siue rhetoricus vocum formularumque elegantium ac selectarum libris XXXV. quod totum opus ordine literarum digestum Commodo imp. at singulos libros amicis singulis inscripserat. *Fabr.* Reliqua, quae ille olim h. l. scripserat, in nova hac edit. deleui, quoniam ea iam reddidi et auxi supra p. vol. VI. p. 175. sqq. *Harl.*

[P] CLIX. *ISOCRATIS Orationes XXI. et epistolae IX.* quae hodie omnes exstant, nam et ἡ πρὸς Εὐθύμῳ ὑπὲρ Νίκης est oratio, quae inter editas ἀμάετους inscribitur. De orationibus Isocratis dixi lib. II. c. 26. §. V. [vol. II. pag. 776. sqq. n. ed.], et de epistolis lib. II. cap. 10. §. 7. [ibid. p. 791.]

CLX. *CHORICII* sophistae *Gazaëi* Christiani μελέται καὶ συντάξεις λόγων διαφόροι, e quibus vol. VIII. p. 84. seq. <sup>ab</sup> vulgavi memoratum nominatim Photio ἐπιτάφιον in Procopium, *Gazaëum* Choricii magistrum, nec non orationem in Σέμμον στρατηλάτην, cetera illius vel interciderunt, vel adhuc latent in bibliothecis manu exarata: fuere autem varii generis multaque, πλασματικοὶ λόγοι siue declamationes, tum panegyrici, μονωδία siue orationes funebres et epithalamii [P] et ἀντιθέσεις siue controuersiae, aliaeque. Testatur Photius, Choricium floruisse Iustiniani aetate, discipulum Procopii *Gazaëi*, ac postea sophistae alterius in eadem vrbe, cui etiam seni defunctio in officio publici doctoris successit. De

hh) Vol. IX. p. 760. sqq. n. ed. vbi equidem duas illas orat. omisi; at alia supplui. — In cod. Veneto D. Marci, qui continet *Macarii-Chryscephali* Ῥωδιῶν, reperitur hoc Photii caput ita inscriptum — Φωτίῳ ἐπιστολὴ πρὸς Γεώργιον Ματρίπολιν Νικομήδιος περὶ τῆς Χορική. sed cum quadam lectionis varietate. Eodem prorsus modo in-

scripta est haec epistola in cod. *Matrit.* CI. qui continet *Choricis* XIX. declamatt. Plura de illa fraude librariorum, qui falsos libris titulos adfingere haud dubitabant, et de codd. Veneto ac *Matrit.* dabit *Villoison* in *Anecdot. graecis*, tom. II. p. 16. sqq. et de *Matrit.* *Iriarte* in cat. graec. codd. *Matrit.* p. 401. *Harl.*



De hoc altero potius Choricii magistro, quam de Procopio \*) videntur accipienda, quae apud Photium sequuntur: *τάτοι λόγοι πολλοὶ καὶ παντοδαποὶ φέρονται ἄξιον ἔχειν καὶ μνήσεως χρεῖμα* et quod ait, oratoriam ipsius facultatem potissimum eluxisse ex opere, quod hodie nusquam exstat, et in quo sophista ille versus, quos voluit, Homericos in prosum resolutos varia eloquutus est metaphrasi, et multiplici orationis colore, ac charactere expressit. Procopium, Choricii magistrum, a Procopio Caesariensi historico, (de quo cod. LXIII.) distinguens Photius merita facit laude, et commentarios illius in sacras litteras notos sibi fuisse haud obscure innuit his verbis: *γέγονε δὲ μαθητὴς Προκοπίου ῥήτορος ἐνὸς τῶν ἀρίστων (ὁ τῷ Καισαρείῳ δὲ) ἐς αἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκείνου καιρὸν τὰς γραφὰς συντάξας ἀείμνησον αὐτῷ κλέος τῶν σπουδαιοτέρων καταλέλοιπεν*. Sed de ἐξηγητικαῖς eius σχολαῖς speciatim infra cod. CCVI. Fabr. In cod. Vatic. DCCCCXXVIII. selecta ex Photio, de decem rhetoribus, in quibus de Choricio, et Attici fragm. contra Platonis ideas, in cod. Vatic. DCCCCXXVIII. teste Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 34. A. Harl.

CLXI. Sopatri sophistae ἐκλογαὶ διάφοροι, varia selecta, libris VII. quibus res quamplurimas memorabiles, veras, fabulosas, ex selectis scriptoribus iucunda varietate et copia explicaverat; opus, quod cum non levi eruditae antiquitatis iactura desideramus. Meminit illius etiam Suidas: *Σώπατρος Ἀπαμεύς σοφιστὴς ἢ μάλλον Ἀλεξανδρεὺς ἐπιτομὴς πλείων τινὲς δὲ καὶ τὴν ἐκλογίαν τῶν ἱστορίων τὰς εἶναι φασί*. Hic Sopater Alexandrinus alius a Sopatro Paphio comico eodemque parodo, (quem lib. II. cap. 22. \*) Suidam sequutus male a comico distinxi,) et a Sopatro, cuius epistolam ad Hēmeterium fratrem de magistratu bene gerendo servavit magnam partem Stobaeus sermon. 44. et a Sopatro Apameensi, scriptore libri de providentia, Iamblichi discipulo, quem Constantinus magnus interemit, de quo ad Eunapium; nec non a Sopatro, ad quem Libanii epistolae. Sed fortasse non diuersus ab auctore commentariorum graecorum, quos habemus in *ῥάσεις* Hēmigenis, et ad quem Aeneae Gazaei epistola nona, qui sub saeculi sexti initia scripsit.

[P] Index scriptorum, e quibus Sopater eclogas suas collegit.

Aclū (Dionysii) de Alexandria et rebus Aegyptiacis.

Anonymi θαυμάτων συναγωγή.

Anonymi ἐκλογαὶ de illustribus foeminis, *περὶ τῶν εἰς μέγα δόξης καὶ ὄνομα λαμπρὸν αἰθρῶν γυναικῶν*.

Antimachus poeta.

Apollodori grammatici Atheniensis *περὶ Θεῶν λόγος α', γ', δ', ε', θ', ιβ', ιε', ις', μί, χς, καδ*.

Apollonii

ii) Emendandum igitur, quod scripsi vol. VI. p. 259. [vol. VII. p. 565. n. ed. vbi tamen in nota ss. iam monui, *Villeison*. in anecd. gr. II. p. 46. sq. not. docuisse, Fabricium h. l. male retraxisse suam sententiam; idemque pluribus locis de

Choricio egit. add. cl. *Schneider*. in *Fragm. Pindar*. p. 56. *Harl*.

\*) Vol. II. p. 492. vbi quaedam addidi in hac n. ed. *Harl*.

Apollonii Roici ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν.

IIIY tēh (ἐπιφύλαξι) ἀποδ. 22

Anisophanis grammatici περί ζωῶν βιβλίον α'. β'.

Aristotelis πολιτεία Ἀχαιῶν, Θετταλῶν, Κίων, Συκίων, Παρίων.

Eiusdem πολιτικά.

Aristonem ὁμιλῶντα ἐπὶ τῇ ἡλικίᾳ.

Artemonis Magnēsis sive Magnēlii τῶν κατ' ἀρετὴν γυναικὶ πεπραγμένων ἀγαθῶν.

Athenaei Naucratis δεκανεσφισαί.

Callixeni τῶν βωγράφων τε καὶ ἀνδρῶν τοῖν ἀνωγράφων.

Cephalonis Ἐρατῶ, διαλαμβανέσα κατ' Ἀλεξανδρεῖ.

Demostheni αἰαντικά.

Diogenis cynici ἀποφθέγματα.

Diogenis Laërtii φιλοσόφων βίων βιβλίον α', β', γ' καὶ δ'.

Euorgini παντοδαπῆς ὕλης ἐκ τε τῆς γ' καὶ δ' καὶ καθεστὸς πλὴν αὐτῶν μέγιστα.

Herodotus.

Homerus.

Iubaes (Ἰωβα) περί γραφικῆς λόγος β'. Ἰωβα τῷ βασιλεὺς δευτέρῃς ἱστορίας λόγος.

Plutarchi sive Demetrii et Bruti romani, Cratetis, Daiphanti, Pindari, Nicias, Alcibiadis, Themistoclis, Thesei, Lycurgi, Solonis, Alexandri Philippi, Cimonis, Leonardi, Demosthenis, Periclis, Pelopidae, Phocionis, Aristidae, Epaminondae, Dionis, Ageilai, Agidis, Cleomenis, Eumēnis Cardini, Philopoemenis, Timoleontis, Arati, Pyrrhi Epirotae.

Plutarchi πῶς δὲ τὸν νεὸν ἀνέειν προημάτων, περί φύσεως καὶ πόλεως, ὅπως ἀνὰ πολλὰς πόλεις πᾶσι τὴν φύσιν ἀνὰ εὐφρομένην ἀφθόσσαν, ἔπειθ' ἀκαλῶς ἐχρῶντο ἐκείνης. λέας δὲ φθάραι, ὅπως τὸ ἐπὶ τοῖς βράδυσιν θάραλλον πᾶσι καὶ ἀνιόντο. ἀνιόντων δὲ αἰς τὸ πᾶσι καὶ οὐκ ἐπὶ αὐτοῖς ἀφθόσσαν ἐξέλαμπεν. Περὶ δὲ πᾶσι καὶ λόγοι. Περὶ ἀδελφοχίας. Περὶ ἐμψυχίας. Πῶς ἀνὰ τὴν ἐχθρὴν ὠφέλιον. Περὶ εὐθυμίας. Πολιτικά. Περὶ ἀγαθῶν. Περὶ πλετοῦ. Ὅπως ἀνὰ τὴν σφαιροδοίαν εἰσὶν ἀρετὴν ἐπιδιδόντος. Ὑγιανὰ παρὰ γυμνασίου. Τὰ πρὸς τὴν ἀγαθότητα. Ὅτι βράδυσιν θεοὶ τιμωρῶνται. Ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα. Πῶς ἀνὰ τὴν διακρίνει τὸν κολακῆν τε φύλα. Βασιλεῶν καὶ στρατηγῶν ἀποφθέγματα. Συμποσιακῶν βιβλία η'.

Plutarchi περί ποταμῶν.

Rufi ῥωμαϊκῆς ἱστορίας βιβλία δ'. Eiusdem δραματικῆς ἱστορίας λόγος β', γ', δ', ε'.

Vol. X.

Υγυγ

ὑπὸ

Sapphonis (poëtriae) liber VIII.

Pamphilae, quae filia Soteridae fuit, Σωτηρίδα Παμφίλης ἐπιτομὴν λόγος α' μέχρι ι'.

Theagenis Μακεδονικὰ πάτρια.

CLXII. Eusebii episcopi παραίνεσις siue adhortatio aduersus Andrean monachi in-  
celsi epistolam, cui titulum fecit παραγωγισμὸν, quasi dicas fallam ac peruerfam notionem.  
Et eiusdem Eusebii λόγος δέκα, libri decem aduersus Andrae illius ἀπίστος παρσενεσι oppo-  
sitam. Vtrique vtriusque scripta interciderunt. Andreas, quum aduersus Scuerum (An-  
tioch.) et Iulianum (Halicarnass.) scribere se profiteretur, seuera *Aphthartodocitarum* hae-  
resin volebat stabilire, dictaque patrum in suam sententiam detorquebat, atque propriam pro-  
ferens fidei formulam, ἰδίαν τινὰ τολμηρῶς συνταξάμενος ἐνδεσθὲν πίστεως, catholicos  
*Phthartolatrarum* nomine infamabat, quem cum Aëtio, Eunomio, Apollinatio et Nestorio  
sciendum Eusebins conuincit ex sacris litteris, testimoniisque τῶν λογάδων πάντων, il-  
lustrium doctorum ecclesiae, Athanasii, trium Gregoriorum, thaumaturgi, theologi et  
Nyseni, Basilii Caesarensis, Ioannis Chrysostomi, Cyrilli Alex. Procli CPol. Methodii  
martyris et Quadrati. Eusebiam istum fuisse episcopum Thessalonicensem, patet ex epistola  
Gregorii M. ad eum scripta indict. IV. a. C. 601. quae est lib. XI. epist. 64. (in prioribus  
editionibus lib. IX. epist. 69.) vbi etiam de eodem Andra, quem monachum inclinat ad S.  
Paulum, Romae fuisse testatur. Pro Thessalonicensi episcopum Thessaliae habent quidam  
codices, sed illud alterum praeplacet nouae editionis operum Gregorii auctoribus, quibus  
alii viri docti assentiuntur, vt Guil. Cousin in historia literaria scriptorum eccles. ad a. 601.  
Petrus Halloix de vitis orientaliū scriptorum saeculi V. et II. tom. I. p. 701. [P] et Ballo-  
is German de haereticis codicum ecclesiasticorum corruptoribus p. 341. seq.

CLXIII. Vindanii Anatoli, Berytii, συναγωγή γραμμῶν ἐπιτηδευμάτων, de ope-  
ribus rufficis collectanea libris XII. ex Democrito Africano, Tarantino, Apulcio, Florentino,  
Valente, Laëti, cuius auctoritas aliis praefertur, et Pamphilo, ac Diophanis paradoxis siue  
admirabilibus. Hoc Vindanii Anatoli opus ipsum quidem intercudit; magna tamen eius pars  
inserta legitur viginti libris Geoponicorum, quae habemus, centum amplius post Photium  
annis collecta iussu Constantini Porphyrogeniti, in quibus saepe iam Anatoli, iam Vindanii  
iam Berytii nomine citatur, quibus tribus vnum eundemque scriptorem denotari ex Photio  
iam constat. Vide, si placet, quae de hoc Geoponicon opere notui vol. VI. pag. 500. sqq.  
[vol. VIII. p. 16. seqq. nou. edit.]

CLXIV. GALENI περί αἰσθητῶν de sensibus medicorum, liber Neptius excusus, vt  
dixi lib. IV. c. 17. p. 528. [c. 19. vol. V. p. 398. nou. ed.]

CLXV. HIMERII sophistae μελέται, καὶ ἄλλοι λόγοι ἀνέφοροι, declamationes et  
orationes variae, ex quarum plerisque excerpta dat Photius infra cod. CCXLIII. edita separa-  
tim ab Henr. Stephano graeco a. 1567. 4. De illis vide, vbi lubebit, dicta a me lib. IV. cap.  
30. [c. 32. vol. VI. p. 56. sqq. n. ed.] Viginti declamationes Himerii ante non vulgatas edi-  
turum se promisit Allatius p. 177. Apum vrbanae. Conf. Reinsii VV. LL. p. 455-457.  
Cum

Cum versione et notis *L. H. Maii*, in catal. MSS. gr. Vffenbachian, p. 631-656. editae sunt quaedam *Λαλναι*, et Maius Panathenaicum separatim edidit gr. 1719. 8. cum quibusdam epigrammatis ex Anthol. inedita. *Fabr.* Noster vero Fabric. antea ediderat h. l. in vet. edit. Panathenaicum. At quoniam *Wernsdorf.* in sua Himerii edit. p. 426. sqq. curatius recudendum curavit, in noua h. edit. omittendum duxi. Add. quae scripti ad vol. VI. bibl. gr. cit. p. 61. 62. et in Introd. in hist. L. Gr. II. l. p. 326. sqq. *Harl.*

[P] CLXVI. *Antonii Diogenis τῶν ὑπὲρ Θέλης αἰτίων*, de Diniae ac Dercyllidis Tyrinae amoribus et quae ipsis *υἱστῶν* ultimam *Thulem* oberrantibus se obtulerunt mirarum et incredibilium narrationum ad *Ilidosam* sororem eruditam et *Φιλομαθῆς ἑξορῶν* libri XXXIV. in quibus Photius putat hausisse Lucianum metamorphoses suas, Lucianum narrationes fabulose *ὑποκρίσας* sub veracis historiae titulo edidit, Iamblichum, Achillem Tatium, Heliodorum ac Damascum eroticas suas fabulas. Meminit et *epistolas ad Ραββίαν*, in qua Antonius ille Diogenes, quem *ἡ λῆξις τῶν χρόνων τῷ βασιλεὺς Ἀλεξανδρῶν*, non diu post Alexandri magni tempora") vixisse Photius existimat, ait, se esse *νεώτερον κομῳδίας ποιητικῆς* quod interpretor non veteris comoediae poetam, qualis fuit Aristophanes. [P] sed narratore regni *δραματῆς* siue fabulae gestae ante multa tempora, quoniam subiungit, *οὐκ ἔστιν ἡλικία καὶ ψευδὴ πλάττει, ἀλλ' ὅτι ἔχει περὶ τῶν πλείων μυθολογημάτων ἀντὶ τῶν αἰρημάτων μαρτυρίας, ἐξ ὧν συναθροίσαι:* quod licet incredibilia et falsa videatur fingere, tamen habet de plerisque testimonia vetustiorum scriptorum, ex quibus cum *ἱστορίαι* ista collegerit, et quorum nomina etiam singulis praefixit libris. *Περὶ αὐτοῦ δὲ καὶ ἐκείναι βιβλῆς τὰς ἀνδρίας, οἱ τὰ τοιαῦτα προαπεφύκωντο, ὥς μὴ δοκῶν μαρτυρίας χερσὲν τὰ ἀπίστα.* Hic Antonius Diogenes mentionem facit Sibyllae, quem, ait, artem vaticinandi a *Cactano* accepisse. *Ἀστῶν* idem, qui varia de Pythagora narraverit et *Μελισσαῖο*, nec non de *Ζανιστῆ*, quoniam *Γέλλο* pro Deo coluerint. Adfert et Balagri epistolam ad *Philani* uxorem filiam *ἀντὶ* patri. Huius, ni fallor, Balagri Macedonice historiae librum secundum laudat *Stephanus Byz.* in *Ἀμολβο* et *Ὀλβηλος*.

CLXVII. IOANNIS STOBAEI *ἡτοιγῶν, ἀποφθγγμάτων, ἐπεφρονῶν, ἐκλογῶν, ἀποφθγγμάτων καὶ φαντασιῶν* libri quatuor in duobus τόμοις, siue voluminibus. [v. R.] Υἱοὶ 2.

(26) Ex his est illa de professione in lunam, *ἐν πενήμηντι πρὸς βελῆν ἐπὶ σελήνῃ, αἱ ἐπὶ τῇ γῇ καθυμνῶνται πλεῖστοι ὑβήντες.* Phot. ex Antonio Diogene p. 181.

(27) Non tam vetustum esse disputat *Franciscus Vauassor* p. 148. libri de ludica dictione, cuius obiectis nonnulla reponit *Baetius* in Lexico tom. I. p. 163. Sane quod grauissimum, ait Vauassor, gentem Antoniam tum nondum natam aut factam vocem vel auditam, satis refellunt T. Antonius Mercenda decemuir anno V. C. 303. eiusque filius Q. Antonius Mercenda, qui ambo fuerunt ante Alexan-

drum magnum. De Antonia gente diligentissime *Ioannes Glandorpins* in *Onomastico Romano* p. 65-103. Exstant et *Antonii Sanderi* libri tres de claris Antonijs, editi Louanii 1627. 4. [recusum cum differtat. praeliminari de locis sacris in Germania notis, S. Antonio, germanico idiomate, dem *holigen Tönnings* dicatis, opera *Andreas Ockel*, 1681. Halae, 1714. 4. *Harl.*] quorum primus vitae sanctimonia notos, alter praesules et maximates, tertius litteris et eruditione praestantes Antonios complectitur: sed Antipui nostri Diogenis nec apud Glandorpium nec apud Sanderum mentionem reperi.

*des.* VV. *Lectr.* p. 346. De hoc opere eximio, quod maximam partem vixit exstat, adeo-  
ratus dixi volum. VIII. p. 666. seq. [vol. IX. p. 569. sqq. non. ed.] Alique indicem etiam  
scriptorum, e quibus Stobaeus collectanea sua congeffit, adiunxi. De Stobis, Macedonae  
secundae ciuitate, a qua Stobaeum siue Stobensem viri docti adpellatum notant, confunden-  
dus *Harduinus* ad *Plinii hist.* IV. 10. tom. I. pag. 432. et in multis vrbium illustratis p. 474.  
nec non *Ezech. Spanhemius* de usu numismatum edit. nouae tom. II. p. 601. et *Anton. Pag.*  
ad a. Ch. 397. §. 10.

CLXVII. BASILII, Seleuciensis episcopi, λόγοι siue sermones XV. quos omnes ho-  
die habemus, vt notat vol. VIII. p. 131. [vol. IX. p. 91. sqq. n. edit.] Sed intercidit, quod  
veribus compesum ab eodem Basilio Photius narrat de *Theod.* protoimartyris gestis et *mar-*  
*tyrie*, licet aliqd. press. a Basilio scriptum eiusdem argumenti tendamus, de quo ibid. p. 132  
[pag. 91. seq.]. Incertum etiam et parum verisimile, hunc esse Basilium Seleuciensem, vt Pho-  
tio visum est, quorum lo. Chrysostomus in libris de sacerdotio colloquitur, videlicet in Basilii  
sermonibus vestigia sententiarum Chrysostomi inuenisse. Idem Photius sit testis. At, cui  
libri illi de sacerdotio inscripti sunt, is fuerit potius Basilius Rapiensis in Syria episcopus,  
qui a. C. 381. synodo Cypolitanae interfuit. Vide *Montfaucon* prolegomena tom. I. Chry-  
sost. p. 361. *Socr. Barnabae* et a. C. 381. num. 6.

CLXIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεστωρίων, contra Nestorii blasphe-  
mias libri V. qui exstant, et quorum iam meminit cod. XLIX. [P]. Exstant etiam de quibus  
porro Photius, epistolae Cyrilli ad Nestorium, Valerium, Acacium Melitenensem episcop.  
aliosque, et de hircio emissario ad Acacium episcopum Scythopolitanum: nec non Nestorii  
ad Cyrillum responsio. Praeterea Cyrilli σχολίων περί τῆς ἁγίας τριάδος, τῆς πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ  
σχολίων de unigeniti incarnatione. Vide quae de Cyrilli scriptis dicta sunt vol. VIII. lib. V.  
cap. 27. [cap. 22. vol. IX. pag. 446. sqq. n. edit.]

CLXX. Anonymi opus, (m) quod intercidisse dolendum est, libris XV. quinque  
scriptis, siue voluminibus complexum, ἑσθιωτικῶν ἑθνητικῶν, non Graecorum modo, sed  
Bosianum, Thracum, Aegyptiorum, Babyloniorum, Chaldaeorum et Italorum studi-  
um, quibus christianae doctrinae suffragari videntur. Inter alia auctor, qui CPoli post  
Heraclii tempora scripsit, etiam adtulit nonnulla ἀπὸ τῶν χυμεινικῶν Ζωσιμὸς λόγων, ex  
chemis *Zosimi* Thebani Panopolitae (de quo dixi volum. VI. p. 612. seq. [vol. VIII. p. 71.  
sq. non. ed.] scriptis; (ita enim legendum, non χυμεινικῶν, frigidis libris, vt Schottum)  
Quae autem apud Photium sequuntur, non de *Zosimo* accipi debent, sed de auctore horum  
collectaneorum, qui nominum hebraicorum significationes etiam exposuit, et de apostolis  
tradidit, vbi terrarum quisque euangelium docuisset, et quomodo mortem appetisset.

CLXXI

(m) Ante hunc scriptorem, memoratum Pho-  
tio, Origenes, Clementem Alexandrinum imitatus,  
decem scripserat Stromateis, similiter deperditis,  
in quibus christianorum et philosophorum inter  
se sententias comparauit, et omnia nostrae reli-  
gionis dogmata confirmauit de Platone, Aristote-  
le, Numenio Cornutoque, vt testatur *Hierony-*  
*mus* ep. 84. ad Magnum oratorem.

CLXXI. EVSTRATII presbyteri magnae ecclesiae CPol. (Eutychio patriarchae CPol. quem a. C. 582. pro funere laudavit, <sup>nn)</sup> superstitis,) *liber de vita sanctorum statu*, in quo tria sibi proposuit probanda, 1) contra Plichopannychitarum sententiam, animas sanctorum statim, atque corpore solutae sunt, operari: 2) spectra mortuorum esse animas ipsas, non, divinam virtutem in formam eorum tractam; 3) animabus prodesse preces, sacrificia, oblationes et eleemosynas, pro iis tributas. Hunc librum primus graece, addita versione latina, vulgavit *Leo Allatius* ad calcem libri sui de purgatorio, Rom. 1655. 8. pag. 319-380. qui doctum plane auctorem vocat p. 297. Latine ex versione Allatii recusus est in bibliotheca patrum Lugd. tom. XXVII. p. 364. Nonnulla etiam latine exhibet *Combesius* in bibl. concionatoria, ad diem commemorationis defunctorum. Huius libri capite 23. legitur, quod Photius adfert de Gamalielae Pauli apostoli magistro, Gamalielisque filio Abibo, baptizatis per Ioannem ac Petrum, nec non de baptismo et martyrio Nicodemi, quem Gamalielis *ἀνελών* vocat. Non autem haec petiit Eustratius [P] ex Chrysippi <sup>oo)</sup> Hierosol. presb. laudatione in martyrem Theodorum, licet et ex illa quaedam producat c. 22. sed ex Luciani presb. Hierosol. narratione fabulosa de ἀποκαλύψει reliquiarum S. Stephani, <sup>pp)</sup> quae ex versione antiqua Auiti, Gennadio c. 47. de Script. eccles. memorata exstat in tomo septimo operum S. Augustini edit. Benedictin. De aliis *Eustratii* dixi lib. III. cap. 6. §. 29. [cap. 5. vol. III. p. 265. in nota yyyyyy, nou. ed.] Certe fallitur Calimirus Oudinus, qui huic nostro Eustratio CPol. tribuit commentarios in Aristotelem, quum sint Eustratii, metropolitae Nicaeni, clari circa a. C. III7.

*Index scriptorum et sanctorum illustrium, in Eustratii libro de vita sanctorum statu*

*memoratorum.*

*Abbas. cap. 29.*

*Amus, Nitriae monachus. c. 14.*

*Andreas apostolus Sinopem peruenit. c. 20.*

*Athanasius*

*Orat. IV. contra Arianos. c. 14.*

*Yyyy 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

<sup>nn)</sup> Eustratii laudatio in *Eutychium* edita latine apud Surium ad 6. April. Graece vero a MS. Vaticano in actis Sanctorum ad calcem tom. I. April. p. LIX. et latine ex Papebrochii versione p. 550.

<sup>oo)</sup> De hoc *Chrysippo*, qui medio saeculo V. vixit, plura *Allatius* p. 350. seq. praefat. ad Eustratium, ex vita S. Euthymii scripta a Cyrillo Scythopol. et graece ac lat. edita in *Analectis graecis* monachor. Benedictinor. et ex *Metaphrase* interpolatione tom. II. monument. eccl. gr. nr. 40. 66. 78. 87. 103. Inter alia Cyrillus *Xpocypus* b. 77.

*εὐλ. εὐστράτιος ἀντιόχεια καὶ ἡγεμονία ναυλαρε καὶ ἀποδοχῆς ἔξω. Αναστάσις monasterium Hierosolymis. Eustratio Theodori a Chrysippo composita intercedit sed etiam latine eius concionatio in *Evangelio Baptismi* in bibl. *Combesii* concionatoria: et *Homilia in Deiparam*, graece et latine auctoris bibl. patrum Ducasiano, Paris 1624. tom. II. p. 424. et in bibl. patrum Moreliana a. 1644. 1654. tom. XII.*

<sup>pp)</sup> De illa supra p. 144. et ad Gennadium cap. 46. de script. eccles.

Athanasius, Vita magni Antonii. 14. 27

Orat. aduersus idola c. 14.

**Defiliū, Amasene episcopi, martyrium. c. 29.**

Basilus magnus c. 484. Caesarinus Omt. in XL. martyrum. c. 15. de Iuliana martyre id. in  
Plat. CXIV. c. 6. et 13.

Orat. in baptismum, c. 27. ἐν τῷ περὶ συλλαβῶν λόγῳ περὶ τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματῳ c. 19, respicit lib. de Spiritu S. ad Amphilochium c. XXIX.

**Chryllopus Hierosol. de martyrio Theodori. c. 22.**

Cyrillus, Alex. episcopus orat. aduersus eos, qui audent dicere, non esse offerendum pro his  
qui in fide obdormierunt. c. 28.

**Cyillus Hierosol. in quinta mysiagogia catechesi. c. 28.**

**Dionysius arcepagita de caelesti hierarchia. c. 24. Athenarum episcopus et martyr in My-**  
**sterio synexos c. 28. capite de iis, qui sancte obdormierunt. c. 28.**

¶ Elpidiphorus c. 29.

Ephraemus, inter Syros magnus eximiusque doctor, in testamento suo c. 22

**Eusebius Palaeftinus c. 19.**

Eustathius, Antiochiae Syriacae episcopus et confessor *ἡ γὰρ πίσι ψυχῆς* et contra Arianos.  
c. 19.

**Eutychius, episcop. CPol.** ἡ τὰ πάντα ἐμοὶ τιμία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐπιγονοφαι-  
μένῳ περὶ τῶν ἐν τόπῳ κατὰ δεύτερον λόγον ὑσιωδῶς γινομένων λογικῶν καὶ ιερῶν  
venerandum mihi in omnibus sacrumque caput, oratione de iis, qui secundo modo na-  
tura sua sunt in loco, ratione videlicet et mente praeditis, c. 14.

**Eutychius filius Callistrati, Basilio in episcopatu Amaseus successit. c. 20.**

**Gamaliel, Pauli apostoli nutritius. c. 23.**

Gregorius Nyssenus c. 25. 27.

**Vita Gregorii thaumaturgi c. 23.**

Ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν μακαρισμῶν c. 17. Ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐπιγοησαμένῳ πρὸς  
τὰς θεοφύλακτας εἰς τὸ βάπτισμα, ἡ ἀρχὴ· Οἱ τῆς οἰκουμένης ταύτης βα-  
σιλεῖς. *id.* *Dialogo cum sorore Macrina c. 17.*

**Gregorius, theologus, orat. funebri in Basilium. c. 16. in patrem. id. in Caesarium fratrem. id. magnus Gregorius. c. 17. in Hieronem Philobum. c. 24.**

**Vifio Gregorio thaumaturgo facta. c. 13. et 14.**

**Hippolytus in Danielelem prophetam oratione secunda. c. 29.**

# Iohannes

- Iohannes theologus Apocalypsin in Patmo scripta. c. 12.**  
**Iohannes, Hierosol. episcopus. c. 23.**  
**Iohannes, episc. CPol. (Chrysostomus) ὁ θεοφόρος** in Matthaeum. t. 10. in Matthaeum homilia XVIII. c. 6. in cap. XXVIII. c. 28. in Psalmum CXIII. c. 17. in 1. ad Corinthios Homil. 1. c. 28. Orat. in Maccabaeos. c. 17. ad viduam iuniorem, cum ipse exularet. c. 17. in memoriam apostolorum Petri, Iacobi et Iohannis. c. 17. eius os super aurum praelucidum, et cuius sermones velut carbones coruscantes expurgant et illuminant. c. 17. ὁ πάνσοφος διδάσκαλος -- τὸ σῶμα ὑπὲρ τὸ χρυσίον ἐκλάμπων, ἔκρη οἱ λόγοι ὡς ἀνθράκες ἀπαυρόπτεσθαι, πῇ μὲν καθαίροντες, πῇ δὲ φωτίζοντες τὰς ὑποδεχομένους αὐτὲς.  
**Lucianus presbyter. c. 23.** De huius Luciani presbyteri Caphargamalenensis narratione de reliquis protomartyris S. Stephani, Baronio ad a. Chr. 415. probata, consulendus omnino est *Bochartus* tom. II. Opp. p. 1228. sq.  
**Maccabaeorum liber tertius et quartus. c. 19.**  
**Methodius, episcopus et martyr, ad Aglaophontem. c. 19.** Origenem redarguit. id.  
**Nepotianus c. 16.**  
**[T] Nicola, Lyciae episcopi, ecclia. c. 15.**  
**Origenes. c. 19.**  
**Ὁ παροιμιαστής (Solomonis proverbia). c. 2.**  
**Pirathonius archidiaconus. c. 20.**  
**Stephani protomartyris reliquis Luciano presbytero reuocatae c. 23.**  
**Thecla. c. 16.**  
**Theodorus martyr. c. 25.**

**CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. ΙΟ. CHRYSOSTΟΜΙ λόγον, sine potius homiliae L. XL. in Genesin, tribus digestae voluminibus, in Acta homiliae L. Ερμηνεία εἰς τὸν Αἰσάριον, in epistolas Pauli, et αἰσάριον ψαλτῆρα ὑπομνήματα in Psalmos. Exstant vniuersa ista, hodie, nisi quod maior pars in Psalmos desideratur, ex quibus tamen XXXI. adhuc ineditas homiliae ex MSS. codicibus proxime in lucem prolaturum iri speramus ab eruditissimo Montfaucono. Fabr. Atque *Montfauton*. edit. prodit, v. supra vol. VII. pag. 549. sq. in nota aa. et p. 551. sq. Harl.**

**CLXXV. Pamphilae Aegyptiae, quae Nerónis temporibus floruit, συμμικτῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων. miscellaneorum commentariorum historicorum libri VIII. Hoc opus, quod exstare eruditorum intererat, longe pluribus constitit libris; nam vndeccimū laudat *Gellius* XV. 23. et vnde trigessimū XV. 17. immo libros XXXIII. ὑπομνημάτων eius ἱστορικῶν *Suidas* commemorat, a quo praeterea discimus, Epidauriam fuisse, Soteridis grammatici filiam, coniugem vero Socratidis, iidem eruditi viri, ac scripsisse etiam epitomen Ctesiae libris**



libris III. *Ἐπιτομαὶ ἰσοειῶν*, (quasum librum primum laudat Sonater supra apud Photium cod. CLXI.) aliorumque scriptorum quam plurimas: *περὶ ἀμφισβήτησεων* iure de contro-  
versis, *περὶ ἀφροδισίων*, aliaque plurima, quae ad unum omnia intereiderunt. Citatur  
Pamphila a Laërtio pluribus locis. In historicis graecis locum ei dedit Volinus, in morali-  
bus philosophis Menagius.

**CLXXVI. Theopompi**, (qui Philippi?) Macedonis, Alexandri et successorum  
aetate vixit, Chius patriae, secretis rhetorae inter discipulos celebratissimus), *ἱστορικὸν λόγιον*  
*ἱστοριῶν* de rebus Graecorum Barbarorumque libri ex LVIII. tres et quinquaginta, cum  
iam Rhodii aetate non existeret liber sextus, septimus, nonus, viceimus et tricesimus. Fabr.  
Excerpta Photiana ex *Arriano*, *Theopompo*, *Aenesidimo*, *Oxon.* in cod. Henr. Sauib. VI. siue nr.  
653. cat. MSS. Angliae etc. I. part. 1. Quae Fabric. in vet. ed. h. l. multa scripserat de Theo-  
pompo, ea supra in vol. II. cap. 36. p. 801. sqq. post Hecataem inter Aulii discipulos repositi  
et auxi. Add. *Frid. Koch* progr. de Theopompo Chio historico Graeco: quondam celeberr.  
Stettin. 1792. 8. in primis eiusdem prolegomena ad Theopompum Chium. Stettin. 1803. 4.  
eiusque censor in *Ienens. A. L. Z.* a. 1804. nr. 59. p. 395. sqq. et quae ego scripsi in Intro-  
duct. ibi hist. Gr. I. p. 429. seq. atque in Supplementis ad illam, tom. I. p. 220. seq. —  
Ad Theopompi *Θαυμασια* etiam pertinere arbitratur *Koch* in prolegom. fragmentum apud  
*Adrian. V. H.* III. c. 18. praecunte *Servio* ad Virgil. Ecl. VI. (v. *Perizon.* ad locum *Adrian.*)  
sed censor eius in *Ien. L. Z.* cit. p. 398. comparatis locis *Dionysii Halic.* de vet. scriptor. con-  
fura, tom. V. p. 429. et epist. ad Pompeium, tom. VI. p. 787. vbi narrationem Theopom-  
pi tamquam inutilis episodii exemplum adfert, suspicatur, illud fragmentum referendum  
esse ad Theopompi Philippica. Idem censor examinat *Ruhnkenii* iudicium in hist. crit. ora-  
torum graec. p. 87. sqq. vbi is de Theopompo docte differt, et libell. *ἱστορικὸν λόγιον*  
scholiaste Aristoph. ad *Aves* 1354. laudatum, abiudicat Theopompo, ac scribere iubet  
*Θηομ. Θισοφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας*, pluribusque luam ornat coniecturam: (vbi quoque  
*Iac. de Rhoer* ad *Porphyr.* de abstinentia ab esu animal. II. 16. p. 127. quem etiam vide *ibid.*  
c. 21. p. 139.) Sed dubitat censor laudatus, quia locus *Dionysii Halicarn.* vol. VI. p. 784. ed.  
*Reiskii* illi suspicioni minime faueat. In eodem *Dionysii Halic.* vol. I. 785. est locus classi-  
cus, *διὸ καὶ θεοπόμπος* etc. qui ad defendendum faciat Theopompum, quem etiam vindicat  
*Bosius* ad *Corn. Nepot.* XI. 3. 2. in II. edit. *Pfischer.* in qua etiam v. not. nouissim. editoris,  
p. 162. ad *Alcib.* cap. 11. §. 1. cum primis ad *Corn. Nep. Alcib.* c. 11. §. 1. *Sauer.* in *thesor. ed.*  
inal. qui laudat defenditque Theopompum. — Severus de eo iudicat *ed. G. O. O. in Exa-*  
*men crit. des Historiens d'Alexandre* ed. II. p. 13. seq. et 143. add. *ibid.* p. 118. not. 3. p. 143.  
432. et 526. seq. *Harl.*

**CLXXVII. Theodori Antiocheni**, *Mopsuestiae* episcopi, (ὁ Μοψουστίας ἐπίσκοπος, ὁ  
ἀπὸ πρὶν ἐπιστολὴν ἐμάχησεν) *πρὸς τὰς λέγοντας φότες ὅτι ἡμεῖς πταίοντες ἀνθρώποις*,  
*aduersus eos qui aiunt natura non voluntate homines peccare*, libri V. De hoc opere, quod  
fauit Pelagianis, Nestorianisque et Origenis sententiae de finem habituris damnatorum suppli-  
ciis, hodie autem non exstat, quemadmodum et de *Aramo* siue Hieronymo, cuius versio-  
nem  
99) Philippi munificentiam erga Theopompum memorat *Sozomenus* praefat. historiae.

nem nouam bibliorum Theodorus perstringit, vide, quae supra, p. 362. De libris XXVIII. quibus prò Basilio aduersus Eunomium egregie depugnasse Theodorum hic Photius scribit, dixerat iam codice IV. [add. Thef. epist. Lacrozian. tom. III. p. 28. Harl.]

CLXXVIII. DIOSCORIDIS *Pedanii Anazarbentis* περὶ ὕλης, *de materia medica*, βιβλίον ἐπὶ τοῖς λόγοις διηρημένον, opus septem libris digestum, qui etiamnum exstant, et de quibus supra lib. IV. cap. 3. [vol. IV. p. 679. seq. nou. ed.] Ait autem Photius eos, qui post Dioscoridem de simplicibus medicamentis scripsere, ut *Alexandrum* (Trallianum,) *Pan- lum* (Aeginetam,) *Aetium* et *Galenum* aliosque, strenue eius obseruatis esse, vfos et magnam illorum partem scriptis suis inseruisse.

CLXXIX. *Agapii* Manichaei liber, *λογότρια* siue breues sermones XXIII. et alia capita CII. complexus, ad Vraniam eiusdem sectae foeminam et *συμφιλόσοφον*. Ex hoc deperdito haeretici hominis scripto mirum est, quae monstra opinionum Photius recitat. Ceterum in verbis: θεολογεῖ δὲ ὁ δύσητος καὶ τὸν αἶρα, κίονα αὐτὸν καὶ ἀνθρώπον ἐξυμῶν, pro ἀνθρώπον legendum ἔρανόν· nam in compendio scripturae, quod frequens est in libris ananu exaratis, haec duo facile possunt inter se permutari, ut ἀνὼν pro ἐνὼν legatur. Mox καὶ τὰς λεγόμεναις δὲ πρᾶξεσι τῶν δώδεκα Ἀποστόλων καὶ μαρτύρων ἁγίων ὁ μόνος συντίθεται (ita legendum pro ὁ συντίθεται) ἀλλὰ καὶ ἐκεῖθεν ἔχει τὸ φρόνημα ἡρμένον. Ethniscorum etiam, Platonis maxime, testimonio usum hunc Agapium et diuinos illos ac sanctos ecclebrasse testatur Photius, Eunomium vero oppugnare videri, licet longe ipse indigniora de Christo protulerit: μάχεσθαι δὲ δοκεῖ πρὸς τὴν Εὐνομίαν κακοδοξίαν, αὐτὸς, ἐδ' ἐστὶν αἰπεῖς ὅσον ἐκείνη ἀθεώτερον βλασφημῶν. Non dubito, Agapium hunc esse Manetis discipulum, memoratum in formula receptionis Manichaeorum apud *Iac. Tollium* p. 144. insignium itineris italici, et cuius Heptalogum nominat *Petrus Siculus* in historia Manichaeorum pag. 30. De supposititiis Actis XII. apostolorum et maxime Andreae, supra cod. CXIV.

CLXXX. IOANNIS LAVRENTII *Philadelphienfis Lydi*, incertum, an Christiani, qui sub Anastasii, Iustini et Iustiniani temporibus vixit, iam miles, iam iuridici fundus munere et matricularii, libri tres, 1) περὶ [P] διοσημείων, *de prognosticis et tempestatibus*, cuius pars edita a *Iano Rutgerio* graece est in Variis Lect. p. 247 - 260. 2) περὶ μηνῶν, *de mensibus*, et 3) περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν, *de magistratibus civilibus*. Ex his libris fragmenta apud Suidam et Codinum. Et maxima pars adhuc manu exarata in variis bibliothecis. Vide *Lambecii* notas ad Codinum p. 152. 153. 154. 155. 172. 208. *Cangii* glossarium latin. in silentium. *Salmasium* ad Simplicium pag. 255. *Lud. Kusterum* ad Suidam in *Ἰωάννης Φιλαδέλφους* et *Ioannem Boiuinum* ad Nicephorum Gregoram p. 786. Mentio huius Λυδοῦ, Iustiniano imperante clari, apud Theophylactum Simocattam VII. 16. Histor. vbi ad eius διοσημεία respicit. *Fabr.* Plura dedi supra in vol. IV. p. 155. sqq. adde: *Io. Laurent. Philad. Lydi* opuscul. de mensibus, — et fragm. de terrae motu, gr. edidit *Nic. Schow.* Lips. 1794. 8. Harl.

CLXXXI. *Damascii* Damasceni, (de quo cod. CXXX.) εἰς τὸν Ἰσιδώρου τὸ φιλοσόφου βίον, *de vita Isidori philosophi*, liber prolixus in capita LX. diuisus, variaque refertus in-

Vol. X.

L z z z

cunda

cunda de aliis etiam illius aetatis philosophis noticia sed iam pridem deperditus, ex quo vberiora excerpta dabit Photius infra cod. CCXLII. <sup>rr)</sup> Hoc scriptum Damascius, superstitione ethnica imbutus scriptor, et christiana sacra subinde laceffens, dicanit *Theodora*, eruditae foeminae, quam ipse et Isidorus instituerant, filiam Cyrinae et Diogenis, qui patre Eusebio, suo Elariano natus, (isdem, quos celebrat Macrobius,) genus referebat ad Sampfigeramum, Monimumque, a quibus et suam Iamblichus duxerat originem. Damascium in oratoria facultate per triennium instituerat *Theon*, in mathematicis disciplinis *Marinus*, in philosophia Athenis alter cum Marino Procli successor *Zenodotus*, et Alexandriae *Ammonius Hermiae*, Platonem et Ptolemaei astronomica ipsi interpretatus: in dialecticis denique is ipse, cuius vitam describendam suscepit, *Isidorus*. Huius Damascii Diadochi, siue in cathedra philos. Athen. successoris, dubitationes et solutiones *περί ἀρχῶν*, de primis principiis MS. ex legato Holsten. exstant Hamburgi in bibliotheca Ioannea. Eadem una cum eiusdem *Damascii* commentariis in Parmenidem in cod. Bauar. CCXLVIII. Ex opere illo MS. nonnulla adfert *Th. Gale* ad Iamblich. de Theologia Aegyptiorum, *Th. Hyde* de religione vett. Persarum pag. 291. plura autem dedit *I. C. Wulfius* in Anecdotis graec. tom. III. p. 195. sqq. *Fabr.* Conf. supra ad vol. III. p. 483. sqq. et supra, in h. vol. ad cod. Photii CXXX. *Harl.*

CLXXXII. *Eulogii* Alexandrini episcopi, (defuncti a. C. 608.) *κατὰ Ναυάρτη καὶ περὶ οἰκονομίας*, contra Nouatum et de dispensatione <sup>ss)</sup> ecclesiastica (in recipiendis lapsis) libri VI. de quibus breuius cod. CCVIII. et excerpta ex iisdem ampliora, codice CCLXXX. Libro quinto Eulogius disseruit de honorandis reliquiis martyrum, et sexto oppugnauit τὰ περὶ τῆς Ναυαρτιανῆς λεγόμενα ὑπομνήματα καὶ τὴν ψευδεπίγραφον ἀθλητικὴν Ναυάρτη ἐπισκοπὴν, *Nouatianorum commentarios de falso Nouati martyrio*. Et commentarii illi, et libri Eulogii iam pridem intersciderunt.

CLXXXIII. *Eudociae* Augustae, Leontii philosophi filiae, quae imp. Theodosio iniunctori nupsit, *μετάφρασις ὀκτατεύχους*, *Oktateuchi* siue librorum [P] quinque Moysis, Iosuae, Iudicum et Ruth, *metaphrasis carmine graeco heroico*. In metaphrasi Deuteronomii nomen suum ipsa professa fuit hunc in modum:

Δευτερίην καὶ τήνδε Θεῷ Σέμιδος κάμει βίβλον

Εὐδοκίη βασίλισσα Λεοντίας εὐκατέγεια.

*Fabr.* conf. supra, vol. I. p. 553. et 554. not. o. atque notam r. ad vol. VIII. p. 55. *Harl.*

CLXXXIV. Eiusdem *metaphrasis* similis heroica prophetarum *Zacharias* et *Danielis*: nec non *martyrii SS. Iustinae, et Cypriani* <sup>tt)</sup> a magicis artibus et idololatria ad christianam pietate.

<sup>rr)</sup> *Valesius* ad Socratem VII. 15. pollicetur, se hanc vitam Isidori duplo auctiorem editurum esse. *Idem*. V. *Salmas.* pag. 336. ad Plin. vbi de *Ἰβρίδι*, finiae quodam genere agitur a Photio, [et infra ad cod. CCXLII.]

<sup>ss)</sup> Vide D. *Elias Veitii* diss. de variis oeconomiae generibus p. 23. seq.

<sup>tt)</sup> Antiocheni sub Diocletiano passi, cum Theodotisto. Vide citatos supra pag. 69. [in h. vol. p. 215.]

pietatem reuocant; *libris III.* Haec Eudociae scripta omnia hodie desideramus<sup>77)</sup>. De aliis illius itidem deperditis, et de Homerocentonibus, quos habemus, Eudociae huic a nonnullis tributos, quum potius sint Patricii, vel Eudociae iunioris, (saeculo XI.) siue Eudociae, quae Zoes soror et Constantini (imp. Basilii Bulgaroctoni fratris) filia fuit, dixit lib. II. cap. 7. §. 4. [in vol. I. p. 252. sqq.]

CLXXXV. *Dionysii Aegaei* <sup>78)</sup> siue Aegienensis *Didactyca*, βιβλιδάριον διπτυακῶν, *capita centum*, de rebus ad physicam et artem medicam spectantibus, ita tractata, vt binorum vno semper adfirmetur aliquid, quod altero negatur et oppugnatur: v. g. capite *primo* disputauit Dionysius, quod ex vtroque parente semen ad vitalem generationem confertur, *secundo*, quod non ex vtroque: *tertio*, quod a toto corpore semen secernitur, *quarto*, quod non ex toto, atque in ita ceteris. Eiusdem operis, (pridem deperditi,) verbis propemodum iisdem argumenta capitum traduntur infra, codice CCXI. Auctor quis fuerit, aut quando vixerit, quaero, qui me doceat: nec titulum libri satis capio, nisi voluit auctor contraria vbiq. rationibus suis lectorem veluti irretire, atque inde a retibus nomen libro suo indere, licet et iudicium suum subinde interposuerit, *δοκῆς δὲ καὶ δικάζειν ταῖς δόξαις, πλὴν ἂν ἐν ἀπαισίαις ἐμφέρεται πρὸς τὸ πάνοργον* (ita legendum pro *πανόργιον*) καὶ ἀνεύθυνον.

CLXXXVI. *Cononis dimythes*, de rebus mythicis *narrationes quinquaginta* ad Archelaum Philopatorem regem, (Cappadociae constitutum a M. Antonio <sup>79)</sup>), qui contra Augustum Archelaus fauebat.) Harum narrationum argumenta satis perspicue exponit Photius, quae sola exstant: graece et latine etiam vulgata cum Hoeschelii et Schotti notis, inter historiae poeticae scriptores antiquos vna cum Apollodori bibliotheca, [P] Ptolemaeo Hephaestionis F. Parthenio et Antonino Liberali, curante *Thoma Gale*, Paris. 1675. 8. <sup>80)</sup> Etiam *Lezzz 2* Photius

<sup>77)</sup> [Fabric. ad cod. Photii CLXXXIV. *Eudociae* metaphrasim heroicam *Zachariae et Danielis* nec non *martyrii SS. Iustinae et Cypriani* inter scripta Eudociae deperdita numerabat. At *Florentiae* in cod. Laurent. X. plut. 7. exstant nr. 3. *Eudociae metaphrasim prophetiarum Zachariae et Danielis*, ac nr. 5. *historia Cypriani et Iustinae*. v. *Baudini* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 225. sqq. qui primum Photii verba lat. retulit, et, multus de historia illa Cypriani et Iustinae, notauit, maximam libri primi et secundi partem interiisse, tertium vero totum longam abstulisse aetatem, haud exiguum tamen poematis partem libr. I. et II., in cod. Laurent. esse seruata, quam graece cum versione Anton. Sartii lat. breuib. usque notis edidit p. 228-240. *Harl.*]

<sup>78)</sup> In numis reperias *Αἰγύριον*, *Αἰγύριον*, *Αἰγύριον*, *Αἰγύριον*, et *Αἰγύριον* vide Holstenium ad

Stephanum Byz. et Harduinum in numis urbium illustratis.

<sup>79)</sup> Vide *Vissarii* Annales ad a. 3968. tom. II. pag. 449. ex Strabone ac Dione. De narrat. de Cephei regno v. *Salmas.* ad Plin. p. 343. a. 5. conf. *Reines.* vv. Lectt. p. 327. etc. *Harpalus* i. *Λύρα*.

<sup>80)</sup> *Cononis* narrationes, *Ptolemaei* historiae ad variam eruditionem pertinentes, *Parthenii* narrationes amatoriae, gr. cum notis variorum et suis emendat. edidit, ac de eiusdem nominis veteribus scriptoribus praefatus est *Ind. Henr. Teucher.* Lips. 1794. 8. — ed. II. ibid. 1803. 8. — *Cononis* narrationes L. ex Photii bibliotheca edidit et adnotationibus illustravit *Io. Arnold. Kanne*, praefixa est epistola ad Heynium: adiectum *Christi. Gottlob Heynii* spicilegium obserua-

Photius testatur *in αὐτῷ τεύχε*, in eodem volumine cum Cononis narrationibus enoluisse se APOLLODORI grammatici *bibliothecam*, quae etiamnum exstat, et de qua dixi lib. III. cap. 27. [vol. IV. p. 287. sqq.] Epigramma in Apollodori librum, quod legitur apud Photium, ita vertit Benedictus Aegius Spoletinus:

*Sacclorum spiram licet hic cognoscere paucis,  
Si veterem hanc nostram perlegis historiam.  
Maconidae ne volue volumina, neue elegiam,  
Ne sagittam musam, ne melicos numeros,  
Multisonos cyclicum<sup>yy</sup> versus ne quaere, quod in me  
Inuenies quicquid maximus orbis habet.*

CLXXXVII. Nicomachi Geraseni, (pythagorici philosophi,) ἀριθμητικῶν θεολογούμενων, siue theologicarum et metaphysicarum speculationum de numeris libri II. qui intercederunt, perinde ut eius τέχνη ἀριθμητική licet exstet eiusdem Nicomachi ἀριθμητικὴ εἰσαγωγή, Photio itidem memorata. De singulis hisce dixi lib. IV. cap. 22. [c. 27. in vol. V. p. 629. sqq. nou. ed.] Excerptis autem insignibus Photii, quae ex Theologumenis arithmeticis Nicomachi nobis exhibet, illustrandis conferendus praeter Anonymi veteris, (Iamblichi fortasse,) Theologumena arithmeticae, graece edita Paris. 1545. 4. viri doctissimi Ioannis Meursii Denarius Pythagoricus, recusus tomo IX. thesauri Gronouiani.

CLXXXVIII. Alexandri, (Cornelium Alexandrum polyhistorum intelligunt viri docti, qui temporibus Syllae claruit,) θαυμασιῶν συναγωγή, collectanea de mirabilibus et incredibilibus, quae celeberrimorum scriptorum testimoniis firmata digessit. Et in eodem volumine lecti a Photio Protagorae γεωμετρίας τῆς οἰκαμένης libri VI. quorum quinque priores geographicam descriptionem orbis terrarum tunc cogniti continebant, Asiae, Africae et Europae: sextus τῶν κατὰ τὴν οἰκαμένην δοξολογούμενων, (videtur leg. παραδοξολογούμενων) ἱστορίαν, narrationem de rebus per orbem terrarum mirabilibus, apud veteres partim, partim a se ipso obseruatis. Huic operi praefixisse stadiorum ἀναμέτρησιν Protagoram, cognoscimus ex Marciano Heracleota. Postremum autem librum respicit Tzetzes, Protagoram cum Alexandro et aliis mirabilium scriptoribus laudans Chiliad. VII. v. 648. Protagoram illum stoicum fuisse suspicor philosophum, cuius mentionem facit Laertius IX. 56. [v. supra, vol. III. p. 575.] Vtriusque, Alexandri et Protagorae, scripta hodie desideramus, quorum iterum meminuit Photius cod. CLXXXIX.

CLXXXIX.

seruationum in Cononem. Gottingae 1798. 8. — Parthenii Nicaeensis narrationum amatoriarum libellus, emendatus studio Lucae Legrand, prof. litter. gr. Basileensis, in lucem editus curante C. G. Heyne, ibid. eod. an. cum Heynii epistola ad Legrand. Vterque liber etiam iunctim inscriptus est: Cononis narrationes quinquaginta, et

Parthenii narrat. amatoriae, ibid. 1798. 8. Konni opera praecipue versata est in illustrandis, qui enarrantur, mythis. Harl.

yy) Cyclicorum poetarum siue illorum, quibus constabat cyclus epicus, de quibus dixi lib. II. c. 2. §. XXIV. n. 15. [vol. I. p. 578. sqq.]

[P] CLXXXIX. SOTIONIS (qui Tiberii imp.<sup>27</sup> aetate vixit.) *Βιβλιοθήκη τῶν ποταμῶν περὶ ποταμῶν καὶ κερνῶν καὶ λιμνῶν παρὰδόξολογούμενων*, *liber de fluminibus et lacubus mirabilibus*, ex quo excerpta de fontibus et lacubus exstant graece edita ab Henrico Stephano a. 1557. 8. ad calcem nonnullorum opusculorum Aristotelis et Theophrasti, p. 138–143. et a Frid. Sylburgio in praeclara sua Aristotelis editione graeca, Francof. apud Andreae Wecheli haeredes 1587. 4. post Aristotelem de Xenophanis, Zenonis et Gorgias dogmatibus etc. Citat Sotion *Amometum* (Ἀμώμετον), *Aristotelem*, *Aristonem*, peripateticum philosophum, *Ctesiani*, *epigrammata vetera fontibus inscripta*, *Hellinistum*, *Heraclidem Ponticum*, *Herodotum*, *Hieronymum* (Rhodium), *Ifigoni secundum ἀπλῶν*, siue *incredibilem* librum, *Phaethontem* (Φαίθων Φησὶ τὸν ἐν Βοσπόρῳ ποταμὸν ἔσθαι ἔναι ψυχρὸν etc.), *Pytharum* et *Theophrastum*. In eodem volumine, in quo Sotionis lucubratio continebatur, Photius legit etiam NICOLAI Damasceni, qui Augusti vixit aetate, librum Herodi Iudaeorum regi dicatum, in quo *παρὰδόξων ἰδῶν συναγωγή*, *de miris gentium moribus*, ex quo itidem excerpta ampla habemus seruata a Stobaeo in florilegio, et graece ac latine edita etiam aliquoties ad calcem politicorum Aristotelis, cum simili lucubratione Heraclicae Pontici, et cum Nic. Cragii versione ad calcem eius libri de rep. Lacedaemon. 1593. 4. et tomo VI. thesauri Gronouiani p. 3847. et 2831. Quam idem Photius Ἀσσυριακὴν ἱστορίαν obiter commemorat, prolixum opus πολῦτιχον βιβλίον, non diuersa videtur ab Nicolai Damasceni historia catholica siue vniuersali, digesta in libros CXLIV. et pridem deperdita, de qua Athenaeus VI. p. 249. et scriptores laudati à me libro III. cap. II. pag. 306. [cap. 8. vol. III. p. 500. nou. ed. add. ibid. p. 742. et ad vol. IX. p. 684. not. un. Harl.] Nactat autem Photius, in eodem volumine post Sotionis et Nicolai *παρὰδόξα*, euoluisse se *Acestoridae* librum τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, (ita enim legendum, non σκυδικῶν,) *de fabulis, quae per singulas ciuitates feruntur narrationibus*, in quo ait varia legi, quae ante ipsam iam memorati scriptores, Alexander ac Protagoras, Nic. Damascenus, Apollodorus in bibliotheca et Conon tradiderunt. Acestoridae huius, cuius liber perit, mentionem facit etiam Tzetzes Chiliad. VII. v. 649.

CXC. Ptolemai, (Chenni) *Hephaestionis* F. *περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας*, nouae ad variam eruditionem historiae libri VII. ad Tertullam. Ex hoc opere, quod hodie desideramus, bene est, quod ampla excerpta Photius nobis seruauit<sup>a)</sup>; quae graece et latine inter scriptores historiae poëticae cum Hoeschelii et Schotti notis edidit quoque, (supra ad cod. CLXXXVI. laudatus mihi,) *Thomas Galeus* Paris. 1675. 8. Ceterum *Suidas*, [et *Eudocia* in *Ἰωνία* p. 360. Harl.] a quibus opus [P] Photio lectum, inscribitur *περὶ παρὰδόξων ἱστορίας*, etiam alia duo Ptolemai huius scripta commemorant, similiter deperdita utraque: drama historicum, quod inscripserat sphingem, atque *ἀνδρομήρον*<sup>b)</sup> siue poema,

2333 3.

Ho.

xx) Vide *Vossium* de hist. graec. II. 7. ubi etiam de *Sotione* altero antiquiore, scriptore *δοχῶν*.

γράφει, hic memoratis, v. *Spänham.* ad Callimach. p. 2.

a) Locus, qui de pane, pisce, hic exstat, legitur etiam apud *Suidam* II. p. 160. — De ὀμνο-

b) Sic anti-claudianum scripsit Alanus Insulensis, velut acmulum Claudiano poëtae.

Homero æmulum, rhapsodiarum XXIV. Ab eodem Suida [et Eudocia] cognoscimus, Traiani et Hadriani temporibus vixisse.

*Index scriptorum, a Ptolemaeo Hephaestione laudatorum. Numeri libros Ptolemaei denotant.*

- Abas. 5.  
 Aelopus, Delphis interfectus, vitam seceperisse traditur. 6. ab Idmone hero suo θῆτα adpel-  
 latus. 5. Sic ἀλφα dictus Moyses et Hercules: Galerius Crassus (et Eratosthenes)  
 βῆτα: Antenor, Orpyllis foemina et Pythagoras δέλτα, Apollonius astronomus ε  
 ψι-  
 λον, Satyrus, Aristarchi grammatici discipulus, ζῆτα, Cypselimater clauda, ἥτα.  
 Vide, quae notavi lib. III. cap. 18. §. 12. [cap. 20. supra in vol. IV. p. 118. sq. n. ed.]  
 Alemanis κολυμβῶσαι sub capite Titonychi Chalcidenfis post obitum repertae. 5.  
 Alexander Myndius. 2.  
 Alexander magnus, auctor epicedii. 2. versus ab eo prolatus πρωτέα, τῇ, πῆς οἶνον etc. ibid.  
 Antenor, ὁ τὰς Κρητικὰς γράφας ἱστορίας, dictus δέλτα. 5.  
 Antiochus, ἐν δευτέρῳ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν. 5.  
 Antipater Acanthus. 1.  
 Apollonius astronomus, dictus εἰς ψιλόν. 5.  
 Archelaus Cyprius. 4.  
 Aristarchi (grammatici) discipulus, Satyrus, ζῆτα dictus. 5.  
 Aristonicus Tarentinus. 1. 2.  
 Aristoteles. 1.  
 Athenodorus Eretrienfis, ἐν ὀγδῶν ὑπομνημάτων. 5.  
 Baecylides. 7.  
 Botrys Myndius. 1.  
 Calchas vates. 5.  
 Callimachus. 5.  
 Cercidas, Arcadum legislator, tumultu suo inferri iussit lib. I. et II. Iliados. 5.  
 Charinus, ὁ Ἰαμβογράφος. 7. ubi quatuor eius versus.  
 Chironis medici praeceptor Achilles. 6. discipulus Cocytus. 1.  
 [P] Cicero capite truncatus est in lectica, Medeam euoluens Euripidis. 5.  
 Cocytus, Chironis medici discipulus. 1.  
 Cratini Εὐνίδαι repertae sub Alexandri magni puluino. 5.  
 Κρήτες αἰεὶ ψεύσαι, Medae dictum. 5.  
 Crinagorae epigramma. 5.  
 Dares πρὸ Ὅμηρος γράφας τὴν Ἰλιάδα. 1.  
 Demetrius Scepsius. Infra, in Tellide.  
 Demodoci poema Ἰλίσ ἀλωσις, decantatum ab Ulyffe. 7.  
 Diognetus vates, tempore Philippi Macedonis. 3.  
 Diognetus alius Cretenfis. 5.  
 Epicharmus poeta, genus ducens ab Achille, Pelei F. 1.

Eabul

- Eubuli comici εἰς Διόνυσον Κωμῳδία. 5.  
 Euphoriion ἐν ὑακινθῷ. 1.  
 Eupolidis ὑβρισιόδικαι, repertae sub capite defuncti Ephialti. 5.  
 Eupompus Samius, vates. 3.  
 Euripides. Supra, in Cicerone.  
 Helena, Musaei Atheniensis filia; ἡ ἀρχὴ Ὀμήρου τὸν Ἰλίου πτόλεμον συγγράψαμένη πόλεμον. 4.  
 In Herculem hymnus Thebanorum. 3.  
 Herodotus. 5. ἐν πρώτῃ ἱστορίῳν. 1. et 4. exordium libri primi composuisse amicum eius Plesirrhum Thessalum. 3.  
 Hesiodi ἔργα et ἡμέραι semper sub puluino Seleuci Nicanoris. 5.  
 Homerus. 1. 4. 7. ab Helena, Musaei filia, argumentum Iliadis petiit. 4. et a phantasia Memphitide. 5.  
 ὁ ποιητής. 1. 2. 3. 6. 7. Pompeius in praedium iturus primum Iliades librum legit. 5.  
 Vide et supra, in Cercida. Homeri famulus Scindapfus. 6.  
 Περὶ τῶν κατὰ πόλεις τὰς ὑμῶν ποιησάντων differuit Ptolemaeus H. phaeft. lib. III.  
 Hypermenes, ἐν τῷ περὶ Χίμ. 6.  
 Hygi poetae feruus Hercules, viuis combustus, quod in domini necem conspirasset. 3.  
 Lycophron in Alexandra. 6.  
 Matris, Thebanus ὑμνογράφος. 3.  
 Nicostratus comicus. 7.  
 Oraculum ad Artemisiam. 7.  
 [P] Palamedes δολοφονέμενος. 1. Graecorum pro Agamemnone imperator. 5.  
 Παράδοξαι, parodia versus Crinagorae. 5. Oraculi parodia in Homeri versum. 5.  
 Pelius filius Vulcani, medicus. 6.  
 Phantasia Memphitis, Nicarchi F. ante Homerum scripsit Ἰλίου πτόλεμον καὶ περὶ Ὀδυσσεύος διήγησιν. 5. haec scripta a Phanita hierogrammateo Memphitico accepta sequutus Homerus. id.  
 Phemonoës χρησμός. 4.  
 Philostephanus, vates et poeta, veste numquam usus. 3.  
 Plesirrhus. 5. Thessalus ὑμνογράφος, Herodoti amicus et heres. 3.  
 Scindapfus Eretrius, instrumenti musici repertor. 6. alius, Homeri famulus, id.  
 Sophoclis poetae obitus. 1.  
 Stesichorus. 3. 4. carmen de Helena. Id. falsam esse de Stesichori occoecatione narrationem. Id.  
 Tellidis liber inuentus sub capite defuncti Demetrii Scepsii. 5.  
 Theodorus Samothrax citatur. 7.  
 Theophrasti epistolae. 3.

CXCI. BASILII magni Ἀσκητικῶν, *Asceticorum libri duo* una cum ὁρίοις siue regulis LV. et aliis brevioribus CCCXIII. quae omnia exstant in S. Basilii operibus saepius edita, vt dixi supra, vol. VIII. p. 80. seq. [vol. IX. p. 36. seq. nou. edit.] Asceticorum iam fecit mentionem Photius cod. CXLIV.

CXCII.



CXCII. a. MAXIMI monachi et confessoris *ad Thalasium* presbyterum et abbatem γεαφικῶν ἀπορημάτων ξδ', (male excusum εξδ') dubiorum e S. scriptura solutiones LXIV. editae gr. et lat. in tomo prioris operum S. Maximi, p. 1-360. Vide, quae notavi vol. VIII. huius bibl. p. 730. [nou. ed. vol. IX. p. 639.] Meminit iterum Photius cod. CXCIV.

CXCIII. b. EIVSDEM *epistolae XXVII.* quae itidem exstant tomo posteriore operum S. Maximi a Combesio vulgatorum. Epistola illa πῶλύτιχος πρὸς τὴν Φιλύπορον Ἰωάννην obuia est tom. II. p. 259. atque ad Ioannem cubicularium inscribitur. Vide, quae vol. VIII. huius bibl. p. 737. [vol. IX. p. 648. sqq. et catal. codd. gr. Venet. S. Marci pag. 268. Harl.]

CXCIV. EIVSDEM λόγος ἀσκητικός, *liber asceticus*, qui exstat tom. I. Operum S. Maximi p. 367-393. et τέρεακόσια κεφάλαια πρὸς Ἐλπίδιον, *ad Elpidium capita CCCC.* quae similiter occurrunt tom. I. pag. 394-460. et quorum infra etiam mentio cod. CCCIV. [Monachii in cod. Bauar. XXV. in quo plura sunt Maximi opp. v. cel. Harl. in Aretini Beytügen etc. a. 1803. part. 3. p. 34. 36. Pariter multa eius opp. in cod. Bauar. LXXXIII. v. Harl. ibid. a. 1804. part. 5. p. 10. sqq. et ipal. codd. Bauar. v. catal. gr. MSS. Bauar. in ind. voc. Maximus. Harl.]

[P] CXCIV. EIVSDEM MAXIMI *epistola ad Georgium eparchum*, quam habemus tom. II. p. 201. et κεφάλαια capita CC. quae exstant tom. I. pag. 461-511. *Epistola ad Petrum illustrem*, quae legitur tom. II. p. 291. altera *ad Cosmam* diaconum Alex. quae occurrit tom. II. p. 313. tertia *ad Pyrrhum* presbyterum, quae exstat tom. II. p. 343. quarta *ad Thomam* de locis quibusdam difficilibus Gregorii Nazianzeni, quae inter opera S. Maximi quidem non legitur, sed graece ac latine edita est a viro doctissimo Thoma Galta ad calcem librorum Ioannis Scoti Erigenae de diuisione naturae, pag. 46-70. Oxon. 1681. fol. Vide, quae dixi vol. VIII. p. 764. [vol. IX. p. 672. ibique not. nou. edit.] Quinta (*ad eundem Thomam* altera,) cuius Photius facit mentionem, nondum lucem vidit, exstat tamen manu exarata in codice Gudiano, qui iam seruatur in bibl. Guelpherbytana. Vide ibid. pag. 765. [p. 673. nou. ed.]

CXCV. EIVSDEM *ad Marianum*, (et al. *Marinum*), presbyterum (Cypri) *epistola* exstat tom. II. Opp. p. 1-17. Et *dialogus cum Pyrrho*, obuius tom. II. p. 159-195. et de quo dixi vol. VIII. huius bibl. p. 736. [vol. IX. p. 646. seq. nr. 39. nou. ed.]

CXCVI. S. EPHRAIM Syri λόγοι, *sermones XLIX.* quos ex syriaco graece versos legit Photius. Ex his plerique exstant latine ex versione Gerhardi Vossii Tungrensis, pars etiam graece in editione luculenta operum Ephraimi graeca, quae prodiit cura *Eduardi Thwaites*, Oxon. 1709. fol. in qua postremo loco apud Photium memoratus sermo ad monachos Metebinos ducit familiam, et ceteris omnibus praemittitur: hunc deinde excipit, qui apud Photium omnium primus est. Addit ille, longe plura huius Ephraimi συντάγματα ex syro idiomate in graecam linguam conuersa ferri πλήρη χάριτος καὶ δυνάμεως, plena

c) Multo plura edidit *Assmannus* in sua edit. Romae 1719. sqq. fol. Harl.

plena suauitate et vi. Σύρων δὲ πᾶντες φασιν, ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγράψαι, Syri aiunt, ultra mille sermones eum scripsisse, οἷς καὶ ὁ περὶ τὴν ἱστορίαν ἐκ ἀναξίωπιος, εἰ καὶ μὴ τὰ δόγματα Εὐσέβιος ὁ τὸ Παμφίλου ἐπώνυμον Φέρων, ἐπιμαρτύρεται, quibus etiam suffragatur Eusebius Pamphili, vir in historia non indignus fide, licet in doctrina minus probatus. Eusebius de Ephraïmo, utpote longe iunior, meminisse non potuit; itaque Photius memoriae lapsu illi tribuit, quod de multitudine scriptorum Ephraïmi legerat in Sozomeni III. 16. Conf. Cotel. tom. III. Monum. p. 535. Vide supra lib. V. huius bibl. cap. 2. Fabr. In noua hac ed. cap. 6. vol. VIII. vbi p. 320. sqq. multo plura de Ephraïmo adnotata sunt, atque p. 217. not. hh. num Eusebius meminisse potuerit Ephraïmi, et p. 226. sqq. de Ephraïmi sermonibus, etc. Harl.

CXCVII. CASSIANI monachi libri duo ad Castorem, et tertius ad Leontium siue epitome ex Cassiani libris quatuor de institutis coenobiorum ad Castorem et ex libris octo ad eundem Castorem de totidem capitalibus vitiis; nec non ex Cassiani collationibus patrum ad Leontium, epitome graece versa. Ex his <sup>d)</sup> exstat liber primus graece et latine editus inter [P] scripta S. Athanasio supposita tom. III. edit. Montfauconianae p. 366. Tertius MS. in bibl. caesarea. Lambec. IV. p. 166. [p. 373. ed. Kollar.] Epitomes illius auctorem Eucherium Lugdunensem, viri docti suspicantur ex Gennadii c. 63. de script. eccles. Graecus interpres quis fuerit, non constat. Ut vero Photius Cassianum scriberet Romanum patria fuisse, Ῥωμὴν λαχόντα πατρίδα, exinde accidit, quod in codice suo reperit Ἀββᾶ Κοσιάνου τῷ Ῥωμαίῳ, quemadmodum et in caesareis MSS. inuenit Lambecius, qui Cassianum hinc Romanum fuisse disputat lib. IV. p. 166. seq. [p. 373. Koll.] Sed Ῥωμαίων dixerunt pro latino, quoniam Cassianus latine scripsit; alioqui patria Cassiani non magis Roma fuit, quam Scythia, quod ab aliis viris doctis solum ei natale falso tribuitur: nam ex Galliae provincia originem duxisse rectius obseruant Holstenius cap. 3. praefat. ad codicem regularum, Norisius lib. II. hist. Pelag. cap. 1. et Antonius Pagi ad a. C. 404. n. 23. seq.

CXCVIII. ANONYMI ἀνδρῶν ἁγίων βιβλος, vitae sanctorum virorum, anachoretarum et monachorum ab Antonio monacho vsque ad Heraclii imp. tempora et paullo ulterius. De hoc libro, qui totus fere adhuc, non graece quidem, sed latine ex veteri latina versione exstat, et de subiectis eidem olim in Photii codice HESYCHII Hierosol. presbyteri sententiis, graece et latine plus simplici vice editis, dixi supra hoc ipso volumine p. 24. seq. [in hac noua ed. p. 127. seq.] v. Cotel. ad tom. I. Monum. p. 758.

CXCIX. IOANNIS MOSCHI λαμῶν siue νέον παραδείσιον pratum siue, (cuius tituli etiam superiore codice mentionem fecerat Photius,) nouus paradisus, ad Sophronium siue Sophronam discipulum suum, capitibus CCCIV. exstat graece et latine, de quo supra, pag. 22.

d) Vide volum. VII. huius bibl. p. 552. [vol. VIII. pag. 452. sqq. n. ed. vbi iam multa de hoc Photii cod., de Lambecii sententia et reliquis Fabricius disputauit, et ego in not. xx. plura collegi de codd. Harl.]

pag. 22. seq. [pag. 124. seqq. nou. edit.] et de Sophronio pag. 24. [pag. 127. seq. §. XII. nou. edit.]

CC. MARCI monachi *Asceticorum libelli IX.* Ex his octo exstant vna cum *Nicolai* monachi ad Marcum epistola graece editi nitide a Guilielmo Morello, Paris. 1563. 8. vna cum *Hefychii Hierosol.* capitibus (cod. CXCVIII. a Photio memoratis) ἀντιρρητικαῖς καὶ εὐκτικαῖς. Et separatim latine ibid. eodem anno in 8. Ioanne Pico interprete. Librorum in editis alius est ordo, quam apud Phorium, ut notavi vol. VIII. huius bibl. p. 350. [vol. IX. p. 267. seqq. nou. ed.] vbi etiam de aliis editionibus. De libro nono, qui nondum lucem vidit, et MS. fuit apud Thomam Galeum, ita Photius: ὁ δὲ θ', κατὰ Μελχισεδεκτῶν ἀγωνισμενός, ἔδεν ἑλάττον τὸν γεννησάμενον αὐτὸν (scriptorem ipsum libri Marcum, ut pulcre obseruauit *M. V. la Croix*<sup>d</sup>) αἰρέσεως ἐνοχὸν ἢ μετριοτέρως σηλατεύει. Liber nonus decertans aduersus Melchisedecitas, non minus ipsum libri parentem haud leuioris haereseos reum peragit. Citatur *Marcus* ab Isaaco, Niniues episcopo, qui circa a. 570. scripsit. v. *Assmanni* bibl. orient. vol. I. p. 453. — Alius *Marcus*, monachus iunior, cuius librum de processione Spir. Scti memorat *Pachymer*, in *Andronico Palaeologo* II. 4. tom. II. p. 79.

[P] CCI. DIADOCHI, Photices in veteri Epiro siue Illyrico episcopi, *Asceticon capita centum*, quae exstant latine ex *Francisci Turriani* S. I. versione, post editionem Florent. cum S. Nili capitulis 153. de precatione a. 1570. 8. plus simplici vice deinde recusum separatim, ut Antwerp. 1575. tum in patrum bibliothecis, ut in nouissima Lugdunensi tom. V. p. 884. Graece MSta in variis bibliothecis, ut caesarea aliquoties<sup>f</sup>) et eodem *Turriano* curante etiam edita Venet. 1578. 8. vna cum duabus centuriis sententiarum S. NILI, cuius *capita CLIII. de precatione*, Diadocho subiecta legit Photius, testatus praeterea longe plures illius Nili ferri lectu dignas diatribas, et epistolas, πολλά δὲ καὶ ἄλλα αὐτῷ ἀξίολογα ποικίλας ὑποβαλλόμενα εἰς τε τὸν ἐπιστολιμαῖον τρέπον καὶ εἰς τὸν συγγραφικὸν ἀνηγμένα συντάγματα φέρεται. De illis dictum vol. V. [supra in h. vol.] ad Allatii diatribam de Nilis, quemadmodum de *Diadocho* vol. VIII. p. 349. [vol. IX. pag. 265. seqq. vbi conf. not. hh. in nou. edit.] Hunc non certa satis coniectura eundem cum Diadocho volunt viri docti, a quo Victor Vitensis in praefat. histor. de persecutione Vandalica ait eruditum fuisse amicum suum, a tanto pontifice, totoque laudis genere praedicando beato Diadocho, cuius ut astra lucentia exstant quam plurima catholici dogmatis monimenta distortum. Cum Marco, Nilo, et Diadocho Photius confert illisque postponit IOANNIS CARPATHII πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας περὶ τριψαντας μοναχῶν παρακλητικὸν, consolationem ad monachos in India, qui hoc ab eo flagitauerunt,

e) Confer huius epistolam ad Fabricium nostrum in Thesauro epistolico Lacroziano, tom. IV. p. 125. *Marci* et aliorum dicta *Florentias* in cod. Laurent. XI. nr. 2. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. II. p. 447. et in tom. I. passim in aliis collectionibus citatur *Marcus*. v. indic. tom. III. voc. *Marcus monachus. Harl.*

f) *Mōnaci* in cod. LXIII. fin. v. *Hardt* in

*Aretini Beyträge* etc. a. 1804. part. 3. p. 10. *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 28. plut. II. capp. gnostica, s. definitiones X. ibid. in cod. VI. nr. 8. plut. 86. eiusd. et aliorum testimonia de praescientia Dei: idem citatur in collect. capp. asceticorum. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 506. 495. et III. p. 295. *Paris.* in nouem codd. bibl. publicae. *Harl.*

gitauerant, capitibus centum, quam ex codice Augustano latine vertit ediditque *Iacobus Pontanus* S. I. ad calceem disputationis *Philippi solitarii*, Ingolstadi. 1654. 4. Graeca adhuc in bibliothecis MStae delitescunt capita CCXVII. \*) Ex his alia LXXXII. idem Pontanus adiunxit, quae latine iam vulgauerat cum Simeonis presbyteri orationibus XXIII. aliisque aliorum veterum lucubrationibus, ibid. 1603. 4. utraque recusa in bibliothecis patrum, ut nouissima Lugd. tom. XII. p. 535. 542. Hunc *Ioannem Carpathium*, Carpathiorum (in Cycladibus) episcopum facit Pontanus, nescio quo auctore: nam nec in MSS. episcopus vocatur, nec Photius episcopatum eius commemorat: et Meletius calligraphus in iambis, codici Coisliniano praefixis, et ab *Montfaucon* pl. 309. editis, eum vocat *Καρχάδιον ῥήτορα καὶ Θεολόγον*, non episcopum. [sed v. notam antecedent.] A quodam V. D. incerta coniectura refertur ad saeculi XIII. initium.

CCH. HIPPOLYTI episcopi et martyris *ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιὴλ*, *commentarius in Danielem*, ex quo fragmenta dedi tom. I. opp. S. Hippolyti p. 272. seq. et tom. II. p. 32. Theodoretum sua ad Danielem enarratione Hippolyto subinde suffragari notat, cod. CCH. Alter vero *Λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου*, *liber de Christo et antichristo*, quem deinde lectum a se Photius commemorat, peruenit ad nos integer atque [P] inter scripta S. martyris familiam ducit tomo I. De illius opere aduersus haereses, supra, cod. CXXI.

CCIII. BEATI THEODORETI *commentarius in Danielem*, in quo Hippolytum subinde sequitur, caeterum longe illi est, Photio iudice, praefendus. Exstat graecae et latine tomo secundo operum Theodreti, ut dixi supra, volum. VII. pag. 434. [vol. VIII. p. 285. ed. nou.]

Aaa aa 2

CCIV.

g) In Anecdotis litterariis, ex MSSis erutis, vol. II. Romae, p. 17. sqq. ex cod. bibl. Nanianae saec. XV. primum editi sunt incerti graeci poetae iambi in sermones SS. patrum, s. de scriptoribus asceticis, et versu 42. memorantur *ducenta tantum Ioannis Carpathii* capita: idem scriptor vers. 28. (vbi v. not. Amadutii,) laudat *Cassiani*, cassiam spirantis, librum; ac vers. 40. sq. sapientis *Marci* (monachi) practicos sermones atque *Diadochi* gnosticae centuriam. — *Monaci* in cod. XXV. in inscriptione citantur *B. Ioannis Carpathiorum episcopi* (τῆς Καρχαδίας ἐπισκοπῆς) ad monachos in India rogantes (τὰς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προσηλυτῶντας) capita hortatoria LXXVII. v. cel. *Hardt*. in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 3. p. 55. vbi ille V. D. primum adnotat, in titulo quidem dici esse capita LXXVII. in margine vero ultimum notari LXXIX. scriptorem autem quaedam notare oblitum esse, et esse reuera LXXXII. et quidem eadem, quae *Iac. Pontanus* cum Simeonis iun. orat. aliisque opusculis edidit Ingolst.

1603. 4. Tum contra Fabricium h. I. defendit Pontanum, quod non contra MSS. fidem fecerit, quum Io. Carpathius non in Monacensi solum, sed etiam in Caesariensi ac Taurinensi, (CCLIV. in quo sunt centum capitula consolatoria: v. catal. codd. graec. Taur. p. 370. vbi etiam auctor catal. eadem monet contra Fabricium,) *episcopus* audiat. Ita quoque *episcopus* vocatur in cod. *Florent.* Laurent. III. plut. 10. in quo sunt nr. 17. eius consolatoria capita centum, atque nr. 18. eiusdem capita practica CXVII. v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laur. I. p. 472. qui adnotat quoque, partem horum capitum practica. n. a. XLI. ad CXVI. sed initio et inscriptione destituta, exstare etiam in cod. XV. plut. 7. §. 2. vol. I. pag. 252. In cod. vol. pag. 495. citatur in collect. capitulum asceticorum. — *Paris.* in bibl. publ. sunt *Io. Carpathii* capp. theologica et gnostica, secundum cat. codd. vol. II. in sex codd. atque capita consolatoria ad monachos in India degentes in totidem codd. *Harl.*

CCIV. EIVSDEM ἐξηγήσεις εἰς τὴν ὀκτάτευχον, *expositio in Octateuchum*, opus potius inscribendum εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς κατ' ἐκλογὴν, in loca difficilia non modo octateuchi, hoc est librorum Moſis Iſſuae, Iudicum et Ruth, ſed etiam librorum Samuelis, Regum et Paralipomenon. Itaque apud Photium legendum: ἐπιγραφήν δ' ἔλαχε ἡ συμβασις τῷ ἔργῳ, *inscriptionem habet operi ipſi parum congruentem*, pro ἔλαχε συμβαίνει. Exſtat et hoc praeclarum Theodoretī opus graece et latine, tomō eius operum primo, ut dixi volum. VII. p. 432. [vol. VIII. p. 279. ſqq. nou. ed.] Lepidus eſt *Guilelmus Eyſengreinius*, qui in catalogo teſtium veritatis p. 198. fingit B. Theodoretum monachum ſacrae paginae doctorem, qui a. 1543. ſcripſerit volumen de quaſtionibus ſcripturae divinae ambiguis.

CCV. EIVSDEM commentarius in duodecim prophetas, itidem graece et latine editus, tomō operum ſecundo, cum verſione Petri Gyllii, Albiensis.

CCVI. PROCOPII ſophiſtae ἐξηγητικαὶ σχολαί, commentarii expoſitionum εἰς τὴν ὀκτάτευχον τῶν παλαιῶν γραμμάτων, in octateuchum ſcriptorum veteris teſt. nec non in quatuor regum et in duos paralipomenon libros. In his tum alios complures, tum Theodoretum maxime conſuluit et in compendium miſit Procopius, de cuius praeclaris lucubrationibus non repetam, quae dixi volum. VI. p. 259. [vol. VII. p. 563. ſq. ed. nou.] tantum ro- gabo Lipſienſes meos, ut commentarios in pentateuchum ante multos annos accurate deſcriptos e graeco codice Auguſtano, et accuratiore verſione quam eſt edita Conradi Clauseri donatos, notisque illuſtratos a deſideratiſſimo noſtro D. Godfrido Oleario, diutius nobis ne inuideant, illisque addant commentarios in libros regum et paralipomenon, editos pridem lingua utraque a Ioanne Meurfio, nec non ineditas adhuc in Canticum canticorum ſcholas, ex eodem Auguſtano codice ad editionem ab laudato Oleario τῷ μακαρίτῃ paratas. [Specimen edidit I. Chr. Gottl. Erneſti. vid. nota nn. cit. l. p. 565.]

CCVII. EIVSDEM commentarius inſignis in *Eſaiam*, editus graece et latine a Ioanne Curterio, Pariſ. 1680. fol.

[P] CCVIII. Eulogii, archiep. Alexandrini, contra Novatianos libri VI. pridem deperditi, de quibus iam dictum cod. CLXXXII.

CCIX. DIONIS CHRYSOSTOMI diſſertationes octoginta, quae omnes exſtant, licet alio quo Photius eas legiſſet ordine, de quibus dictum lib. IV. cap. 10. [cap. 12. vol. V. p. 123. ſqq. n. edit.] *Federicus Morellus* graecolatinae Dionis editioni Pariſ. 1604. fol. hoc Photii caput cum verſione ſua praefixit. Interpretationem Dionis latinam adornavit Thomas Naogeorgus.

CCX. CAESARII κεφάλαια ἐκκλησιαστικά, capita eccleſiaſtici et theologicī argumenti CCXX. ex quibus editae ſunt graece et latine ab Elia Ehingerō quaſtiones ſive capita LXXVIII. ſed a Frontōne Ducaeo cum Io. Leunclauii verſione, capita CXC. quas duas editiones ſi quis velit inter ſe conferre, en tibi hanc tabellam:

E. 1-

{ E. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.  
 { L. 34. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.  
 { E. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.  
 { E. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133.  
 { E. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78.  
 { L. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140.

Defiderantur itaque in Ehingeriana editione capita Leuclauianae a 35. ad 96. et ab 141. ad 195. Dialogus primus desinit in capite centesimo, secundus in centesimo decimo quarto, tertius in centesimo duodecesimo, et quartus in centesimo nonagesimo quinto. In codice caesareo inscribuntur *Πρώτες προτιθέσαι ὑπὸ Κωνσταντίνου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δομνίου, Ἰσίδωρου, Λεοντίου, ἐπὶ σκερῶν Καίσαρος τῶ ἀδελφῶ τῶ ἁγίου Γρηγορίου, ἐπισκόπου Ναζιανζέου, ὁπνίκα ἐκράτηθη ἐν Κωνσταντινῇ πόλει διδασκῶν ἐπὶ ἑτῆς αἰσεως.* Quæstiones a Constantino, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domino, Isidoro et Leontio priuatim ac familiariter <sup>b)</sup> propositae Caesario fratri S. Gregorii episcopi Nazianzi, quum per viginti annos docens CPoli commoraretur. At verba Photii postrema de hoc opere, εἰς ἐρωτήσεις δὴ καὶ ἀποκρίσεις μεθ' ὑπεβολῆς (ita videtur legendum pro ὑπερβολῆς) προσώπων τὸ τῷ λόγῳ σχῆμα πεποιηται, εἶναι δὲ Φασι Γρηγορίου, ὃ τὸ Θεολόγος ἐπώνυμον τὸν συγγραφέα ἀδελφὸν δηλοποιεῖ. Haec post Ehingerum Riuetus, Labbeus et alii ita intellexerunt, ac si Gregorius Naz. verus auctor sit huius libri, fratremque suum inclarescere cupiens, sub illius nomine eum emisit. Sed rectius Schottus, cui Lambecius IV. pag. 36. <sup>c)</sup> adfentitur: sensus enim illorum verborum non alius est, quam compositum esse per interrogationes et [P] responsiones, more dialogorum, suppositis personis colloquentibus, Gregorii vt aiunt, cuius cognomen theologus scriptorem ipsius fratrem prodit. Plura de hoc Caesario, Nazianzeni fratre, *Tillemontius* tom. IX. memor. Superesse adhuc quæstiones CCXX. (quos in suo codice Photius reperit,) in nonnullis bibliothecis MStas, notavi volum. VII. huius bibl. p. 542. (vgl. VIII. p. 435. sq. n. edit. ibique v. notas. *Harl.*)

Aaa a a 3

CCXI.

<sup>a)</sup> Pro \* Lambecius IV. pag. 47. [105. ed. Koll. qui probat,] legit s', hoc est sex, pro viginti.

<sup>b)</sup> *Lambec.* IV. pag. 78. sqq. et 83. de lectione ἐπὶ σκερῶ multus, vertit priuatim ac familiariter; at *Kollar.* in not. A. copiose eum refutat, reiecitque Leuclauii versionem *Secretaria* aut *a Secretis*; contra interpretatur *Præfetto tribu-nali dicasterioque*. Pag. 97. in nota A. et p. 111. illos dialogos a Caesario scriptos esse, dubitat negatque. Idem p. 110. sq. defendit Lambecium ab iniuria *Oudinii*, qui in tom. I. commentar. de SS. eccl. p. 540. sqq. de Caesario et de eius quæstionibus theolog. etc. harumque codd. agit negatque cum *Guil. Cæneo* in hist. litter. SS. eccles. sæc. 4. ad an. 370. pag. 201. (p. 249. tom. I. edit. Basil.) a

Caesario, Gregorii Nazianz. fratre vllum scriptum posteritati esse commendatum, atque p. 544. culpat Lambecium, quasi hos libros Gregorio Nazianzeno, licet cum aliqua formidine, adseruisset. Contra *Kollar.* clare monstrauisse sibi videtur, Lambecium nec verba Photii recte intellexisse, et ex Nazianzeni epitaphia oratione controuersos dialogos frustra Caesario adsertum iuisse. Add. *Lambec.* III. p. 465. sq. ibique *Kollarii* notam. *Harl.*

<sup>c)</sup> Pag. 72. sqq. ed. Koll. de cod. CVII. in quo opus illud Caesarii exstat, et a Lambecio a pag. 66-111. recensetur. Sed *Kollar.* in pluribus notis refellit Lambecii edicta; ex. gr. p. 75. meliorem Photii lectionem ex cod. caesareo adfert, et defendit Labbeum ac Riuetum. *Harl.*

CCXI. *Dionysii Aegaei Disſygata*, de quibus pridem deperditis iam dictum ad cod. CLXXXV.

CCXII. *Aenesidemii*, (Photio ὁ Αἰνειδίδης ὁ ἐξ Αἰγῶν, quod de Dionysio verum, qui apud Photium praecesserat, non de Aenesidemo, qui Laërtio Κνώσσιος ex Cnossio Cretae, IX. 116.) Πυρρώνιων λόγοι ἢ, *Pyrrhonianarum* siue *Scepticarum dissertationum* ad Lucium Neronem (al. Tuberonem) libri VIII. laudati etiam Laërtio IX. 116. quos hodie desideramus. Ex his liber primus videtur fuisse, qui ab Aristocle apud Eusebium XIV. 18. praeparat. euangel. et apud Laërtium IX. 78. vocatur ὑπὸ τῷ Πάσις εἰς τὰ Πυρρώνεια, sane in libro illo primo Photius disertè testatur, Aenesidemum vniuersam Scepticorum doctrinam tradidisse οὗς τύπων καὶ κεφαλαιωδῶς. Docuit hic Alexandriae Augusti tempore: itaque Aristocles ait, cum χθὲς καὶ πρῶν νῦν Pyrrhōniam philosophiam ἀναζωογεῖν et instaurare conatum esse. De illo dixi lib. III. cap. 33. p. 318. [c. 11. vol. III. p. 621. sq.] et ad Sextum Empiricum p. 48. a.; qui plura ex Aenesidemo in sua scripta transtulit.

CCXIII. *Agatharchidis* siue *Agatharchi Cnidii*, grammatici et rhetoris <sup>4)</sup>, qui Heraclidæ Lembi anagnostes et amanuensis atque Cinnæi alumnus fuit, (atque adeo Ptolemaei Philometoris tempore et longe deinceps vixit,) ἱστορικόν, opus historicum pridem deperditum, in cuius libro quinto memorari vidit Photius quae hodie itidem omnia desideramus scripta illius alia 1) τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐγνωσμένα, de rebus Asiae, libros IX. 2) τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, de rebus Europæ, libros XLIX. 3) τὰ περὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν, de mari rubro libros V. Praeter hæc, ait Photius, laudata ab aliis Agatharchidæ [P] scripta, sed quae ipse nunquam viderit, 4) *Librorum de mari rubro epitomen* libro 1. 5) περὶ Τρωγλοδυτῶν, de Troglodytis, libros V. 6) Ἐπιτομὴν Ἀντιμάχου Λύδης, epitomen poematis *Antimachi*, cui titulus: *Lyde* 1) 7) Ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφέων περὶ συνάγωγῆς θαυμασιῶν, epitomen eorum qui de mirabilibus scripserunt. Confer *Index* lib. II. de scriptoribus hist. philosoph. cap. 12. ubi refellit eos qui apud Photium legunt περὶ ἀνέμων, de ventis. 9) ἐκλογαὶς ἱστοριῶν, electa historica, et 10) περὶ προσφιλεῶς ὁμιλίας, de antiqua consuetudine. Ex libro II. et V. de mari rubro, nec non ex mirabilium epitome excerpta dat Photius infra cod. CCL. De Agatharchide ipso non repetam, quae dixi lib. III. cap. 8. [cap. 2. vol. III. pag. 32. sq. n. ed. ubi vid.]

CCXIV. *Hieroclis*, (Alexandrini philosophi,) περὶ προνοίας καὶ εἰμαρμένης καὶ τῆς τῷ ἐφ' ἡμῶν πρὸς τὴν θεῖαν ἡγεμονίαν συντάξεως, de providentia et fato arbitriique nostri cum diuina gubernatione congruentia, ad Olympiodorum, libri VII. in quibus sententias Platonis, Aristotelis, Alexandri Aphrodisei, Plotini, Origenis, Porphyrii, Iamblichi, et magistorum

k) V. Fabric. ad Sextum Empir. pag. 62. *Salmas.* ad Plin. p. 346. b. A. p. 583. a. C.

l) *Antimachi* poetae Colophonii antiquissimi, qui ante Platonem fuit, poema elegiacum consolationem de obitu *Lydes* uxoris suae complexum

memorat *Plutarchus* consolat. ad Apollon. pag. 106. *Athenaeus* XIII. cap. VII. et *Suidas* in *Οἰκωνομ.* De aliis *Antimachi* scriptis *Lud. Kullerus* ad *Suidam* in *Antimachos.* *Fabr.* conf. supra in vol. II. p. 104 sqq. *Hæd.*

gistrorum suorum Plutarchi Atheniensis et Ammonii (Hermese) Alexandrini exposuit, et Platonis dogmata cum Aristotelis placitis conatus est conciliare. Ex hoc opere deperdito excerpta leguntur infra, cod. CCLI. Recusa sunt Photiana, illa in Hierocle, ed. *Needhami*, Cantabr. 1709. mai. 8. pag. 236. quem vide, et conf. notas eius p. 440. ac praef. p. 10. sq. nec non prolegom. *Pearson*. ad Hierocleum p. 26. sqq. [add. *Lambec*. VII. p. 304. et infra ad cod. CCLI. *Harl.*] De *Hierocle* praeter ea, quae de illius egregiis in aurea carmina commentariis dixi lib. II. c. 12. §. 7. [p. 797. sqq. ubi plura addidi *Harl.*] consuli possunt *D. Godfridi Olearii* prolegomena ad Eusebii librum, quem alteri ac vetustiori Hierocli opposuit. *Olympiodorum*, ad quem Hierocles iunior scripsit, illum intelligo, cuius commentaria in varios Platonis libros supersunt adhuc inedita, de quibus supra [cap. XXXIII. §. VI. sub fin.]

CCXV. *Ioannis Philoponi* liber κατὰ τῆς σπεδῆς ἱαμβλίχης, ἣν ἐπέγραψε περὶ ἀγαλμάτων, contra *Iamblichi* philosophi scriptum, quo idola siue imagines Deorum, numine plenas voluit euincere. Idem ante *Iamblichum* in libro περὶ ἀγαλμάτων probandum in se susceperat *Porphyrus*, cuius vestigiis illum instituisse non dubitat *Holfstenius* in vita *Porphyrus* c. 9. Hodie vniuersa ista et *Porphyrus* et *Iamblichi* et *Philoponi* scripta desideramus.

[P] CCXVI. CCXVII. CCXVIII. CCXIX. ORIBASII medici 1) libri quatuor πραγματείας ἰατρικῆς, commentariorum medicorum, ex *Galeni* scriptis contracti, iussu *Iuliani* imp. τῇ τῆς εὐσεβείας ἀποστάτῃ, eique dedicati. Horum mentionem facit *Oribasius* in praefat. ad ἐβδομηκοντάβιβλον, sed ipsi quidem interciderunt, certe editi non sunt. 2) ἐβδομηκοντάβιβλος, *Synopsis*, (non ex *Galeno* modo, sed ex aliis etiam medicis,) libri LXX. eiusdem *Iuliani* iussu, quum priorem lucubrationem probasset, compositi. Ex hoc opere, quod libris LXXII. constituisse traditur apud *Suidam* in Ὀρειβάσιος\*), exstant libri priores XV. nec non XXIV. et XXV. Latine tantum editi haecenus, Paris. 1555. 8. ex versione *Io. Baptistae Rasarii* medici, *Nouariensis*, vna cum praefatione *Oribasii* ad *Iulianum* imper. \*) 3) *Synopsis* prioris operis ἐβδομηκοντάβιβλος, ad filium *Eustathium* scripta post *Iuliani*

m) *Suidas* videtur LXXII. libros numerare pro LXX. quoniam vna cum illis computauit libellos duos, *Oribasii* chirurgicos de laqueis ex *Heraclea*, et de machinamentis ex *Heliodoro*, quos habemus latine versos a *Vido Vidio Florentino*, atque cum huius chirurgica editos Paris. 1544. fol. et deinde vna cum aliis *Oribasii* scriptis recufos. Idem *Suidas* ait, *Oribasium* scripsisse libros quatuor πρὸς τὰς ἀπορῆντας τῶν ἰατρῶν, ad medicos dubitantes, nec non περὶ βασιλέως de regno, et περὶ παθῶν de affectibus. Sed hi omnes interciderunt. Quod autem *Sardianum* vocat *Suidas*, quem *Eunapius Pergamenum*, in eo quis non malit *Eunapio* adferri? Denique scholia in aphorismos *Hippocratis*, quae exstant, latine sub *Oribasii* nomine vulgata a *Io. Guinterio Andernaco*, Ba-

sil. 1535. 8. et recusa Paris. ac Venet. 1553. et Patav. 1658. 8. alium habere auctorem viris doctis videntur. — *Oribasii* libri V. ἀπλῶν de herbis et simplicibus medicamentis, lat. Argentor. 1533. fol. ap. *Ioan. Schottum*, cum aliis aliorum libris. *Fabr.* — *Oribasii* — commentaria in aphorismos *Hippocratis*, haecenus non visa, *Io. Guinterii* *Andernaci* Doct. medici industria, — eruta et nunc primum — edita. Basil. ex offic. Andr. Craetandri. 1535. 8. *Harl.*

\*) Romae tamen 1543. 4. *Augustino Riccio*, medico *Lucensi* curante, prodire graece *Oribasii* libri V. capita priora sex, et libri primi ad *Eunapium* caput XIV. de aquis, vna cum *Galeni*, *Rufi*, *Dioclis* et *Athenaci* medici fragmentis.



Juliani imp. mortem et libris IX. contracta. Haec quoque edita exstat, sed itidem latine tantum ex iam laudati *Rasarii* versione, Venet. 1553. 8. Lutet. 1554. 12. Memorat etiam Suidas in *Ὁρεβάσις*. In graeco codice MS. apud *Lambecium* VI. p. 102. [p. 234 ed. Kollar.] titulus est: *Σύνοψις καὶ ἐκλογαὶ ὑγιεινῆς προφυλακτικῆς τε καὶ σύνθετοι, ἐτι δὲ σημειωτικῆς καὶ θεραπευτικῆς καὶ ἀνατομικῆς ἀπὸ διαφόρων ἀρχαίων*. Incipit: *Κελεύσαντος τῷ Ἰουλιανῷ ποτε τῷ Θεοτάτῃ αὐτοκράτορος συναγαγεῖν με τῶν ἀρίστων ἰατρῶν τὰ ὅσα χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς υἱείας, προθύμως συνήγαγον ἐν ἐβδομήκοντα βιβλίοις*. 4) *εὐπορίσων*, de medicamentis facile parabilibus et facili atque expedita morbos vel vulnera curandi ratione ad *Eunapium*, quem *λογιώτατον* siue eruditissimum celebrat, libri IV. Pro Eunapio quosdam codices habuisse *Eugennium*, Photius testatur; sed Eunapii no-

men

tis de eodem argumento, et subiuncta separatim latina interpretatione. *Fabr.* Plura de Oribasio leges infra in vol. XII. pag. 639. sqq. ed. vet. et vol. XIII. pag. 355. sq. in clencho medicor. veti. add. *Hamberger.* zuverläss. Nachricht. tom. II. pag. 913. sqq. (qui alios VV. DD. de illo laudat, et aetatem eius ante ann. 400. ponit,) *Saxii* Onomast. part. I. pag. 416. sq. ad a. 362. et quae ego adnotavi in Introd. in histor. L. gr. II. 1. p. 334. sqq. — In cod. *Escorial.* *Oribasii* medicinalium collectionum liber 24. et ex Galeno liber 25. — Eiusdem compendium orationum ad filium suum Eustathium, teste *Plüro* in itinerar. per Hispaniam p. 185. — *Paris.* in bibl. publ. codd. octo sunt Oribasii *medicarum collectionum libri duo*: in codd. MMCLXXVII. et MMCCCXXXV. de medicamentis facile parabilibus, et in cod. MMCCXLIII. ur. 3. de ponderibus et mensuris. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 8. plut. 74. est Oribasii e libris Galeni de fracturis, quem librum, Fabricio ignotum, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 84. sq. autumat esse librum XLVI. operis collectionum medicarum, quia is, qui consequitur, liber notam habeat numeri XLVII. Idem adnotat, illum librum vna cum sequentibus in isto cod. vsque ad §. XVII. inclusue editum esse a *Cocchio*, Florent. gr. et lat. 1754. fol. pag. 54-90. In illo enim cod. ibid. a num. VIII. — XL. multa Oribasii excerpta ex magno LXX. librorum syntagmate medico repetiuntur, et a *Bandin.* recensentur. — Ibidem in cod. XV. sunt Oribasii libri medicinales octo: atque in cod. XVII. plut. 74. libri nouem, quorum diuersitatem vberius indicat *Bandin.* l. c. p. 116. sq. et 118 sq. — pag. 134. recenset *Cocchi* editionem Nicetae atque Oribasii opp. gr. et lat.

cum adnotatt. inscriptam: Graecorum chirurgici libri, *Sorani* vnus de fracturarum signis, *Oribasii* duo de fractis et de luxatis, e collectione Nicetae: ab antiquissimo et optimo cod. Florentino descripti, conuersi atque editi ab *Antonio Cocchio*, Anatomes P. P. Florentiae 1754. fol. Add. *Hamberger.* l. cit. p. 917. — De cod. *Neapolit.* in bibl. August. S. Ioannis ad Carbonar. v. supra, vol. V. p. 798. nr. 42. — *Mosquae* in cod. synod. CLXXXVIII. Orib. synopsis; libr. IX. — et cod. CLXXXIX. quatuor libri ad *Eunapium*. v. *Mathaei* notit. eodd. Mosquens. p. 123. sq. ed. 3. — ibid. p. 182. nr. 40. in cod. CCLXXIX. in τῷ τῷ *Ὁρεβάσις-ὑγιανῶν παραγγελημάτων*. — ib. p. 284. seq. cod. typogr. synod. XXV. (et in cod. *Colbert.* CCCLXXIV.) Oribasii XV. priores libri *ἰατρικῶν συναγωγῶν*. Codicis Mosquensis synod. notitiam dedit cel. *Gruner* in Baldingeri Magazin für Aerzte, part. II. pag. 183. sqq. — Idem V. D. edidit *Oribasii* collector. medicin. librum primum gr. et lat. in progr. Ienae 1782. 4. atque librum II. ibid. eodemque anno addiditque aliud fragmentum, etiam ex cod. Mosquens. — In cod. *Coisl.* CCCXXXV. synopsis trium librorum Oribasii ad *Julianum*, ad *Eustathium* et ad *Eunapium* etc. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 448. seq. — Multos codd. in variis bibliothecis seruatos indicat *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. v. indic. voc. *Oribasius*. — In cod. *Barocc.* CL. nr. 6. liber de simplicibus medicamentis, compositionibus et mixturis, ordine alphabeti. inc. *ἡ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας*. — in cod. *Io. Mori*, LIII. f. nr. 9239. cat. MSS. Angliae etc. II. 2. synopsis ad *Eustathium* libri sex, quibus tota medicina in compendium redacta continetur. *Harl.*

mea praetulere etiam codices, quibus vsus interpres vterque latinus \*). Nam hi quoque quatuor libri exstant latine ex *Anonymi* versione vulgata a *Io. Scharo* cum Coelii Aureliani taxidarum passionum libris, Basil. 1529. fol. (non in 8. vt in Merklini Lindenio renouato excusum:) et ex interpretatione noua laudati *Rasarii*, edita vna cum ceteris Oribasii [P] scriptis Basil. 1557. 8. III. voll. [add. cat. bibl. Leidenf. p. 142.] et inter medicos principes Henrici Stephani, Paris. 1567. fol. Oribasii operum vetus interpretatio latina multum diuersa ab edita, tum ratione ordinis librorum, tum rerum tractatarum MSta fuit in bibl. Renati Moreau, monente Labbeo bibl. nouae MSS. pag. 214. Testatur Oribasius, se in his libris succincte complexum, quae apud Galenum, Dioscoridem, Apollonium, Rufumque Ephesium et alios reperisset, et quorum ipse periculum fecisset. [Anatomica ex libris Galeni, cum versione II. Bapt. Rasarii, curante Gulielmo Dundast, cuius, (et in calcé, Ducheri) notae accedunt. Lugd. Bat. 1735. 4. Harl.] In Oribasii amici sui laudem multa Eunapius in sophistarum vitis, qui inter alia p. 140. testatur, illum non parum contulisse, vt Iulianus, a quo medicus adscitus fuerat, in imperatoris dignitatem eueheretur, idque fusius innuit Eunapius, se exposuisse in suis annalibus, quos hodie desideramus. Libro I. Anthologiae hoc in Oribasii imaginem legitur epigramma:

Δις Ὀρεβασίς τὸν ἀθάνατον διὰ τέχνην

Πολλάκι δευμάνουσα μίτες ἀντιβάλλετο μόλην.

*Diui Oribasii, quem diuinam propter artem*

*Saspius reuerita vitas hominum remisit Parca \*).*

Ex Oribasii scriptis iterum epitome imp. Constantini Porphyrogeniti iussu composita est a quodam *Theophane*, quae graece MS. exstat aliquoties in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* VI. pag. 114. 116. 157. [p. 261. nr. 9. p. 264. 266. nr. 1. et p. 356. nr. 8. ed. Kollar.

*Index scriptorum, ex quibus Oribasius libros ex ἐβδωμηκονταβιβλων superflitos composuit.*

Agathinus lib. X. cap. 7.

Antylli primus liber de praesidiis extrinsecus incidentibus. IX. 3. 4. 9. 11. 13. 22. 29. 24. X. 2.

hh) Quae ibi habentur de Olympo, Generosae fratre, ea exstant etiam ap. Suidam II. p. 681. — quae de Vlpiano, ibid. p. 738. et v. *Μισοπράγμων* quae de Horapolline, ibid. p. 760. — de cibo ἀδρύνη et doricum modum habente, Suid. I. p. 74. b.

Vol. X.

Ddd dd

Anatolius. 565.

Anthusa ex Aegis Ciliciae, inuentrix diuinationis e nubibus, temporibus Leonis imp. 554.

Archiadas Hegiae F. 568.

Aristoteles. 549. 550. 555.

[P] Armerichus Asperis F. 572. ambo a Leone imper. interfecti. 554.

Asclepiades. 557. 558.

Asclepiodotus. 571. Isidori praeceptor. 559. Procli discipulus. 561. Aphrodisiensis domo. 559.

561. patria Alexandrinus. 559. gener magni Asclepiodoti. 563. eius os, *οἰκητήριον τῶν*

*χαρίτων*. id. plura de illo 560. 561. 562. in medicis discipulus Iacobi. 560.

Athanasius, Iuliani tempore episcopus christianus, *ἐπισκοπῶν τὴν κρατῆσαν δόξαν*. 564.

Brachmanae ad Seuerum venientes. 553.

Brachmanum genera. Ibid. precibus umbres eliciunt, auerruncant famem, pestilentiam etc. ibid. seq.

Chaldaica philosophia. 560.

Chrysippus. 550.

Damascius Damascenus, de se. 566. 572. iussus scribere *τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων πραττόμενα*.

550. Theodorico imperitante. 553.

Damiane, Iacobi medici vxor. 560.

Demosthenes. Infra, in Sallustio.

Dionysus Lycurgum et Arabas vino debellans. 566.

Dorus philosophus, Damascii aequalis. 561.

Emesion. 565.

Epidaurius. 548.

Eunoius. 556. Rhetor *σοβῶν ἐν λόγῳ*, turgidus. id.

Eupithius, *Εὐπειθίας*. 568.

Eusebius Emesenus. 566. 567.

Firinus. 571.

Galenus. 571.

Genfericus *Γεζέρικος*, Carthaginienfium rex. 557.

Gessius medicus. 573. (idem, de quo supra in hoc volumine p. 356.) [c. 33. §. 7. i.]

Gregorius Hermiae frater. 555.

Hegias. 568.

Heliodorus, Hermiae F. Ammonii frater. 554.

Heraiscus philosophus. 558. adde Suidam in *Διαγνώμων* et *Ἡραίσκος*.

Hermias, Ammonii et Heliodori pater. 554. Alexandrinus, auditor Syriani, Procli condiscipulus. id. vxor Hermiae, Aedesia. 555. filius praecocis ingenii. ibid.

Herodes sophista. 556. imago Veneris, ab eo consecrata. ibid.

Hierax Alexandrinus, Ammonii aequalis. 555.

Hierias, Plutarchi Atheniensis F. 556.

[P] Hierocles. 550. *ὁ τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβὰς ὑψηλοφροσύνη καὶ μεγαληγορία κομήσας* etc. 551. eius duo diuersi commentarii in Platonis Gorgiam. id.

Hilarinus philos. 570.

Hippocra-

Hippocrates. 560.

Hypatia γεωμετρικὴ perita geometriac. 563.

Jacobus medicus, medici F. Alexandrinus. 559. eius vxor Damiane. 560. Proclo aegrotanti commendat λάχανα. 560. Confer Rom. XIV. 2. et Petrum Possinum ad Nili epist. CXXXVI.

Iamblichus. 549. 562.

Illus. 558. 564. 572.

Ioannes. 565.

Isidori Alexandrini, (cuius vitam Damascius scripsit, hymni. 552. vxor Domna, filius Proclus, diuersus a philosopho, et iunior. 573. Isidoro a Marino persuasum, vt διαδοχῆς ψήφισμα in se susceperet, ἐπ' ἀξιώματι μᾶλλον ἢ πράγματι τῆς πλατωνικῆς ἐξηγήσεως. 568.

Iulianus imp. 564. 572.

Lacharis rhetoris συγγράμματα, quae auctorem testantur ἄνδρα ἱερὸν καὶ περὶ τὰ θεῶα βακχεύοντα μεγαλοπρεπῶς. 556.

Leontius. 550. 558.

Lucius Byzantinus hostis Christianorum. 572.

Marcellinus Dalmatiae dominus, αὐτοδέσποτος ἡγεμὼν. 557.

Marinus, Procli successor, Isidorum Aristotelis philosophiam docuit. 550. eique persuasit, vt scholae Atheniensis διαδοχὴν susceperet. 568. πολύστιχος eius commentarius in Philebum Platonis, flammis datus ab auctore, quum is ab Isidoro intellexisset ἱκανὰ εἶναι τὰ διδασκάλου, sufficere iam, quae magister illius Proclus in Philebum scripsisset. ibid. in Parmenidem. 571. Patria eius Neapolis Palaestinae. 562. Samaritanorum sacris desertis, ethnicismum amplexus pauca scripsit, non adeo magnum eius ingenium testantia. id. infirmus corpore. 563. Athenis Epidaurum concessit. 571.

Marfus. 572.

Maximinus. 567.

Metrophanes sophista, Lacharis ἑκγονος siue filius. 556.

Nomus Damascenus. 557.

Ὁρεφικὴ καὶ χαλδαϊκὴ ὑψηλότερα σοφία, 560.

Pamprepius Aegyptius, grammaticus Athenis. 558. 563. seq. 571.

Patricius. 561.

[P] Petrus, praefectus. 564.

Pindarus. 549.

Plato. 549. 558. 560. 562. admodum re tenui et pauper fuit. 563.

Platonicae scholae successioni, περὶ τῇ Πλάτωνος χρυσῇ τῷ ὄντι σεραῖ metuens Proclus. 563. eius reditus non contemnendi, Procli tempore. 563.

Plutarchus. 562. Chaeronensis, citatur. 553. (locus, vt videtur, petitus ex vita Tiberii imper.)

Plutarchus Atheniensis. Supra in Hierio.

Poëtarum fabulae de aurea Saturni aetate etc. 548. versus 548.

Porphyrus. 549. infra in Theodoro Asinaco.

Ddd dd

Proclus

Proclus. 549. 555. 558. 562. 563. 570. 572. 573. eius commentarius in Philebum, supra in Marino. in Parmenidem. 571. Syriani discipulus. 554. praeceptor Hierii. 556. Ad locum p. 564. de Isidoro: ἀφίκετο μὲν Ἀθήνας τότε τῷ Πρέκλῳ ἐπιταφίσαν τὴν θυμιατρίδα Φέρων, conferendus *Lambertius VII.* p. 404. seq.

Proclus iunior, Isidori F. 573.

Ptolemaeus, ὁ ἀριστος ἡγεμὼν τῆς ἀεροθεάμονος ἐπισήμης. 562.

Pythagoras. 549.

Pytheus Car. 562.

Quirinus, Κυρῖνος. 556. (al. Δωρῖνος)

Sallustius cynicus. 556. 570. physiognomon. 557. Rhetor, qui omnes Demosthenis orationes civiles memoriae mandavit. 570.

Sapientis dictum, πολυτελέστατον δαπάνημα ὁ χρόνος. 567. ἐν βυθῷ πεπευμένη ἱερὰ ἀλήθεια. 569.

Seuerianus. 563. Damascenus. 574.

Seuerus Romanus, (male de imperatore, qui p. 565. Bosira Arabiae condidisse traditur, Schortus accipit,) 546. Consul sub Anthemio. 553. 558. ἀνὴρ πατρίκιος. 568. eiusdem mentio 554.

Soranus Mallotes Cilix, medicus antiquus. 560.

Stoici συμπεριφορά, siue obsequium. 564.

Superianus, τοφίστα Athenis. 556.

Syrianus. 549. eius discipuli Hermias et Proclus, 554.

Syrianus iunior. 569.

Theagenes philosophus. 563.

Theo in poëtis et oratoribus versatissimus. 553. (idem, a quo rhetoricam didicisse Damascium, tradit Photius cod. CLXXXI.)

Theodorus Asinaeus sub Porphyrio αὐξόμενος κατὰ πῆχυν, cubitalibus auctus profectibus. 563.

[P] Theodosius imp. a scelere percussoris Lucii liberatus mirifice. 572.

Theosebius Hieroclis auditor. 551. per deum Hebraeorum expellens daemonium, ibid. Multa ex Epicteti scholiis mutuatus. 552.

Eius annulus castitatis pignus, σωφροσύνης δακτύλιον. 552. 574.

Vranus Syrus, Caesareae Palæstinae princeps. 557.

Zeno 564. 558. magnus dux orientis. 574.

Zenodotus philosophus Proclo dilectus. 563.

Fabula de Aesculapio siue Esmuno Sadyci filio, Dioscurorum siue Cabirom fratres, amato ab Astronoë matre deum, dea Phoenissa. 573.

CCXLIII. Excerpta ex *Himerii* sophistae μελέταις siue declamationibus, de quibus supra cod. CLXV. [vbi vide a me adscripta,] edita primum graecae separatim. vna cum Polyno-

Polemonis nonnullis et fragmento Diodori Siculi, de Cleonide et Aristomene") ab Henrico Stephano Paris. 1567. 4. Declamationes ipsae maximam partem deperditae, pars in bibliothecis adhuc inedita delitescit, [edita vero a Werasdorf.] vt dixi lib. IV. cap. 30. [cap. 32. vol. VI. 56. sqq. et p. 61. sqq.] vbi etiam singularum titulos, e quibus excerpta dat Photius, accurate adnotatos reperies. Conf. Reines. varr. lectt. p. 451-454. Olear. ad Philostrat. p. 822. a. et 896.

CCXLIV. Excerpta ex Diodori Siculi libris deperditis, 31. 32. 33. 36. 37. 38. et 40. quorum partem H. Stephanus graece vulgauerat, latineque verterat in sua Diodori editione graeca, Paris. 1559. fol. Integra, vt apud Photium leguntur, vertit Laurentius Rhodomanus, cum cuius interpretatione exstant in Diodori editione graecolatina Wecheliana p. 892. seq. Schotrus aliam versionem suam, non Rhodomanni in Photio repraesentat. [Conf. supra, vol. IV. c. 30. p. 361. sqq. et de editt. pag. 367. sqq. et p. 371. sq. — Haec Photii excerpta sunt Vindobon. in cod. CXXV. 7. v. Lambec. comment. VII. p. 482. sq. ed. Köll. H.] v. Gatack. opp. p. 87. G. Prae ceteris Photii excerptis notatu digna sunt, quae de Mose et Iudaeorum populo, ex Hecataeo Milesio Diodorus libro XL. scripserat.

CCXLV. Excerpta ex PLVTARCHI vitis parallelis, Dionis et Bruti, Demosthenis et Ciceronis, Phocionis et Catonis minoris, Alexandri et Caesaris, Eumenis et Sertorii, Demetrii et Antonii, Pyrrhi et Marii, Arati et Artaxerxis, Agidis et Titi, quae omnes hodie exstant, vt dixi lib. IV. cap. 11. [cap. 13. in vol. V. p. 173. sqq. n. edit.]

CCXLVI. Excerpta ex ARISTIDIS rhetoris Panathenaico, siue Oratione de laude Athenarum, quae exstat, vt dixi lib. IV. cap. 30. p. 379. seq. [cap. 32. pag. 18. sq. vol. VI. nou. ed.]

[P] CCXLVII. CCXLVIII. Excerpta ex eiusdem ARISTIDIS orationibus quatuor Platonis, quae itidem exstant et actate tulerunt. vide ibid. p. 386. [p. 25. nou. ed.]

CCXLIX. Excerpta ex Anonymo de vita Pythagorae. Liber ipse Anonymi intercidit. Excerpta Photii cum versione sua Lucas Holstenius subiecit vitae Pythagorae, scriptae a Porphyrio, Rom. 1630. 8. et recusae Cantabrig. 1655. 8. Cum eadem versione subiiciuntur etiam Iamblichus et Porphyrio de Pythagorae vita editis a Ludolpho Küstlero, Amst. 1711. 4. Conf. Küster. ad Suidam II. p. 21. et p. 750. ac tom. I. p. 43. a.

CCL. Excerpta ex libro primo et quinto operis deperditi, quod Agatharchides περί τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, de mari rubro siue Arabico sinu et variis circa illius viciniam mirabilibus elucubrauerat, legeruntque olim Diodorus Sic. Strabo, Plutarchus. De voc. Φοινικίων

Ddd dd 3

κικων

ii) Hoc fragmentum sine nomine editum ab H. Stephano, Is. Vossius in codice Florentino reperit tributum Diodoro Siculo, sub cuius nomine graece et latine cum Ioannis Boiuii versione prodit in Memoriis gallice editis academiae litterarum elegantiorum Paris. 1717. 4. Amst. 1718. 12. tomo secundo.

πικῶν v. *Reines.* varr. lectt. p. 148. Nonnulla p. 723. in Hoescheliana edit. quae Stephaniana non habet, ex alio auctore esse, putat *Iungermann.* in ep. ad Salmas. tom. IV. Sylloges *Burmamn.* pag. 485. *Fabr.* [De loco quodam in hoc codice v. cel. *St. Croix* in Exam. criti. que des *Hilloriens d' Alex.* ed. II. p. 48. add. p. 59. *Harl.*] De Agatharchidis scriptis iam dictum codice CCXIII. Haec vero de mari rubro excerpta graece primus vulgavit *Henricus Stephanus* cum excerptis e *Ctesia* et *Memnone*, quibus *Appiani Iberica* et *Hannibolica* subiecit, 1557. 1594. 8. Sed cum latina *Laurentii Rhodomanni* versione et notis *J. Hudsoni* recusa sunt in tomo primo Geographorum graecorum minorum ab eodem viro clarissimo vulgatorum Oxonii 1698. 8. Rhodomanni versio, quam seruauit etiam *Schottus*, lucem viderat separatim *Helmst.* 1594. 8. prödierunt et eadem excerpta cum *Rich. Bretti* Angli versione Oxon. 1597. 8. [v. supra, vol. III. p. 32. sq.]

Post excerpta ex Agatharchide p. 746. in Hoeschelii editione graeca Photius memorat librum *Arriani*, his verbis, quorum in latina Schotti nullum deprehenditur vestigium: Ἀρρίανῃ σύγγραμμα. Ὅτι Ἀρρίανος περὶ κομητῶν φύσεως τε καὶ συστάσεως καὶ φασμάτων βιβλιδάριον γράψας, πολλοῖς ἀγωνίσμασι περᾶται δεικνύων, ὅτι μηδὲν μήτε τῶν ἀγαθῶν μήτε τῶν φαύλων τὰ τοιαῦτα φάσματα ἀποσημαίνουσιν. *Arriani liber.* *Arrianus* de cometarum natura et constitutione atque adparentiis librum scripsit, quo multis argumentis conatur demonstrare, quod nihil neque boni neque mali, quando adparent, portendant. Hic est *Arrianus* ille, quem de meteoris scripsisse testatur *Io. Philoponus* in lib. I. meteor. p. 79. Ἀρρίανος δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων φησὶν, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται ἕκαστοι καὶ πέντε μυριάδας σταδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τῆ μεγίστης τῆς γῆς κύκλου. Illud vero argumentum, quod cometae malorum nuncii non sint, nostra memoria omnibus ingenii et doctrinae viribus tuendum et illustrandum in se suscepit scriptis gallice editis <sup>kk)</sup> *Petrus Bauius.* Diserte quoque et eleganter pro eodem disputauit, *Ioannes Georgius Grauius*, oratione IV.

[P] CCLI. Excerpta ex *Hieroclis* libro περὶ προνοίας, de prouidentia, memorato supra cod. CCXIV. et pridem deperdito. Horum partem latine vertit *Hugo Grotius* in sententiis Philosophorum de fato, editis *Harif.* 1624. 4. et *Amst.* 1648. 12. atque inter opera Grotii theologica, tomo III. ibid. 1679. fol. [De reliquis edd. v. supra ad vol. I. pag. 801. add. supra ad cod. CCXIV. *Harl.*] conf. ed. *Needham.* pag. 247. et not. pag. 443. ac *Pearson.* prolegg. ad *Hierocl.* p. 26. sq.

CCLII. Excerpta ex *vita Gregorii I. papae Romani.* Ἐκλογαὶ τῆ θεαρετής βίης Γρηγορίου. Exstat quidem *vita* huius *Gregorii* scripta latine a *Paulo Warnefrido* Aquileiensi, editaque a *Papebrochio* in actis sanctor. tom. II. ad 12. Martii, et in *Mabillonii* Actis sanctorum ordinis *Benedicti* tom. I. nec non altera itidem latina, in IV. diuisa libros, auctore *Ioanne* monacho *Casineni* et postea *diacono romano*, quae una cum priore occurrit in tomo quarto operum *Gregorii* editionis nouissimae, *Dionysio Sammarthano* curante adornatae, *Parif.* 1705. fol. Sed graeca antiquioris scriptoris, quam legit *Photius*, nondum lucem vidit,

kk) *Pensées diuerfes* a. 1683. *Continuation des pensées diuerfes* a. 1705. 12.

dit, quod sciam. Addit idem, Gregorium multas insignes lucubrationes latina lingua composuisse, nominatim *Homilias in euangelia, et vitas celebrium in Italia virorum, utilibus narrationibus illustratas dialogis quatuor*: quae utraeque commentationes inter S. Gregorii opera saepius lucem viderunt. Denique monet Photius, ZACHARIAM (qui papa fuit ab a. C. 741. ad 752.) non modo dialogos, sed alia etiam Gregorii scripta in graecam linguam vertisse post annos circiter CLXV. Ex his sola *graeca dialogorum versio* aetatem tulit, de cuius editionibus supra p. 357. [cap. 33. §. VII. sub fin. de Zacharia, papa rom.] In illis dialogis licet plura legantur fabulis sumillima et prorsus incredibilia, tamen ita eorum lectione delectata fuit superiorum saeculorum aetas, ut in plures linguas translati etiamnum in bibliothecis pluribus occurrant. Nam Anglosaxonicam versionem, ab Aelfrico rege adornatam, memorat *Georgius Hickesius* in catalogo MSS. Anglosaxon. p. 71. tom. II. thesauri septentrional. Arabica dicitur exflare in bibl. Colbertina. Gallicam duplicem, unam prola veteri, alteram rhythmis gallicis expressam ante hos quingentos annos, nec non metaphrasin latinis versibus compositam adseruant aliae, ut audio, Gallorum bibliothecae.

CCLIII. ANONYMI *martyrium septem dormientium*, Ephesi imperante [P] Decio, Graece haecenus ineditum, sed latine vulgatum a Surio 27. Iul. Vide supra, pag. [391. in hoc vol.] In hoc martyrio mentio fit *Theodori Aeginensium*, episcopi, qui resurrectionem corporum vocavit in dubium.

CCLIV. ANONYMI *martyrium apostoli Timothei*, graece similiter adhuc ineditum, vide supra [p. 341. in h. vol.] sed latine vulgatum sub *Polycratis* nomine, post codicem canonum ecclesiae romanae ex *Petri Pithoei* bibliotheca, Paris. 1687. fol. p. 366. 367. ubi *prociptiarum*, ex Photio legendum *catagogium*, καταγωγίον.

CCLV. ANONYMI *martyrium magni martyris Demetrii*, etiam hoc ineditum habetur, sed latine ex *Anastasio* bibliothecarii versione vulgatum a *Ioanne Mabillonio* tom. I. Analect. pag. 66. De hoc Demetrio, qui Maximiano imperante Christum morte sua honoravit, vide supra pag. [218. in hoc vol.] v. *Pearson* vindic. Ignat. part. II. p. 120.

CCLVI. Excerpta ex actis deperditis SS. *Metrophanis et Alexandri*, qui subire martyrium anno XIX. Diocletiani. Haec excerpta, in quibus de vita Constantini M. quaedam, alibi vix obuia, leguntur, *Franciscus Combesius* post historiam Monothetarum integriora exhibuit graece, recensita ex codice Seguieriano, cum noua versione sua et notis, p. 573. seq. Apud Photium titulus est: πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνης καὶ Ἀλεξάνδρου, sed apud Combesium: τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς συνόδου ἑπὶ καθαιρέσει Ἀρείου. Non coeui, ut vult videri, Constantino, sed iunioris scriptoris haec acta esse probat *Tillemontius* tom. VII. memor. p. 657. [add. supra in hoc vol. pag. 294. et infra vol. XI. p. 359. vet. ed.]

CCLVII

II) Alia acta synodi Nicaenae supra, cod. LXXXVIII.



CCLVII. *Vita seu certamen*, *Bios ἡτοὶ ἀθλήσεως Pauli episcopi CPol.* (circa a. 337.) ab Arianis pulsi in exilium, et postea obtruncati. In hac narratione, cuius sola excerpta a Photio seruata habemus, plures errores notant *Valesius* libro secundo obseruationum ecclesiasticarum ad Socratem et Sozomenum. De Paulo videnda Acta sanctor. tom. II. ad diem VII. Iunii et *Tillemontius* tomo VII. memor. [et supra in h. vol. p. 306.]

CCLVIII. *Vita et certamen magni Athanasii*. Etiam haec intercidit, solis excerptis a Photio seruatis, quae graece et latine praemittuntur nouae editioni operum S. Athanasii in tres distinctae tomos, quam eruditissimo Montfaucono debemus Paris. 1698. fol. Scriptorem longe inferiorem esse sancti doctoris, cuius vitam describit, aetate, et plenum indignis fide narrationibus, monet *Godfridus Hermantius* praefat. ad vitam S. Athanasii scriptam gallice: *c'est l'ouvrage d'un Grec beaucoup postérieur [P] a S. Athanase et plein de fautes, qu'il n'est capable que de faire tomber dans l'erreur ceux qui voudroient y arrester.* [v. supra in h. vol. p. 201.]

CCLIX. ANTIPHONTIS rhetoris λόγαι διάφοροι, orationes LX. ex quibus solas XXXV. genuinas esse notauit Caecilius Siculus, qui etiam Thucydide historico usum magistro scripsit. De hoc Antiphonte et eius arte *rhetorica*, quae intercidit, et orationibus, ex quibus XVI. hodie exstant, quemadmodum et de rhetoribus, quos deinceps commemorabit Photius, vniuersis dixi lib. II. cap. 26. [in vol. II. p. 745. sqq. n. ed.] Quod vero Photius ait, *tragoedias* etiam illi a quibusdam tribui, credibile est cum rhetore confundi Antiphontem tragicum, a Dionysio tyranno interfectum, de quo dictum lib. 2. cap. 19. [in vol. II. p. 284. sq. nou. ed.]

CCLX. ISOCRATIS orationes LX. ex quibus Dionysius (Halicarnassicus) pro genuinis habuit XXV. Caecilius XXVIII. Hodie exstant tantummodo XXI., illae scilicet, quas legisse Photius se testatus est supra cod. CLIX. *Artem* eius *Rhetoricam*, quam memorat etiam scholiastes Hermogenis p. 297. hodie desideramus. De *epistolis* Isocratis dixi lib. II. cap. 10. §. 7. [vol. I. pag. 678. n. ed. in primis, vol. II. p. 791 sq.] Ad criminationem vero eorum, qui Isocratem <sup>mm</sup>) voluerunt plagii arguere ideo, quod in Panegyrico suo quaedam similia haberet Archini, Thucydidis et Lysiae epitaphiis orationibus, bene respondet Photius, nihil prohibere quo minus circa idem argumentum tractandum pluribus eadem veniant in mentem, quorum tamen nullus alterum exscripserit. Ἀλλ' ὅδ' ἐν κωλύει παραπλησίων ἀνακυπτόντων πραγμάτων, ταῖς ὁμοίαις ἐξεργασίας χρῆσθαι καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἐχ' ὑποβαλλόμενον τὰ ἄλλοτρια, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀναβλαστάνσεως φύσεως τοιαῦτα οἷα καὶ τοῖς προλαβῶσι προβαλλομένη ἐπιδείκνυται. Duplicem Isocrati positam statuam aeream memorat Photius, vnam Cleocharis sculptoris opus Eleusine ab amico Timotheo cum hac inscriptione:

Τιμόθεος Φιλίας τε χάριν, σύνεσιν τε προτιμῶν <sup>nn</sup>)

Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνέθηκε Θεῶ.

Alteram

<sup>mm</sup>) Addendus hic locus obseruatis *Iac. Thomassi* in diff. de plagio literario §. 476. vbi de Isocrate.

<sup>nn</sup>) Mireris Schottum, qui vertit: *honoris amicitiae atque hospitalitatis deabus*, quum verba graeca nihil aliud tinniant, quam: *amici-  
tiae*

Alteram in Olympii Iouis aede ab Aphareo Isocratis adoptivo filio:

Ἰσοκράτης Ἀφάρους πατρὸς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε

Ζηνί, θεὸς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

[P] CCLXI. ANDOCIDAE orationes quatuor, hodie etiam superflites, de quibus dixi lib. II. cap. 26. [vol. II. p. 758. sqq.] Nonnulla Andocidae loca illustrat *Palmerius* in exercitationibus ad scriptores graecos pag. 667. seq. *Fabr.* Multo plura loca vel emendauit vel illustrauit, atque in cap. primo de ortu ac maioribus Andocidis vberius disputauit cl. *Sluiter*, in libro inscripto: *Iani Ottonis Sluiter Lectiones Andocidae.* Interiectae sunt *Lud. Casp. Valckenaerii* ineditae et *Io. Luzaci* in Andocidem animaduersiones: item nonnulla ex codd. MSS. excerpta. Lugd. Batav. ap. Haak et socios. 1804. 8. Longa huius libri censura legitur in biblioth. critica, vol. III. part. 3. Amstelod. 1805. 8. p. 75-117. In cod. *Veneto* bibl. Marc. CDLI. sunt multa fragmenta Aristidis oratt. adscripta in margine manu saec. XIV. v. cel. *Morelli* bibl. MSta gr. et lat. I. p. 317. *Harl.*

CCLXII. LYSIAE orationes CCCCXXV. λόγοι ἄποσι πέντε καὶ τετρακόσιοι, quem numerum Plutarchi etiam codices confirmant, licet trecentas tantum et viginti quinque habeat Schottus. De numero harum orationum *Suid.* *Kästeri* II. pag. 475. [et supra, vol. II. p. 762. *Harl.*] Ex illis genuinae CCXXXIII. Hodie exstant non plures, quam XXXIV. Ceterum *Paulus ὁ ἐκ Μυσίας*, cuius censura a Photio reprehenditur, fuit *Paulus* ille *Germianus*, sophista, cuius commentarios in Lysiae orationes, pridem deperditos, *Suidas* in Πάυλος commemorat.

CCLXIII. ISAEI, Lyfiam magistrum suum feliciter imitati, orationes LXIV. ex quibus genuinae quinquaginta. Hodie tantum exstant decem. *Isaeus* hic *Demosthenem* decem millium drachmarum pretio, hoc est mille ducentorum et quinquaginta *Ioachimicorum*, instituit, atque illi λόγους ἐπιτροπικὸς contra *Aphobum* tutorem suum orationes, (tres, quae etiamnum exstant,) elaborasse vel saltem emendasse et expoliuisse traditur etiam a *Libanio* in *Demosthenis* vita.

CCLXIV. AESCHINIS orationes III. et epistolas IX. quae omnes exstant, et de quibus iam meminerat cod. LI.

CCLXV. DEMOSTHENIS orationes, quas germanas LXV. fuisse Photius testatur. Hodie exstant duae et quadraginta. Ex illis quasdam Critici tribuerunt *Hegesippo*, *Hyperidi*, *Dinarcho*, vel *Lysiae*. In hoc capite Photius facit mentionem *Aristidis* rhetoris, *Aspasiae* rhetoris, *Callimachi* καὶ Ἰωνῆ ὄντος κήρυκα, *Demetrii* Magnetis, *Libanii*, et *Longini* \*\*) critici. Plura etiam de *Demosthene* narrat similia iis, quae apud *Plutarchum* de

tiae causa et ingenium admiratus, *Isocratis* imaginem hanc deo dedicauit *Timotheus*. Sed pro *σύνεσι* Schottus legit *ἐνίη*, ut est apud *Plutarchum*, qui utramque inscriptionem isdem re-

fert, et plura alia, quae in hisce capitibus Photius eadem habet, in vitis decem rhetorum.

oo) De Longino locus insignis pag. 802. Λογῶν ὁ Κερμαῖος, ἐπὶ Κλαυδίου δὲ ἔτος ἡμεῖς, καὶ τὰ

[P] de vitis decem rhetorum. Notat et compositionem nullam praetermittere, sed peridis omnia complecti. Demostheni esse cum Isocrate ac Lyfia commune: τὸ μὲν μηδενὸς φαιδισθαι συνθέσεως, ἀλλὰ πάντα διεληφθαι περιόδοις, ἔτι μὲν Ἰσοκράτους καὶ Δυσίου πρὸς Δημοσθένην κοινόν. p. 801. Add. Reines. varr. lectt. p. 463. sq.

CCLXVI. HYPERIDIS orationes LXXVII. (non sexaginta septem, vt Schottus,) e quibus genuinae LII. perierunt autem omnes praeter vnicam περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, quae inter Demosthenicas est decima septima, vt notavi lib. II. cap. 26. §. 10. [vol. II. p. 858. sqq.]

CCLXVII. DINARCHI orationes LXIV. quarum aliquas Aristogitoni Hyperidis aequali analuerunt nonnulli tribuere. Hodie non plures exstant quam tres, vna Demostheni, Aristogitoni altera, tertia Philocli opposita.

CCLXVIII. LYCVIRGI orationes XV. ex quibus exstat hodie vnica aduersus Leocratem, quam non modo graece vulgavit Philippus Melancthon, Witeb. 1545. 8. apud Iohannem Luft, recusam Lipsiae 1568. 8. sed etiam latina versione, donauit, quam euolui editam Francof. 1548. 8. ex officina Petri Brubachi, vt adeo emendandum sit, quod olim scripti lib. II. cap. 26. §. 7. [vol. II. p. 813. sq. vbi plura addidi. Harl.]

CCLXIX. Variorum sanctorum virorum sermones XXI. diuersi argumenti. HESYCHII presb. Hierosol. ἐκ τῶν εἰς τὸν ἁγίον Θωμᾶν ἐγκωμίων, ex encomio in S. Thomam. Sed, quae deinde adfert Photius, docent legendum esse Ἀνδρέαν, non Θωμᾶν, vt iam notauit Labbeus de script. eccles. tom. I. p. 641. Sunt enim repetita ex homilia Hefychii in Andream apostolum, quae adhuc exstat, et saepe prodit latine ex versione Caroli Fabiani Lugd. 1615. et in supplemento bibl. patrum, Paris. 1639. tom. I. pag. 821. atque in editione bibliothecae Paris. 1644. 1654. tom. XV. p. 821. et Lugdunensi tom. XII. p. 188. et in bibliotheca Combesfii concionatoria tomo VI. conf. Cotelier. tom. II. Monum. p. 605. f. Graeca nondum lucem vidit, quod sciam. Incipit: σάλπγγ' ἡμᾶς ἀποστολικὴ πρὸς πανήγυριν ἡθροισα.

CCLXX. Ioannis Chrysostomi homiliae in S. Paulum apostolum. Quae ex illa adfert Photius, non leguntur in septem homiliis laudi Pauli destinatis, quas cum veteri Aniani versione exhibuit eruditissimus Montfauconus tomo II. Operum S. Chrysostomi.

[P] CCLXXI. Excerpta ex ASTERII, Amaseni episcopi, homiliis, quas partim habemus editas, partim hodie desideramus: vt adcuratius et distincte notavi volum. VIII. huius bibl. lib. V. cap. 28. [cap. 23. vol. IX. pag. 517. sq. n. edit.] vbi etiam monui excerpta haec Photii cum noua versione Combesfii et notis recusa in nouo ipsius auctario bibliothecae patrum tom. I. p. 211. seq.

CCLXXII.

συνταξιζόντων Ζηροβία, τῇ τῶν Ὁσρωτῶν βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατεχέει Ὀδριάς τῶ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτημένου, ἢ καὶ μεταβαλὼν εἰς τὰ Ἰουδαίου ἔθνη ἀπὸ τῆς ἰθαγενεῖς διασπορατικῆς καλῶς ἀναγράφει λόγους.

CCLXXII. Excerpta ex LEONTII, episcopi Arabissi in Cappadocia, *sermons eis τὴν κτίσιν καὶ εἰς τὸν Λάζαρον, de creatione et de Lazaro.* Non memini editum esse, sed MStum habuit Allatius, qui in libro de Simeonum scriptis hoc eius memorat initium: *ἔδεν ὡς εἶκε τῆς ἀγάπης εἶναι ἰσχυρότερον.*

CCLXXIII. Excerpta ex Theodoretī sermonibus V. de laudibus Ioannis Chrysostomi; tot enim tantummodo euoluisse se, Photius testatur, licet plures ab eo scriptos coniciat. Hoc cod. extremo interpretem plane talpam esse, ait Coteler. Monum. tom. I. pag. 263. a. Hodie sermones istos omnino desideramus. Confer Io. Garnerii auctarium operum Theodoretī p. 30. seq. Inter alia Chrysostomus ab eo adpellatur ἡ ἀκακος σύνεσις, ὁ πολυέμματος νῆς, τῆς εὐαγγελικῆς ἐμπειρίας ἡ βιβλος, perinde vt a Proclo CPol. Scripturae a DEO inspiratae impolluta bibliotheca, diuinæ thesaurus intelligentiae.

CCLXXIV. Ex IOANNIS CHRYSOSTOMI *sermons in quadraginta martyres Sebastenos, passos sub Licinio: de quibus vide supra hoc volumine [p. 289.]* Nec non ex eiusdem sermonibus tribus in Ioannis baptistas desolationem. Vide supra [p. 259. in h. vol.]

CCLXXV. Ex Hesychii presbyteri Hierosol. a. C. 343. defuncti, homilia deperdita vel saltim haecenus inedita in Iacobum domini IESV fratrem et Dauidem regem τὸν Θεοπάτορα, vbi Iacobo videas tribui primatum apostolorum, prae Petro, verbis disertissimis: *πῶς ἐγκωμιάσω τὸν τῷ Χριστῷ δῶλον καὶ ἀδελφόν, τὸν τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ ἀρχιερέτηγον, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν Ἀποστόλων τὸν ἑξαρχον, τὸν ἐν κεφαλαῖς κερυφὴν, τὸν ἐν λύχνοις ὑπερλάμποντα, τὸν ἐν ἄστροις ὑπερφαινόντα. Πέτρος δημηγορεῖ, Ἰάκωβος νομοθετεῖ, καὶ ὀλίγα λέξεις τὸ τῷ ζητημάτων συνέσειαν μέγεθος.* Actor. XV. 13. 21.

Ex Modesti, post septimi saeculi initia archiepiscopi Hierosol. homilia nondum, quod sciam, edita εἰς τὰς μυροφόρας, in mulieres unguenta ferentes, vbi mentio aliorum martyrii Mariae Magdalenae, quae virgo et ipsa virgini Mariae semper praesens ad obitum illius vsque adfuerit, ἀρχηγὸς τῶν μαθητῶν, discipularum praecipua, deinde adfecta martyrio Ephesi, vbi eam supultam tradit quoque Gregorius Turonensis lib. I. de miraculis [P] martyrum c. 3. vt aliorum testimonia Modesto suffragantia omittam, quae laudat Io. Launois in diss. de commentitio Lazari et Maximini, Mariae Magdalenae et Marthae in prouincia Galliae adpulsu. Paris. 1660. 8. et b. Antonius Reiserus noster in Launoio confessore p. 778. [Conf. supra in h. vol. p. 287.]

Eiusdem MODESTI ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν, in dormitionem sanctiss. deiparae sermo πολύστιχος, quem ex codice Seguieriano integrum descriptum se habere testatur Michaël le Quien ad Damasoeni orat. eiusdem argumenti tom. II. p. 857. notatque, licet Photius in illo ἔδεν ἀναγκαῖον, nihil necessarii occurrere declarauerit, nihilque ex eo produxerit, hoc tamen in eo se obseruasse memorabile, quod testetur, neminem ante se fuisse, qui dormitionem Mariae sermone sollempni celebraret. Alium locum insignem, duas voluntates et duas operationes ἀσυγχύτως et ἀδιαίρετως in Christo agnoscentem, adfert ex eodem sermone p. 820. Alios de hoc argumento aliorum sermones memoraui supra. [p. 282. in hoc vol.]

Eeeee a

Ex

Ex eiusdem *Modesti* sermone nondum, quod sciam, edito εἰς τὴν ὑπαπαντὴν, in occursum domini. Alios eiusdem argumenti sermones notavi supra. [p. 240. seq. in hoc vol.]

CCLXXVI. Excerpta e b. *Nili* sermonibus duobus in pascha, et tribus in Christi ascensionem. Nilum hunc celebrem illum ascetam, S. Chrysostomi discipulum intellige. Sermones ipsi hodie quod sciam non exstant, editi certe non sunt. De aliis *Nili* scriptis dictum vol. V. ad *Allatii* librum de *Nili*. [vid. supra in h. vol. cap. 27.]

CCLXXVII. Excerpta ex IOANNIS CHRYSOSTOMI homilia I. in Spiritum S. (quae exstat tom. IV. edit. Ducaei p. 173. et tom. III. ed. Montfauc. p. 797. 2) quod Christus, oriens; et in illud: ascendit et descendit, et quod spiritus s. omnipotens sit. 3) In Christi incarnationem, et quod unicuique climati praefecti sint angeli. 4) De uno legislatore, et in vestes sacerdotum et de poenitentia. (tom. VI. Ducaei p. 1.) 5) in illud, sufficit tibi gratia mea 2. Cor. XII. 9. (tom. VI. Ducaei p. 284.) 6) in illud 2. Cor. V. 17. si qua ergo in Christo, noua creatura. 7) Post Calendas et contra ebrios. 8) In illud 1. Theff. IV. 13. nolumus vos ignorare de dormientibus. (tom. V. Ducaei p. 275.) 9) de poenitentia. 10) In visionem *Esaias*, quam vidit contra Iudaeam et Ierusalem. 11) In prodigum, de poenitentia, in lignum scientias boni et mali, et in latronem. 12) Paraeneticum sermone de poenitentia. 13) In terrae motum, *Lazarum* et diuitem. (tom. V. Ducaei p. 87.) 14) In illud Luc. XVI. 24. mitte *Lazarum*. 15) Non adeo despondos esse mortuos.

CCLXXVIII. Fragmenta ex THEOPHRASTI scriptis 1) περὶ τῶν μεταβαλόντων τὰς χεῖρας, de animalibus, colorem mutantibus. (conf. *Coteler.* ad tom. II. Monument. p. 537.) 2) περὶ παραλύσεως, [P] de paralyti siue nervorum resolutione. 3) περὶ λεπτοψυχίας, de deliquio animi. 4) περὶ ἰλύγγων, de vertigine. 5) περὶ κόπων, de lassitudine. 6) περὶ τῶν ἀθρόως φαινόμενων ζώων φθονεῖν, de animantibus, quae confertim et multa simul visuntur. 7) περὶ τῶν λεγομένων ζώων, de animantibus, quae dicuntur inuidere. 8) περὶ ἰδρώτων, de sudoribus. et 9) περὶ μελιττῶν, de apibus. Ex his scriptis Theophrasti hodie exstant de vertigine, de lassitudine et de sudoribus. Cetera omnia desiderantur. Excerpta Photiana graece primum edita ab Henr. Stephano Paris. 1557. 8. deinde cum aliis illius philosophi praestantissimi scriptis graece et latine, curante Daniele Heinio, Lugd. Bat. 1613. fol. vt dixi supra lib. III. cap. 9. [cap. 7. nou. ed. vol. III. p. 414. sqq. et p. 427. seq.]

CCLXXIX. Excerpta ex *Helladii Besantini* pp) siue Antinoi vrbe, Aegyptii, χρησμοδεῶν elektorum libris IV. quos versibus iambicis exarauerat scriptor hic ethnicus, Licinii et Maximiani temporibus clarus, multarumque aliarum lucubrationum auctor, quarum hi

pp) Apud Etymologici magni auctorem aliquot locis citatur Βεσαντιῶς ἐν τῇ vel ἐν τοῖς περὶ χρησμοδεῶν. Diuersus ab hoc Helladius auctor Lexici, de quo supra cod. CXLV. et CLVIII. et ex quo plurimum profecit *Suidas*, testatus, eum fuisse grammaticum Alex. Theodosii iun. tempo-

ribus clarum, cuius etiam laudes scripsit, nec nou ἐκφρασιν φιλοτιμίας descriptionem ambitionis. Διονύσιον ἢ Μῦσαν, *Dionysium* siue *musam* et ἐκφρασιν τῶν λυτῶν Κωνσταντιῶν, descriptionem balnei *Constantian.*

hi tituli apud Photium exstant, 1) Ἀθηναί, 2) Αἰγύπτιος, 3) προτρεπτικός adhortatorius, 4) Φήμη fama, 5) νίκη victoria, et 6) πόλις Ἀντινόη urbs Antinoi<sup>99</sup>). Haec Helladii scripta pridem interiere omnia; sed excerpta Photiana cum Schotti versione et Ioannis Meursii notis excusa exstant ad calcem librorum Meursii postumorum de regno Laconico et Atheniensium Piraeo, Ultraiecti 1687. 4. recusa deinde tomo decimo thesauri antiquitatum graecarum Gronouiani. Lugd. Bat. 1701. fol.

*Index scriptorum et virorum illustrium, quorum in excerptis ex Helladio mentio, ad paginas editionis Ultraiectinae.*

Aeoles. 6. 11.

Aeschines rhetor. 21.

Agathocles, filius figuli. 5.

Amphitruo vastator Cythni insulae. 15.

Androgeor Cretensis, Athenis interfectus. 19.

[P] Aratus. 10. 13.

Arguorum Scytalisimus. 22.

Aristophanes. 18.

Aristotelis, ὁ τῷ περὶ πάσης προσάτης, a Platone ἵππος, equi pullus cognominatus, velut recalcitrans aduersus suum praeceptorem. 17.

Attici. 3. 14. 16. 17. 19. 24. eorum apophthegmata. 20. seq. quatuor iudicia de caede, Aréopagiticum, Palladium, Delphinium et Phreaticum. 23.

Bradyllis ex carbonario dux Illyriorum. 5.

Callicles. 21.

Callimachus. 13. ἐν Ἑκάβῃ. 8. (recte Meursius Ἑκάλη, qui de Callimachi scriptis plura, sed de his dictum plenius supra lib. III. cap. 19.) [c. 17. vol. III. p. 418. seq. ed. nou.]

Cercidas poeta. 17. patria Megapolitanus, (aliis Cretensis, vt apud Laert. VI. 76.) μιμιάμβων siue μελιάμβων poeta<sup>99</sup>) et legislator Arcadum, laudatus Ptolemaeo Hephaestioni apud Photium supra cod. CXC. Stephano Byz. in μεγάλη πόλις, Polluci, Athenaeo, Stobaeo, Galeno, Aeliano. Vide Menagium ad Laert. pag. 254. qui alios praeterea Cercidas commemorat.

Comiei. 15. 25.

Corinthii. 19.

Demosthenes. 20. 21. Orat. contra Midiam. 16.

Didymi XIII. libri prouerborum. 4. idem opus respicitur 18.

Eeeee 3

Diony-

99) V. Reinesii varr. lectt. pag. 151. Κατέχλας λέξας, quae ibi Euphorioni tribuuntur, sunt dictiones, ex mala adfectione profectae: v. Pearson vindic. Ignat. part. 2. p. 204. De voc. μύλων v. Suidam Küsteri II. p. 587. De lapide Ἑκαλάη Salmas. ad Plin. p. 775. b. F. de voc. μετα-

λῆον v. Küster ad Suidam, tom. II. p. 514. Fabr. Conf. supra, vol. VI. p. 419. not. e. Harl.

99) Primus scriptor mimiamborum, de quibus Vales. ad Ammian. XXX. 4. Fabr. Conf. supra, vol. II. p. 116. Harl.

- Dionysius. 3. Halicarnassensis. 12. (Meursius in notis de variis differit Dionysiis, de quibus, vide, si placet, supra lib. III. c. 32.) [cap. 31. vol. IV. p. 405. sqq. nou. edit.]  
*Dionysius, Siciliae rex, agathonis F.* 5.  
Dionysii (iunioris) tragoediae, in quibus multa improbanda. 14.  
Epicharmus ὁ Δωριεύς, qui dorice scripsit. 17. (eius dramata et alia scripta enumerat *Meursius* in notis, de quibus dixi lib. II. cap. 19.) [vol. II. p. 298. sqq. n. ed.]  
Euphorion. 16. Chalcidensis patria, incola Atheniensis, vocibus parum Atticis utitur. 14. (de Euphorionis huius, et alterius Atheniensis scriptis plura Meursius in notis. Vide etiam supra lib. II. cap. 19.) [vol. II. p. 304. seq. nou. ed.]  
Galenus. 4.  
Grammatici. 18. interpretes Homeri. 9. *τεχνολογῶντες*. 17. grammaticorum ἀντιφράσεις. 22.  
*Hercules Olympia instituens*. 18. de Eleusiniis, Isthmiis, Nemeis, Panathenacis, Pythiis ibid.  
[?] *Hermias ex seruo eunucho rex Aeternae in Thracia*. 5.  
Hesiodus. 26.  
Hippocrates. 16.  
Homerus. 4. 8. 9. 10. 13. 25.  
Iones. 6. 13. 24.  
Medici. 12.  
Menander. 14.  
Metalus Syracusius, vnguenti Metalei reperiitor. 14. (Megalum et vnguentum Megaleum vocant alii, ut docet Meursius in notis.)  
*Moses alpha dictus*. 3. *Mater* (Cypseli) *regis Carinthis et uxor Amphionis claudicans*, lambda. 10.  
Nicander. 13.  
Oēs, ὧς<sup>ss)</sup> e mari rubro editus, qui astronomiam et litteras homines docuerit. 24. (ὧς<sup>ss)</sup> apud Syncellum p. 28.)  
*Orthagoras, ex coquo princeps Sicyonis*. 6.  
Pherecydes ὁ τὴν γενεαλογίαν συγγράψας. 15. phthiriasi obiit, perinde ut Acastus Peliae F. et Sylla. 15. (His Alcmanem, Callisthenem, Eunum et Mutium addit Plutarchus in Sylla. De Pherecydis scriptis plura Meursius in notis, de quibus etiam dixi lib. II. cap. 23. §. 26.) [cap. 24. p. 661. sqq. n. ed.]  
Philo. 3.  
De Philomela, fabula. 8. seq.  
Philonides Sophoclis versum παρωδήσας. 5.  
Philoxenus ad latomias dari maluit, quam Dionysii tyranni laudare tragoedias. 14.  
Plato. 17.  
Polemo. 18.  
*Porus, Indorum rex, tonsoris F.*

*Praxiteles.*

<sup>ss)</sup> Noachum patriarcham sub hoc nomine latere, mulli notarunt. Vide, quae dixi in codice pseudepigrapho veteris test. p. 255. seq.

*Praxiteles Athenis interfecit, quod arietem vinum excorasset.* 22.

*Pyrrhus Molossus.* 5.

*Sophocles.* 5. *Atticus.* 17.

*Sylla saepius COS. ob prospera fata επαφρόδιτος dictus, phthiriasi interit.* 15.

*Theſeus, heros δρασικώτατος.* 16.

*Xenophon in ἐλλήνικοις.* 12. homo bellis adsuetus, non satis certus νομοθέτης ἀττικισμῶ. 18.

[P] Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει τῷ αὐτῷ περι-  
έρχεται μέτρον καὶ Ἑρμῆος Ἑρμοπολίτης πατρίδα  
τετῆς Ἑρμῆος πόλεως, καὶ ἕτερα ἅπαντα. καὶ μὴν  
καὶ Σεξένος γραμματικῶν ἐν διαφόροις μέτροις  
δράματα διαφέρει. Ἀνδρονίκος πολιτευομένη,  
καὶ αὐτὴ Ἑρμοπολίτης, πρὸς τὸν κόμητα Φοι-  
βάμωνα τὸν κοινοπολίτην. καὶ ὅτος δὲ δρα-  
μάτων ἐστὶ ποιητής, διαφόροις μέτροις τὰς  
λόγους ἐκτείνων. ἔτι δὲ καὶ Ὁραπόλλωνος [P]  
γραμματικῶν περὶ τῶν πατρίων Ἀλεξανδρείας.  
ἐκτιθέσθαι δὲ καὶ αὐτὰς δράματα τῷ ὁμοίῳ τύ-  
πῳ. ἀλλὰ καὶ Κύριος Ἀντιπολίτης εἰς Μαυρι-

*In eodem codice, (inquit porro Photius,) similis carminis genere (iambico) continebatur patria instituta Hermiae<sup>u</sup>) Hermopolitani, et alia nonnulla. Sereni<sup>uu</sup>) quoque grammatici varia dramata vario carminis genere, et Andronici<sup>vv</sup>), qui temp. gessit, Hermopolitani ad comitem Phoebammonem ciuem suum. Et hic dramatum auctor variis versibus libros composuit. Ad haec vero Horapollinis<sup>ww</sup>) grammatici de patriis rebus Alexandrinorum. Composuit et ille dramata simili stilo. Sed et Cyri<sup>xx</sup>) Antipolitani in Mauritium ducem<sup>yy</sup>), qui*

tt) *Hermiae* varii in veterum scriptis memorantur, vid. volum. V. p. 96. seq. [vol. VII. p. 114. sq. not. hh. nou. ed.]

-uu) *Aelium* intellige *Serenum Atheniensem*, cuius ex Suida feci mentionem volum. VII. pag. 70. [vol. VI. p. 378. n. ed.] Meminit et Etymologici magni scriptor in *Bunias*. Alius *Serenus Antissensis*, ex Antissa Lesbi ciuitate, cuius libri duo de sectione cylindri et conii per verticem, ad Cyrum amicū editi sunt latine a Frid. Commandino ad calcem Apollonii Pergaei Bonon. 1576. fol. et graece e tribus MSS. bibl. regis christianissimi cum Commandini versione ad calcem luculentae editionis Apollonii graecolatinae, quam Oxonii e theatro Sheldoniano curauit illustris doctriinae vir *Edmundus Halleus*, 1710. fol. [MS. in cod. *Bauar.* LXXVI. v. cl. *Hardt.* in *Aretini Beyträge* etc. a. 1804. part. 4. p. 43. sq. add. vol. IV. p. 195. et 208. *Harl.*] Apollonii Pergaei Conica commentariis illustrasse se innuit hic *Serenus* lib. I. proposit. 10. itaque *Archimede* iunior est, licet apud *Marinum* in *προδρομῶ* ad data *Euclidis* pag. 457. edit. Oxon. legas: καὶ τεταγμένα φύσει ἕτεροι Ἀρχιμήδης τῷ Σεξένῳ ἰδιώμα ὅτι τίτληται.

Vbi *Dau. Gregorius* putat legendum ἕτεροι Ἀρχιμήδης ὁ Σεξένος ἰδιώμα. Alius *P. Serenus Sammonicus* nec non *A. Septimius Serenus*, de quibus in bibl. latina. Alius *Serenus* medicus, cuius meminit *Aëtius* tetrab. 2. lib. II. cap. 16.

vv) *Schottus* vertit *communem urbis conditorem*, sed pro κοινοπολίτης legendum κοινοπολίτην, quod significat hominem ex communi ciuitate, nisi malis κοινοπολίτην, ex *Cynopoli* Aegypti vrbe. *Phoebammonis* sophistae in *Thebaide* Aegypti vrbe clari mentio in *Io. Moschi* prato c. 143. De *Phoebammon* rhetore dixi lib. IV. c. 31. p. 457. [c. 33. vol. VI. p. 104. sq. nou. ed.]

ww) De *Horapolline* grammatico, quem *Theodosii* imp. temporibus *Alexandriae* docuisse *Suidas* testis est, vide supra lib. I. cap. 13. §. 3. [vol. I. p. 98. sqq.]

xx) Pro Ἀντιπολίτης legerim Ἀντιπολίτης, *Antinopolitani*. Diuersus hic *Cyrus* a *Cyro* altero, poeta antiquiore *Panopolitano*, qui temporib. *Honorii* et *Arcadii* floruit, et apud *Euagrium*, *Suidam* atque alios laudatur: nec non a *Fl. Cyro*, qui consul fuit a. C.



κίον δὲ καὶ τὸν ἡγεμόνα παρόντα τῇ ἀκροάσει. ἐν ἱαμβικῷ δὲ μέτρῳ καὶ ἕτος τὴν αὐτὴ συντίθεισιν πόνον. εἰς δὲ αὐτὴ ἐπιστολαὶ διάφοροι, πρὸς διαφόρους, γραφαῖς ποικιλλόμεναι διαφοροῖς. καὶ ἕτεροὶ τινες ἐγκωμιαστικοὶ λόγοι.

qui recitationi interfuit. Iambis et ille laborem suum comprehendit. Sunt eius variae epistolae ad varios, pigmentis adumbratae, et aliae nonnullae orationes laudatorii generis.

CCLXXX. Excerpta ex libris V. Eulogii Alex. contra Nouatianos, de quo opere pridem deperdito iam dictum cod. CLXXXII. et CCVIII. Hic aliqua emendat Cotelier, tom. I, PP. apost. p. 90. nr. 26. add. Croii obseruat. sacr. p. 157.

Totam denique Photii bibliothecam claudit epistola ad Tarasium fratrem, de qua iam feci mentionem supra p. 378. [in hoc capite §. VI. not.] Georg. Corellii paralipomena ad Photii bibliothecam laudat *Nic. Comuenus* p. 143. 302. 306. Praenott. mystagog. et p. 46. ac 181. vbi etiam additiones Planudae citantur, vt p. 226. 306. 353. notae et additiones Maximi Planudae, et Corellii notae ad Myriobiblon Photii, not. 163. additiones Corellii p. 362.

a. C. 441. et cuius aliquot epigrammata leguntur in Anthologia, et a *Cyro Flora*, Pauli Silentarii, (qui in aula Iustiniani claruit et encaenia templi Sophiae CPoli a. C. 562. pulcherrimo carmine iambico celebrauit,) parente: confer *Reinesii* Varias Lect. p. 471. et 561. Omitto *Cyrum*, ineptum sophistam, quem perstringit Philostratus in Damiano, [de hoc Cyro eiusque lib. *περί διαφορῶν τάσεων*, v. supra, vol. VI. pag. 103. et 128. *Harl.*] et *Cyrum* archiatrum Edessenum, cuius meminit Aëtius tetrabibl. II. lib. II. c. 91. Inter-

dum *κύρος* Graecis non nomen proprium est, sed honoris vocabulum pro *κύριος*, vt in Cyro Theodoro Prodromo notavi volum. VI. p. 816. [vol. VIII. pag. 138. nou. edit.] Confer *Græfserum* de cruce tom. II. pag. 2330. 2721. 2725, et Meursii, Cangiiue glossaria.

yy) Schottus in versione sua habet *imperatorem*, quod in graeco non reperio. Mauritius imperator fuit ab a. C. 582. ad 602.













JAN 9 1976



